REgimen ſant-
tatis Magnini mediola-
nenſis medici famoſiſſimi
attrebatēſi epiſcopo dire-
ctum. Inſuper opuſculum
de flebothomia editum a
pſpicacis īgenij viro Ma
giſtro Reginaldo de villa
noua. Addit quoqꝫ aſtro-
nomia Hippocratis facile omnium medicorum
principis de varijs egritudinibꝰ et morbis. Item
ſecreta Hippocratis. Item Auerrois de vene-
nis. Item quid pro quo apothecariorum nuperri
me caſtigatum: accuratiſſimeqꝫ per peritiſſimum
artis medice cultorē Magiſtrū Nicolaum Rab-
by recognitum. Cum nonnullis inſuper Auicen-
ne: ac plerumqꝫ aliorū auctorum in margine car-
tharum inſertis. ⁘




BIBLIOTECA PUBLICA
DE
* TOLEDO *

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN primis deum teſtor: cuius nomen ſit
bn̄dictum. Ab hoc em̄ principaliter de
pēdet celum ⁊ tota natura. Hic ei eſt
qui oībꝰ influit eſſe his q̄dē clariꝰ: his
vero obſcuriꝰ. In cunctis igiť deus ſu
blimis eſt preponendus ⁊ honorandꝰ. In cunctis
em̄ ꝓpone deum ⁊ ꝓponet te: honora deum ⁊ ho
norabit te: time deum ⁊ cuncta experieris ſecurius.
Ad honorē em̄ dei altiſſimi cuiꝰ nutu ſermo reci-
pit gratiā ⁊ doctrinā. necnō beatiſſime virgis ma
marie eiꝰ mr̄is ⁊ totiꝰ celeſtis curie. Ampliꝰ vt do
mino meo reuerēdo dño Andree de Florētia At
trebatēſi epo: cuiꝰ vitā deꝰ in ꝓſperitate conſer-
uet ⁊ ꝓlonget: cui nedum q̄d poſſē denegare non
debeo: ſed eidē in oībus obedire: ſcd̄m modicum
meum poſſe valeā ꝯplacere. Necnō ad oēm vtili
tatē iuuenū: ⁊ ſpecialiter rudiū paupeꝝ copiā li-
broꝝ habere nequntiū nihilominꝰ in hac ſcientia
ſtudere volētiū ꝯtractare regulas regiminis ſani
tatis a diuerſis auctoribꝰ medicine ꝑoribꝰ et po-
ſterioribꝰ collectas: quos an̄ initiū huiꝰ opis labo
raui diligēter inſpicere: ⁊ clare ſcd̄m modulū mei
ingenij ꝯfidēs de auxilio ieſu xp̄i: q̄ eſt oībꝰ verus
dator ꝯpilare ꝓpono hoc opuſculū q̄d pať ⁊ dñe
tāto poſt deū vobis ꝯfitētiꝰ offero: quāto vt ſpe-
ro veſtra benignitas defectū mei igenij me in hoc
opere mitius ſupportabit.

HUnc autem in hoc opere quinq̄ ponā
partes principales. Quarum prima ē
de quibuſdam que antecedūt regulas
regiminis ſanitatis.
Secunda eſt de regulis regiminis ſa-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nitatis ex rebus naturalibus ſumptis.
Tertia eſt de regulis regiminis ſanitatis ſumptis
a rebus non naturalibus in generali ꝛ ſpeciali.
Quarta eſt de regulis regiminis ſanitatis ſum-
ptis a rebus contra naturam.
Quinta eſt de quibuſdam inſtrumentis quibꝰ vti
mur in regimine ſanitatis.
Prima pars continet duo capitula.
Primū de neceſſitate huiꝰ opis.ſ.regimis ſãitat̃
Secundum ad ſciendum quid ſit ſanitas.
Secunda pars continet ſeptem capitula.
Primū de rl̃is ſūptis a ꝯplexiōe naturali totali.
Secundum de ſumptis a ſexu.
Tertium de ſumptis ab etate.
Quartum de ſumptis a lapſu naturali.
Quintum de ſumptis ab habitudine.
Sextum de ſumptis a diuerſitate membrorum.
Septimū de regulis approp̃atis ſexui femineo.
Tertia pars continet viginti ſex capitula.
Primum eſt de regulis ſumptis ex parte quattu-
or elementorum nr̃o corpori occurrētiū ab extra
Secundum eſt de exercitio.
Tertium de fricatione.
Quartum de balneo.
Quintum de coitu.
Sextum de comeſtis ꝛ bibitis in generali,
Septimum de ſomno ꝛ vigilia.
Octauum de accidentibus anime.
Nonum de temporibus anni.
Decimum de granis pannificum.
Undecimum de leguminibus.



BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Duodecimum de fructibus.
Decimumtertium de oleribus.
Decimumquartum de radicibus.
Decimumquintum de fungis.
Decimumſextum de truffulis ſeu bydris.
Decimumſeptimum de carnibus.
Decimumoctauum de piſcibus.
Decimumnonum de animalium ſuperfluitatibus
Viceſimum de saporibus.
Viceſimūp̄mū de potibꝰ naturalibꝰ ⁊ artificialibꝰ
Vice ſimumſecundum de indumentis.
Viceſimumtertium de volentibus continere.
Viceſimumquartum de iter agentibus.
Viceſimumquintum de tranſfretantibus.
Viceſimumſextum de confectionibus; ⁊ earū vſu
Quarta pars continet quinqꝫ capitula.
Primū eſt de his q̄ parati ſūt cadere ī egritudinē
Secundum eſt de preſeruando a peſtilentia.
Tertium eſt de preſeruando a veneno.
Quartum eſt de conualeſcentibus.
Quintum eſt de conſuetudine.
Quinta pars continet nouem capitula.
Primum eſt de fleubothomia.
Secundum eſt de ventoſis.
Tertium eſt de ſanguiſugis.
Quartum eſt de cauteriis.
Quintum eſt de farmacia.
Sextum de vomitu.
Septimum eſt de cliſteribus
Octauum de ſ.ppoſitorijs.
Nonum de peſſariis.
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Capitulum primum de neceſſi-
## tate regiminis ſanitatis.

QUod regimen ſanitatis ſit neceſ
ſariū dup[illegible] via inueſtigare con
uenit. ¶ Prima quidem via ſu-
mitur ex variabilitate corporis
humani. Corp⁹ enim humanum
eſt variabile ⁊ trāſmutabile: non
ſeruans [illegible] conſiſtentiam quam ha-
buit a gene[illegible]onis p[illegible]ncipio. Materia enim no
ſtrorum co[illegible] duo ſpermata que ſunt hu-
mida et l[illegible]tum paſſibilia: humidū eñ
eſt mult[illegible]. Ex his autem duobus ſper
matib[illegible]ne menſtruo mulieris gene-
rantu[illegible]ritus et calores innati: ſic qui-
dem ꝙ ex [illegible]ri et corpulentiori parte gene-
rantur membra: et ex ſubtiliori calor: et ſpiri-
tus: et hec eſt oppinio Ariſto. et Auicē. et ꝓpter
hoc [illegible]ātur aliqui: ꝙ ſperma maſculi quod eſt
ſubt[illegible] et ſpirituoſius ſemine mulieris / vel ſan-
[illegible] menſtruo: conuertitur in ſpiritum: qui cor-
di [illegible]propiatur: et aliis membris ſicut radix ra-
mo. Ramus enim ſicut oritur a radice: ſic cor et
alia membra a tali ſpiritu ſuam traxerunt origi-
nem. Cum ergo materie noſtrorꝫ corporꝫ ſint val
de paſſibiles ꝓpter earꝫ limoſitatē ⁊ humiditatē
Sumus enim generati in fine limoſitatis ⁊ humi-
ditatis: non eſt mirū ſi corpora noſtra ſint multū
paſſibilia. Non eñ ſumus ſicut lapides aut metal
la a quib⁹ parū aut nihil reſolui poteſt: niſi ī tem-

Prima via ſumitur ex variabilitate corpo ris hūani.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poribus valde longis. Et quia corpora noſtra vt oſtenſum eſt ſunt multum variabilia ex quo facili ter labi poſſunt extra terminos proprie ſanitatis indiguerunt regimine conſeruante quod vocatur regimen ſanitatis. Non autē eſt hoc ſanitatis regimē neceſſarium vt nos tueatur a morte: ſed vtile eſt propter duo incommoda ſpecialiter euitanda: quorum primum eſt nimis cita humidi radicalis conſumptio. Secūdum eſt humorum putrefactio. Si enim erretur in regimine anticipari poterit humidi radicalis conſumptio ſicut cōtingit in ieiunantibus et laborantibus exceſſiue. Poterit etiam ſuffocari calidum innatum: ſicut contingit in dormientibus et comedētibus exceſſiue ⁊ quieſcentibus. Poterit etiam contingere in humoribus putrefactio et ebulitio: ſicut patet in vtentibus rebus participantibus caliditate extranea: ⁊ humiditate accidentali vaporoſa: talia enim ſunt corpora nata putrefieri et ebulitionem ſuſcipere: de quibus in proceſſu pleniꝰ apparebit. Sic ergo patet prima via ad inueſtigandum regimen ſanitatis eſſe neceſſarium et vtile.

Regimē ē corpori humano neceſſariū ꝓpter duo

Secunda via.

¶ Secunda via ad inueſtigādū idē ſumitur ex diuerſitate rerum non naturalium: quibus neceſſario indiget corpus humanum: ſicut ſunt cibus et potus: aer: inanitio / et repletio: ſomnus et vigilia motus et quies: et anime accidentia. Hec em̄ res dicuntur non naturales quia eis contingit bene ⁊ male vti. Unde circa eas contingit errare ⁊ bene agere. Et ideo circa vſum talium indigemus arte: quia habetur ab ariſto. vij. Ethi. ꝙ ars eſt de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

his circa que contingit errare et recte agere. Poteſt enim aliquis errare in vſu cibi et potus: et ſic de omnibus alijs et eiſdem bene vti. Bene igitur eſt vtile habere artem euitandi malũ vſum: ⁊ proſequendi bonum ſicut in virtutibus et in alijs artibus eſt videre.

¶ Capitulum ſecundum ad ſciendum quid ſit ſanitas.

Quot modis ſanitas dr̄.

Non eſt poſſibile ſanitatẽ cuſtodire ſemper. Nam ſemper cuſtodire oĩ fama ignoramus. In hoc ergo capitulo dicemus: primo quid eſt ſanitas. Secundo quot modis dicitur ſanitas. Nec intendimus loqui niſi de hominis ſanitate vel aliorũ ab homine vt veniãt forſitã ad vſum hoĩs. Unuſquiſqꝫ aũt hoĩm dicit ſe forte ſanũ cũ põt ĩ operationes ſolitas ſine ſenſibili leſione. Verbi grã. Si oculus põt ĩ actũ vidẽdi cõſuetũ ſiue oĩ leſione ſenſibili: dicitur ſanus: ⁊ ſimiliter in oĩb⁹ alijs mẽbris. Dicamus ergo ꝙ ſanitas eſt vna bona diſpoſitio corporis hũani ꝑ quã agit vel patitꝛ actionẽ: vel paſſionẽ ei debitã ſcd̃m naturã abſqꝫ notabili leſiõe. Nec aũt diſpoſitio eſt originaliter ⁊ primo ĩ mẽbris homogenijs ſeu ſimilib⁹: puta ĩ oſſe ⁊ carne ⁊ cõſimilib⁹: ⁊ vocatꝛ cõmẽſuratio in quattuor primis qualitatibus: puta in calido/frigido/humido/⁊ ſicco. Talis igitꝛ ꝯmẽſuratio ẽ ſanitas con-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſimilium: et eſt complexio vel proprietas conſequens cōplexionem vel cōcomitās. Amplius diſpoſitio bona que eſt ſanitas: ſecundo eſt in membris etherogeneis ſeu officialibus: puta in manu: pede/cerebro/et corde. Hec autem ſanitas non ſolum eſt commenſuratio calidorum: frigidorum humidorum: et ſiccorum: ſed etiam quantitas mēbrorum numerorum figurarum et ſituum. Unde ad hoc ꝙ manus et pes poſſint inſolitas operationes ſine leſione inſenſibili non ſufficit temperamentum complexionis quod conſiſtit in menſuratione calidorum/frigidorum/humidorum/et ſiccorum: immo oportet manum eſſe debite quantitatis et debite figure debiti ſitus: et habere digitos determinati numeri. Et quia membra organica componuntur ex ſimilibus: et ab eis dependent: ſanitas organicorum dependet a ſanitate conſimilium. Et quia totum corpus eſt compoſitum ex diuerſis membris conſimilibus ꝛ organicis: ſanitas vltimo reperitur ĩ toto. Unde ex omnium membrorum coalternatione: tam principalium ꝗ̃ non principalium: tam ſimplicium ꝗ̃ organicorum ſanitas reſultat totius corporis. Sic igitur ad ſanitatē totius corporis requiritur cōmenſurabilitas membrorum conſimilium: et coequalitas organicorum: ꝛ requiritur etiam vnitas in vtriſꝫ. Unde ſolutio continuitatis quo ad ſimilia: vel contiguitatis quo ad officialia impedit corporis ſanitatem. Sic ergo patet quid eſt ſanitas de cuius regimine nos intēdimus. Nunc reſtat oſtēdere quot modis dicatur ſanitas quā-

Mēbra organica depēdēt ex ſimilibus ab eis / vt dicit Auicē.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum ſpectat ad propoſitũ noſtrũ. Propter quod ſciendum eſt ꝙ ſanitas non eſt indiuiſibili cõſiſtit quod apparet primo inducentibus in diuerſa mẽbra quorum nõ eſt eadẽ ſanitas cũ appareat manifeſte ea habere diuerſas cõplexiões: ⁊ ꝑ conſequens diuerſas ſanitates quod eſt bñ rationabile cũ habeãt diuerſas operatiões. Et talis diuerſitas arguit diuerſam ſanitatẽ. Gal.iij. de morbo Siquidẽ ſanitas diſpoſitio eſt factiua act⁹. Hoc etiã apparet diuerſitatẽ cõſiderãtib⁹ etatũ. Unde puer nõ eſt eiuſdẽ ſanitatis punctualis ſibiipſi ſeni. Unde ſm aliã et aliã etatẽ eſt alia ⁊ alia cõplexio: ⁊ ꝑ cõſequens alia ⁊ alia ſanitas: ⁊ ꝑ cõſequens indiget alio ⁊ alio regimine: ⁊ ſimiliter diuerſa mẽbra ĩdigẽt diuerſo regimine: ſicut poſterius apparebit Ariſto. v. Phiſicoꝝ. immo nõ eſt eadẽ ſanitas mane ⁊ veſpere: ſunt ei corpora nr̃a in cõtinua alteratione: ⁊ ſic ꝯtinue aliter ſe habẽt ꝙ̃ prius: ⁊ ſic ſanitas nõ ĩ indiuiſibili cõſiſtit. Hoc idẽ patet ex diuerſitate ſexuum. Alia eſt eñ ſanitas maſculi ⁊ femelle. Hoc etiã pꝫ ex diuerſitate regionũ. Nã hoĩes diuerſaꝝ regionũ ſunt diuerſarũ cõplexionũ: ⁊ ꝑ ꝯñs ſanitatũ. Hoc etiã pꝫ ex diuerſitate cõplexionũ naturaliũ. Nã hoĩes diuerſarum ꝯplexionũ ſunt diuerſarũ ſanitatũ. Uñ ſanitas colerici alia ẽ a ſanitate fleumatici: ⁊ ſanitas tẽperati alia a ſanitate lapſi. Uñ ſanitatis latitudo eſt valde magna: eſt tñ dare vnã ſanitatẽ aliis ꝑfectiorẽ. Et eſt ſanitas corporis tẽperati ĩ ſpecie humana: q̃ etiã ſanitas in indiuiſibili non conſiſtit propter aliqua ſuperius tacta.

Gal.iij. de morbo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

❡Secunda pars. De regulis ſumptis a complexione naturali.

Quoniam diuerſorum hominū ſunt diuerſe cōplexiōes totales: immo nō eſt poſſibile duos homines ſimul eſſe eiuſdem complexionis totalis ſecūdū gradum conſequēs eſt ꝙ diuerſi homines indigent diuerſo regimine ſanitatis. Galien⁹ .iij. Techni. Cum enim regimen ſanitatis ſit per ſimilia ſi complexiones diuerſorum hominū ſunt differentes oportet ꝙ per differentiam conſeruentur. Et omnino idem conuenit ſi dicatur ꝙ regimen ſanitatis non eſt per ſimilia. vt multi dicunt de corporibus multum lapſis Nam ſicut lapſi qui debent regi non per ſimilia: vt multi dicūt ſed per cōtraria ſunt diuerſi: ſic etiam eorum regimē erit diuerſum. Quod enim diuerſa vt diuerſa per idē conſeruentur non bene rationabile. Quot igitur ſunt diuerſitates in complexione naturali totali hominis tot ſūt diuerſitates regiminis ſanitatis. Sunt enim nouem diuerſitates in cōplexione naturali totali ipſius. Quarum prima nobiliſſima ⁊ eſt cōplexio temperata ad iuſticiam et ab hac cōplexione temperata labi contingit octo modis/ quattuor ſimplicibus ⁊ quattuor cōpoſitis. Simplicibus quidem in calido/frigido/humido/ ⁊ ſicco. Compoſitis quidem calido et ſicco: calido et humido: frigido et ſicco: frigido et humido. Unde dato ꝙ lapſus qui eſt reſpectu temperamenti ponderis ſit de neceſſitate in duabus qualitatib⁹ ſecundum ſententiam ſapientum, tamen lapſus a

Nōnabile nō ē ꝙ diuerſa p idē cōſeruētur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

temperamento iuſticiali poteſt eſſe in vna quali-tate. Vocatur autem temperamentum ponderis in quo elementa quattuor ſunt ſimpliciter adequata ſic q vnum alterum non excedit nec econuerſo: tale autem temperamentum eſt impoſſibile ſecundum naturam. Unde ex hoc tollitur actio et paſſio elementorum adinuicem / et per conſequens mixtio ꝛ mixtum. Et per conſequens complexio que eſt proprietas mixti. Et reſpectu huius temperamenti omnia quecunqꝫ ſunt illa ſunt lapſa in vna qualitate actiua et in vna alia paſſiua. Unde omnis res attributa complexioni habet in ſe dominium vnius qualitatis actiue / que eſt in ea loco forme et alterius paſſiue / que eſt in ea loco materie. Unde homo qui habet naturaliter complexionem magis equalem labitur a temperamento ponderis in duabus qualitatibus: puta in calido et humido: vnde complexionata omnia labuntur ab hoc tēperamento in duabus qualitatibus. Temperamentum autem ad iuſticiam eſt temperamentum debitum alicui ſecundum indigentiam ſpeciei vel indiuidui vel partis indiuidui. Verbi gratia: natura humana ſecundum ſpeciem habet vnam complexionem ſine qua forma humana non poteſt eſſe. Similiter homines ſclaui vel indi habēt vnam complexionem propriam ſine qua ſtare poſſunt Similiter quilibet hō particularis hꝫ vnā ꝓpriā ꝯplexionē ſine q̄ eſſe nō poteſt. Et ſimiliter inteligatur in complexione partium iſtius hominis cum illo temperamento pōderis: que ex neceſſitate eſt in duabus qualita-

Cōplexio naturalis hominis.

Natura humana ſcdꝫ ſpeciem hꝫ vnā complexionem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tibus vt ad preſens ſupponimus. Ab hoc eñ tẽperamento iuſticiali poteſt eſſe lapſus in ſimplici qualitate et ſimiliter in duabus qualitatibus. Et ſcdm ꝙ aliter ⁊ aliter lapſi ſunt indigebunt alio ⁊ alio regimine vel cõſeruatiuo vel reductiuo. Unde corpus in ſpecie humana temperatum indiget regimine pure conſeruato: et indiget pure conſimilibus quantum ex parte complexionis naturalis. Quod autẽ ſit illud corpus temperatũ / ⁊ que ſunt illa pure conſimilia corpori humano temperato intelligitur ex libris antiquorum medicorũ. Et hoc ad preſens eſt ſupponendum. Nolumus enim omnia in omnibus conculcare et ſpecialiter quia hoc negocium eſt non vt ſciamus ſed vt ſani in ſua ſanitate conſeruentur: et ab egritudine preſeruentur. Sufficit ergo ſcire quod corpus temperatum in ſpecie humana debet vti his que ſint pure ſimilia virtualiter corpori tali eo modo quo poſſibile eſt: quia ſcim⁹ ꝙ nihil adeo eſt ſimile corpori temperato: quin ipſum aliqualiter alteret / ⁊ tranſmutet. Mod⁹ autẽ ſpecialis regiminis hui⁹ corporis inferius apparebit: vbi nos ponem⁹ regulas regiminis ſanitatis ſumptas a rebus naturalibus et ſumptas a diuerſitate membrorum. Et dictis autem ſatis patet ꝙ corpora que labuntur notabiliter notabili lapſu naturali ab hoc temperamento non indigent eodem regimine: et ex eiſdem. Nam ſi loquamur de regimine ꝯſeruatiuo ⁊ ſint calidiora temperamento natura in ſpecie humana indigẽt calidioribus: et frigidiora frigidioribus. Calidiora enim calidioribus indigẽt adiu-

Corp⁹ hũanuz indiget multis modis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

torijs.&c.Gal'.iij.tegni. Unde videtur rationabi
le q corpora colerica conſeruentur in ſua calidi=
tate per colerica virtualiter q̄ ſunt calidiora vir=
tualiter his quibus cōſeruatur complexio corpo
ris temperati. Nec imaginari debem⁹ q illa que
dicimus corpus colericum cōſeruare in ſua cole=
ricitate ſint calida ſimpliciter: nec colericare ſpe=
ctu corporis temperati. Si enim que ſunt coleri=
ca reſpectu corporis temperati. adminiſtrarētur
colerico non conſeruarent ipſum in ſua colericita
te: ſed diſtraherent in ſua complexione naturali: &
facerent ipſum labi ī egritudinem. Uerbi gratia:
ſi colericus vtatur vinis fortibus alleis: et pipe=
re non conſeruaretur. Sed talia quibus corp⁹ co
lericum cōſeruatur ſunt reſpectu corporis tempe
rati frigida: ſed reſpectu corporis colerici ſunt ca
lida conſeruantia. Poſtq̄ enim paſſa ſunt a cole
rico calore conuertentur ad eundem gradum vel
prope. Unde dicimus q corpora colerica que po
nuntur lapſa a temperamēto iuſticiali in duobus
gradibus non conſeruabuntur per calida in ſecū=
do tēperamento iuſticiali: ſed conſeruabūtur per
aliqua que poſtq̄ paſſa fuerunt a tali calore non
augebunt: nec diminuent ſuam caliditatē & hmōi
ſunt frigida in primo reſpectu temperamenti ad
iuſticiam. Et ſic patet q regimen conſeruatiuum
talium non eſt idem nec eiſdem cum regimine cō=
ſeruatiuo corporis temperati: et ſimiliter intelli=
gatur ī alijs. Si autē loquamur de regimine pre
ſeruatiuo vel reductiuo talium corporum predi=
ctorum adhuc magis ad propoſitum qm̄ corpus
habens tēperamentum nō indiget reductiuo: nec

Corpo=
ra coleri
ca ī duo
busgra=
dib⁹ nō
cōſerua
buntur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

preſeruatiuo:ſed corpora multũ lapſa puta cole;
rica vel fleumatica indigent. Si eñ ꝯſeruare vel
lemus talia corpora in ſuis lapſibus plures cade;
rẽt in egritudinem:qꝛ ex propria natura apta na
ta ſunt labi in egritudinem quapropter dicuntur
ſimpliciter egra ⁊ a generatione: melius eſt ergo
ꝙ reducantur. Et qꝛ corpora colerica lapſa in ſe=
cundo gradu caliditatis cõſeruabuntur per frigi
da in primo reducentur per frigida magis puta ꝑ
frigida in ſecundo. Talis autẽ reductio non erit
extra terminos cõplexionis colerici:ſed erit infra
terminos latitudinis eiuſdem. Et ſicut dictum eſt
de colericis idem intelligatur in alijs lapſibus tã
ſimplicibus ꝗ̃ compoſitis. Quid etiam ſit gradꝰ
⁊ graduum diſtinctio quomodo accipiatur apud
medicum ad preſens ſupponatur ⁊ de hoc faciã
vnum tractatum.

Capi.ij. De regulis ſumptis a ſexu.

Sicut diuerſe complexiões naturales
indigẽt diuerſo regimine: ſic etiam ſe
xus diuerſus diuerſam arguit comple
xionem. Maſculi eñ ſunt calidiores
⁊ ſicciores ⁊ in ꝗ̃titate maiores ⁊ lon
giores ⁊ fortiores ⁊ cõmuniter prudentiores fe=
mellis in ſpecie humana quicquid ſit in alijs ſpe;
ciebus in quibus poteſt contingere femellas eſſe
maiores ⁊ calidiores videlicet in animalibꝰ viuẽ
tibus de rapina ⁊ in quibuſdam entonioꝝ ⁊ piſci
um de quibꝰ ad preſẽs nõ eſt ſermo. Supponamꝰ
ergo ex his q̃ apparẽt ex dictis ſapiẽtũ maſculos
calidiores ⁊ ſicciores eſſe ĩ ſpecie hũana femellis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et femellas frigidiores ꝛ hūidiores: ꝛ corpore mi sericordiores maſculis. Uir ergo tēpatior eſt ca lidior ꝛ ſiccior muliere tēperata: ꝛ per ꝯſequēs in diget alio regimine ꝯſeruāte. Et puto ſaluo me lio ri iudicio ꝙ mulier tēperatiſſima in gn̄e mulie ris non indigeat regimine reductiuo ſed cōſerua tiuo ſicut ma ſcul⁹ tēperatiſſim⁹. Maſculus enim temperatiſſimus temperatior eſt in ſpecie huma na quam mulier temperatiſſima. Ambo tamē ſūt infra temperamentum corporis ſani ſimpliciter ꝛ habent illud temperamētum quod ſe extendit ad maſculum et ad femellam. Quod autem maſculi ceteris paribus ſunt femellis calidiores ſuppona mus ad preſens ex dictis ſapientū: ꝛ ex ſignis ma nifeſtis ſic patet: quo habito patet ꝙ ad diuerſita tem cōplexionum diuerſorum ſexuum diuerſi ſe xus indigent diuerſo regimine conſeruatiuo/ vel preſeruatiuo. Hoc idem patet ex diuerſitate com poſitionis et operationis. Nam alia eſt compoſi tio in ſexu femineo ꝛ maſculino vt multa mēbra ſunt in femellis que non ſunt in maſculis et econ tra et aliter diſpoſita. Unde in mulieribus eſt ma trix et collum matricis que non ſunt in viris: ꝛ in viris eſt virga virilis q̄ nō eſt in mulierib⁹. Simili ter mām̄ille in mulierib⁹ ſunt ꝓpter lactis genera tionē: ſed in viris nō ſunt ad hūc finē: ſed ꝓpter de corē et caliditatis cōſeruationē. Un̄ mām̄ille mu lieꝝ ſūt maiores mām̄illis viroꝝ. Ampli⁹ in mulie rib⁹ ē īpgnatio ꝛ mēſtruoꝝ euacuatio q̄ nō eſt i vi ris. Ampli⁹ i mulierib⁹ ē īfātiū lactatio ſiue nutri tio. Et ſic in regimīe ſex⁹ feminei egem⁹ r̄lis ſpe

Alia eſt cōpoſi tio in ſe xu femi neo ꝛ ma ſculino.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cialibus diuerſis/quibus nõ egemus in regimine maſculorum. Nam indigemus regimine conſeruã te nutricem ⁊ collum eiuſdem matricis ⁊ preſeruã te a fluxu et retentione menſtruorum inordinatis Amplius indigemus regimine conſeruante ⁊ preſeruante mammillas ad moderatam ⁊ bonam lactis generationem. Indigemus etiam regimine pregnantis et parturientis et lactantis quorum nullo modo indigemus in regimine virorum. Et de his omnibus propter artis perfectionem bonum eſt facere capitulum ſingulare: ⁊ de illo forſan inferius apparebit. Et erit capitulũ de regulis appropriatis ſexui femineo: vt differt a maſculino. Et ſic patet diuerſitas regiminis ſanitatis ex diuerſitate ſexus. Et ſicut oportet cõſiderare diuerſitatem ſexuum i regimine ſanitatis. Et ſic etiam ⁊ diuerſitatem regionum. Nam homines diuerſarum regionum ſunt diuerſarum complexionũ naturalium et formarum diuerſarum figurarum: et colorũ ſicut in regionibus extremis eſt videre puta de ſclauis et indis. Iſti diſtant in complexione. Et abuſio eſſet dicere ꝙ ex eiſdem et eodẽ modo conſeruarentur in ſanitatibus ſuis. Et puto ſaluo meliori iudicio ꝙ lapſ⁹ diuerſi ſcđꝫ illos lapſus qui ſunt ex parte regionis corpora non dicũtur egra nec egrotatiua ſimpliciter: nec vt multũ nec vt nunc. Vñ indiuidua diuerſarum regionum ſolum indigent reductiuo regimine ſcđm lapſus appropriatos ſingulis ĩdiuiduis vt labũtur a medio latitudinis proprie regiõis. Unde ſclau⁹ tẽperatiſſim⁹ nõ ĩdiget regimine reductiuo ad cõ=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plexionē climatis tēperati. Unde ſclau⁹ tēperatiſſimus melius viuit ⁊ ſani⁹ in ſuo ꝓprio climate ꝙ in climate tēperato: ſed ſclaui qui ſunt multum lapſi a tēperamēto ꝓprij climatis indigēt regimine reductiuo ad ꝓprium tēperamētū eiuſdē ſic tñ ꝙ illa reductio ſit infra terminos latitudinis ꝯplexionis ꝓprie ⁊ nature indiuidui q̄ reducit᷑. Unde puto ꝙ quolibet climate ſūt corpora ſana ſimpliciter ⁊ egra ſimpliciter ⁊ ſēp ⁊ multū. Corpus tñ ſanum vnius regionis eſt ſani⁹ ⁊ perfecti⁹ alio alterius regiōis. Unde corpus humanū tēperatiſſimum climatis tēperati dicitur mediū vnum equale ad iuſticiā in ꝯparatione ad corpora tēperata aliaꝝ regionū ⁊ reſpectu hui⁹ alia corpora dicuntur lapſa: ſed ille lapſus non erit faciens talia corpora egra aliquo modo.

¶ Capitulum tertium de regulis ſumptis ab etate.

Conſequēs eſt dicere regulas generales ſanitatis ſumptas ex diuerſitate etatuꝫ. Supponamus hanc diuerſitatē etatum eſſe in hoīe tēperato libero ab occupationibus qui ſit potens obedire ſiue ſubijcit regimini ſanitatis. Quid aūt ſit de corporib⁹ lapſis ⁊ occupatis ex dictis poterit apparere. Et qꝛ prima etas eſt infantiū primo dicemus regulas regīminis ſanitatis ipſi⁹ infantis que in fine equalitatis exiſtit. Dicamus ergo ꝙ talis infans poſt parturitionem ipſius ſtatim ponendus eſt in aqua tēperate caliditatis ne corpus ſuum alteretur ab aeris frigiditate vel exceſſiua caliditate. Ut etiam



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſordes ſi que a matre fuerint derelicte per aquaꝫ calidam deleantur. Sed ante etiã vmbilicus eſt ligandus non nimis longus ne ſit maioꝛ ꝙ deceat: nec nimis bꝛeuis ne ſit minoꝛ ꝙ deceat: nec dꝫ etiam ligatura eſſe nimis foꝛtis nec nimis debilis ne pꝛius cadat ⁊ citi⁹ ꝙ opoꝛtet nec tardi⁹. Ligatura dꝫ eſſe de filo lane non nimis duro. Poſt abſciſionẽ vmbilici aſpergatᷣ ſanguis draconis vel aliquid ſimile vt puta ciminũ: ſarco colla vene citrine. Quãtitas inciſionis eſt quattuoꝛ digitoꝝ ⁊ ligationis vnius digiti. Poſt caſum vmbilici mulieres gallicane ſaliuã solũ ponere ꝯſueuerunt. Alij aũt docẽt apponere cineres cocleaꝝ vel plumbi aduſti vel calcanei vitulini. Conſueuerunt mulieres gallicane infantẽ natũ nouiſſime ante oĩa ponere ſupꝛa nudas paleas: ⁊ eũdẽ fricare paleis tẽperata fricatione. Et ego laudarẽ paleas nõ eſſe frigidas nec calidas exceſſiue: ſꝫ calidas tẽpate. Sꝫ mos aliaꝝ eſt ĩfãtẽ recipe ĩ gremio in pãno lineo vl' laneo tẽpate caliditatis. Et vt ſit ad vnũ dicere recipiẽd⁹ eſt infãs in loco ſimilioꝛi loco matricis ꝙ poſſibili⁹ eſt: qꝛ mutatio ſubita nocet nocumẽto magno. Et ideo nullo mõ balneãdi ſunt poſt ꝑturitionẽ in aqua frigida: ſicut q̃dã barbari ꝯſueuerũt: ſed in aqua pura tẽperate caliditatis ſimili caliditati matricis in qua ꝑ expientiã nos vid́emus eos ꝙ plurimũ delectari. Dicũt antiquoꝝ quidã ꝙ eoꝝ coꝛpoꝛa poſt partũ debẽt ſinapiꝫari ſale minutiſſime triturato ⁊ deinde faſciari recenter. Hec em̃ ſinapiꝫatio vtilis eſt ad membꝛa eoꝛum roboꝛãda a frigoꝛe caloꝛe ⁊ ſimilib⁹. Ex hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eñ eoꝝ cutis efficitur denſioꝛ ⁊ impoſſibilioꝛ: humiditates ⁊ impuritates cutis ſuperflue cõſumũtur in quib⁹ cõſtat infantes abundare. Sed quia ſal habet ex ſui natura mẽbꝛa infantis moꝛdicare loco ſalis ad pꝛedictas intentiones vtunt̃ aliquẽ ſapientũ aleo fruct⁹ gladiũ ex quo membꝛa roborant̃ ⁊ humiditates aliqualiter deſiccant̃. Nõnabile eſt iſtud in infantibus valde calidis ⁊ multũ raris puta cholericis et ſanguineis quoꝝ mẽbꝛa ſunt valde rara. Sed in infantibus qui ſunt in fine equalitatis ſecus eſt. In his enim ſal magis vtile Et ſi eſſent phlegmatici infantes eoꝛum ſal debet eſſe calidius ⁊ non ſiccius. Amplius eoꝛum veſice ſunt compꝛimende vt facilius vꝛinam emittant. Eoꝛum etiam nares purgentur cum digito minimo cuius vnguis nullam habeat eminẽtiam ⁊ auri oꝛificium minimo digito inuncto oleo eſt aperiendum. Mulieres gallicane habent regulam ſpecialem in regimine infantium quam volum⁹ pꝛemittere. Dicunt enim infantes nouiter natos debere ſinapizari farina ⁊ ſpecialiter partes eoꝛum inferioꝛes muſculoſas: deinde fricari cute poꝛcina tẽperate aſpitatis. Dicũt eñ ſupfluitates malas ab eoꝝ coꝛpib⁹ reſolui. Eſt ẽt ĩfãs balneãd⁹ ſingulis dieb⁹ bienõ q̃dẽ pleno ſtomacho lacte nec ſtatim poſt lactationẽ ſ; añ Sicut ei exercitiũ d; ãticipare cibũ ĩ potẽtib⁹ exercitari: ſic balneũ d; ãticipare lactationẽ ĩ nouit nat; q̃ nõ pñt exercitari. Vñ ſi ſtõach⁹ ſit plen⁹ lacte eoꝝ digõ coꝛrũpit̃ pp balneũ ⁊ oppilatiões ĩ lateribus gñant̃: ſilr eoꝝ dyafragma ꝯpͥmit̃ ⁊ ĩ eiſdẽ tuſſis gñat̃ ⁊ ĩterdũ vomi=

Qualit̃ mulieres ſe debẽt regere erga regimen ĩfantium

tus ꝙ oīa ſīt nouiter natis nociua ſūt ſimplr ⁊ euī-
tāda. Nō dꝫ aūt balneari ī aq̄ ſapiēte naturā ſiue
virtutē pharmacoꝝ cuiuſmodi ſūt aq̄ ſulphuree ⁊
alūioſe: ſed dꝫ eſſe aqua pura fōtina cuiꝰ motꝰ ſit
verſꝰ oriētē ꝑ terrā arenoſā nō lapideā nec luto-
ſā: etiā a mōtibꝰ diſcooꝑtā: aeri ⁊ ſoli expoſitā nul
lius ſaporis ſubſtātie ſubtilis. cuiꝰ reſidētia nulla
vel pauca pōdere leuis: q̄ cito caleſit ⁊ cito īfrigi-
dat. Morētur in balneo quouſqꝫ carnes eoꝝ ru-
bere īcipiāt. Et poſt balneū decēter ſūt faſciādi ſi
cut nouerūt matrone circa hoc inſiſtētes. Faſcia-
tio aūt nō dꝫ eſſe nimis ſtricta ne eoꝝ augmētū ī
pediat nec nimis mollis ne eoꝝ mēbra indebite fi
gurent. Nec debēt eſſe pāniꝰ ex q̄bꝰ faſciant frigi-
di. Et ſi forſā ne eoꝝ mēbris aliqđ pctm̄ appare
at ex ꝑte figure vel ſitꝰ vel q̄titatis poſt balneū
faſciādo tēptari dꝫ eoꝝ correctio ſicut nutrices ī
fantibꝰ ſuis facere ꝯſueuerūt. Et ſilr in his quoꝝ
vna tibi eſt breuior alia. ſ. magis extēdēdo eā q̄
aliā. Poſt hoc aūt infās lactādꝰ eſt. quouſqꝫ dor-
miat. Qđ ſi forſā dormire nō velit ꝯſolādꝰ eſt cū
dulcibꝰ cātilenis. Et ſi oīa iſta nō iuuerit portan-
dus eſt totꝰ faſciatꝰ hincinde. Et ſuꝑ oīa ſtudeat
nutrix ꝙ eiꝰ veſtes nō ſint ſordide. Sed q̄r matro
nas in his expertas videmus magis ꝑficere: in hac
materia me amplius tenere nō intēdo. Totiēs ei
ſunt faſciādi in die quotiēs eoꝝ veſtes ſordide re
piunt. Sēꝑ aūt poſt balneū lactādi ſūt: ⁊ ſilr poſt
eoꝝ veſtiū ſordidaꝝ mūdificationē. Si quidē eos
lac ſuggere delectabiliter videamus qđ eorundē
infantiū lactādi ꝯſuetudine facile eſt videre: tunc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcdm quod plus vel minus recipiant vnica lacta
tione delectationē lactis ſcdm hoc ſepius vel mi
nus ſunt lactādi. Maior pars tēporis nouiter na
torū occupāda eſt i lactatiōe/balneatiōe/dormi-
tione: ⁊ hmōi veſtiū ſordidarū mutatiōe. Nec oi-
no nouiter nati īdigent alio cibo niſi lacte: et hoc
eis ſit loco cibi ⁊ potus. Lac autē infantibꝰ cōue
niētius eſt lac matris ꝓprie. Nā natura sagax ſa
gacitate cuius nō eſt finis ex vna portiōe ſangui-
nis mēſtrui fetū generat ⁊ nutrit in vtero mris: et
ex alia portione lac ī mām̄illis generat qđ quidē
lac cū ſit generatū ex ſanguine maxime ſimili ſan
guini qui fuit materia generationis et nutritio-
nis infantis: eſt eidē optimū nutrimētū qđ eſt ve-
rum ſuppoſito: ꝙ mater ſit ſana et debiti regimi-
nis ſcdm ꝙ requirit actus nutritiōis nutricis. Et
hoc eſt qz ex eiſdē ſumꝰ ⁊ nutrimur. Quod ſi for-
ſan mater propriū genitum nutrire nō poſſet: vel
non velit: tunc eligēda eſt nutrix ſana bone cōdi-
tionis ⁊ boni moris: etatis perfecte: cuiꝰ color ad
nigrum declinet: ⁊ vene ſint late: ⁊ collū groſſum:
et pectus amplum: et mām̄ille nō carnoſe magne
nō laxe: venarū multarū: cuiꝰ lac nō ſit nimis ſub
tile ⁊ ſeorſum: nec nimis groſſum et caſeatū: colo
ris albi: boni odoris ⁊ boni saporis. Cuiꝰ etiā lac
nō ſit nimis partui propiquū: nec nimis remotū:
cuius partꝰ fuit naturalis etiā maſculꝰ: ⁊ ſit vniꝰ
menſis cum dimidio vel duorum. Et ſi poſſit inue
niri nutrix ſimilis complexionis et regiminis ma-
tris infantis cuius partus fuerit naturalis etiam
maſculus non eſſet malum: immo puto ꝙ talis eſ-

Lac cō-
ueniētiꝰ
pueris
lactantī
bus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſet pre omnibus eligenda ſuppoſita lactis con-
ueniētia in quātitate ꝛ in conditionibus ante di-
ctis. Quod ſi mater propriū filiū nutrire velit nō
eligatur alia ſanitate ꝛ bono regimine habitis cū
lactis ſufficiētia. Quod autem ſit bonū regimen
nutricis ex quo lac eiuſdē cōſeruetur: corrigatur
et augetur infans: apparebit poſt vbi regule regi
minis ſanitatis appropriate ſexui femineo vt dif
fert a maſculino ponentur. Et nō laudarem ꝙ in
primis diebꝰ partus mater lactaret propriū filiū
ſuum. Tum qꝛ mater multū alterata eſt a partu.
Tum quia lac diu remāſit in māmillis ex quo for-
te poteſt eſſe corruptū: ſicut etiā ex proprio colo-
re ꝛ ſubſtātia eſt videre. Unde mulieres gallica-
ne faciūt ſuggi lac ab earū māmillis per aliquam
mulierē vilem ad hoc deputatā. Non eſt cunabu-
lum eius mouendum ad ſomni prouocationē mo
tu violento ne eius lac in ſtomacho cōcutiatur: et
digeſtio corrūpatur: ſed motu ſuaui / et ſi ſine mo-
tu cum māmilla ſomnꝰ poſſit prouocari meliꝰ eſt.
Moderatus fletus ante lactationē cōuenit: ꝛ ſpe
cialiter ad partium ſpiritualium dilatationē ꝛ ad
humiditatū capitis aliqualem euacuationē: ꝛ ad
caloris tēperati reuocationē ꝛ ꝯfortationē. La-
ctentur bis vel ter in die naturali vel ad plus qua
ter. Nō ſi forſan ī eorū ſtomachis corrūpatur lac
ex multa ꝛ īmoderata ſuctione: ex qua cōtingit ī-
flatio ꝛ extēſio ꝛ vētoſitatū multitudo et vrine al
bedo longo tpe famelici ſunt pmittēdi: ꝛ ſtudium
impēdatur vt ſomnū dormiāt lōgū Securiꝰ eſt vt
parū ſuggant lactis ꝛ ſepe. Aſſimilātur eīn corpo

Gallicane mulieres lac ſuggi faciūt

Moderatꝰ fletus ante lactationem cōuenit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rib⁹ ꝯualeſcẽtiũ q̄ ſic ſunt cibãdi vt īferi⁹ apparebit. Bonũ ē etiã añ lactationē ꝙ parũ mellis deſpumati cũ aliquãtulo vini limphati albi eiſdē ꝓpinet ꝓpter ſtomachi ablutionē ⁊ lauationē. Et ſpecialr̄ ī pricipio aliqͩ lactis ī īfantiũ orib⁹ mulgeatur vt min⁹ eoꝝ meri in actio laboret et ex eo conamine ſuctiōis eoꝝ gule cũ meri ⁊ reliqs iſtrumẽtis leſionē īcurrãt. Hoc igr̄ ſit regimē infantiũ quouſqꝫ dẽtes emittãt anteriores. Poſtꝗꝫ dẽtes apparuerit anteriores ali⁹ cib⁹ a lacte nutricis īfantib⁹ īterdũ eſt tribuēd⁹ ſicut cibi lacti ſimiles ī ſubſtãtia ⁊ virtute lacte tñ parũ groſſiores: ⁊ ſunt cibi q̄ pauca vel nulla īdigēt maſticatiōe cuiuſmodi ſũt cibaria laudabilia a mr̄ib⁹ vl̄ nutricib⁹ eoꝝ primit⁹ diligẽter maſticata vt panis ī aqua mellis diſſolut⁹ vel ī aqua carniũ laudabiliũ vel cib⁹ factus ex farina tritici et lacte aīalis ſicut mulieres gallicane facere ꝯſueuerũt. Aut panis diſſolut⁹ ī vino bñ aquatico īterdũ pōt eis bñ tribui. Aqua bona ⁊ pura cui⁹ ꝯditiōes ſuperi⁹ dicte ſũt: pōt ēt ꝑmiſceri cũ aliꝗꝫtulo vini. Nec laudo ꝙ p̄dicti cibi tradãt̄ īfãtib⁹ ſil̄ cũ lacte. In hora ei ī q̄ aliqs p̄dictoꝝ ciboꝝ exhibet̄ īfãtib⁹ abſtineat a lacte q̊uſqꝫ predictoꝝ ciboꝝ digeſtio fuerit ꝑfecta. Hoc facto poſſunt īdui ⁊ portari ⁊ balneari minus ꝗꝫ ante. Cum autem inceperint per ſeipſos ambulare: nutrix debet eſſe ſolicita ne infans diuerſis ⁊ inordinatis moueatur moribus ne forte eius membra torqueantur: nec eſt cogendus ſedere vel ambulare anꝗꝫ ſcḋm naturam deſiderium veniat. Locus in quo ſedet nō debet eſſe dur⁹: nec aſperitatem ha=

Quot mōis poteſt aliq̄ ꝑmiſceri cũ vino.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bens:nec coram ipſo debēt eſſe alique ex eis que pungunt ⁊ incidunt. Cuſtodiendus eſt ne ab alto loco labatur. Cū autē dētes canini inceperint apparere ab omni re que ad maſticandū dura eſt debet abſtinere ne forte materia predictorum dentium propter durorꝫ maſticationē totaliter reſolvatur. Et tunc plurimū bonum erit fricare gingiuas ex axungia galline:vel ex butyro recēti ⁊ cerebro leporis: ex hoc eīm facilior eorū fit trāſitus et origo. Et q2 ī tpe originis dētiū p̄dictorū conſueuerunt infantium colla rubere ꝙplurimū laudo ꝙ hoc tempore vngatur caput et collum cum oleo roſato conquaſſato cum aqua calida. Cum autem poſſibile eſt vt cum predictis dentibꝰ mordere deſiderante proprium digitū maſticare:quapropter hoc tēpore fruſtum paruū radicis yreos in eorum manibus eſt ponendum que non ſit ſicca:ſed inter ſiccum et viride mediocris. Nā ex eorum maſticatione prohibentur eorum gingiue ab vlceribus et dolore. Laudo ꝙ gingiue eorum frequenter cum melle deſpumato cum aliquātulo ſalis fricentur.hoc enim prohibet a dolore et vlcere. Quando autem predicti dentes canini perfecte creuerint radix liquiritie continue maſticetur. Et quanto infantes magis appropinquant ad tēpus in quo ſunt a matre totaliter ſequeſtrādi:tanto oportet aſſuefieri cibariis magis groſſis

Radix liquiricie

Tēpꝰ ſequeſtrationis.

Tempus ſequeſtrationis eſt cum poſſunt alios cibos maſticare perfecte:cum ſcilicet omnes dētes emiſerint. Et hoc tempus eſt duorum annorū cōmuniter. Dicunt quidam ꝙ maſculus tardius ſe=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

queſtrãdus eſt ꝙ femella ceteris paribus. Quod ſi infans perfide et inordinate poſt tempus ſequeſtrationis mammillam queſierit: et ex illo inordinate fleuerit: epithimãde ſunt mammille cum aliquibus que infanti abominationem inducant in guſtu: cuiuſmodi ſunt ſucc⁹ abſinthij: et mẽtaſtri: et myrrhe: et ſimilium. Hoc ergo ſit regimen ĩfantis quouſqꝫ a nutrice ſit ſequeſtrandus. Poſtea tota ſollicitudo parentum debet eſſe in meliorando mores ipſius. Et in hoc conſiſtit duplex vtilitas: vna vt creſcat bonus: et fiat ei in bono habitus fixus qui generatur in anima ex actibus frequentatis. Et hec vtilitas eſt in anima cuius artem non habet medicus: ſed moralis philoſoph⁹. Alia eſt attinens corpori. Nam ex malicia morũ et paſſionũ põt ĩ corpore generari complexionis malicia. Unde ſicut mali mores ſequuntur maliciam cõplexionis: ſic poſſibile eſt maliciã complexionis ex morũ malicia generari. Unde timor in multo tp̃e perficit melancholicũ. Et ergo nõ ſunt permittendi nimis triſtari: nec iraſci nec flere nec gaudere: ſed medium in his eligibile eſt. Et ſi nobis appareat eorum natura vel conſtellatio inclinari inordinate ad aliquam paſſionem aduertendi ſunt ad contrarium. Aduertentes enim ad cõtrarium ad medium veniemus ſicut dirigentes ligna tortuoſa facere ꝯſueuerũt. Et ſic patet ꝙ in cuſtodia morũ ſumma corporis ⁊ anime cuſtodia cõſiſtit. Poſt ſomnũ balneãd⁹ eſt quouſqꝫ ei⁹ carnes rudere incipiant; deinde ludere permittatur per vnã horam; deinde cibandus eſt cibis lauda-

Malicia cõplexionis ex morum malicis.

bilibus:deinde ꝑmittēdꝰ eſt ludere ꝑlixius:dein-
de balneādus eſt. Poſt ſequeſtrationē eoꝝ aliqui
ſunt cōtēti exercitio : parum aut nihil curātes de
balneis:ſed qꝛ eoꝝ mēbra ante ſeptimū annū ſunt
multū debilia ⁊ ad motū inepta rationabile eſt ꝙ
interdū balneantur ad mēbrorū ꝯfortationē ⁊ ad
ſupfluoꝝ tertie digeſtionis expulſionē ⁊ vt mem-
bra ad augmētū preparētur. Non debēt eſſe bal-
nea ſapiētia naturam aliquoꝝ pharmacoꝝ cuiuſ
modi ſunt ſulphurea aluminoſa ⁊ ſimilia: qꝛ red-
derētur ex illis corpora eoꝝ inaugmētabilia. Et
ꝓpter eādē cām exercitiū eoꝝ nō dꝫ eē forte mul
tum ⁊ magnū: qꝛ mēbra eoꝝ adeo ſunt debilia ꝙ
exercitiū forte pati nō poſſunt. In hoc tpe etatis
vinum eſt nociuum ⁊ eo nō īdigēt. Nociuū quidē
qꝛ eſt ignē addere igni. Habēt etiā neruos debi-
les ⁊ cerebrū quoꝝ vinum eſt maxime leſiuum: et
precipue qꝛ eoꝝ nerui ſunt valde paſſibiles ⁊ pe-
netrabiles a vino qđ eſt optimus penetrator pro
pter ſubtilitatē eiꝰ debitam ex parte actionis et
ſubſtātie. Vinū eñ eſt ſubtile in ſubſtantia ⁊ actio
ne. Nec indigēt vino propter vrine mundificatio
nem: ⁊ cholere rubee cum vrina mundificationem
Nec propter corporis humectationē : nec ꝓpter
melancholie repreſentationē:nec propter digeſti
ue et caloris innati cōfortationem vt cōſideranti
manifeſtum eſt . Vinum album limphatum valde
poteſt eis propinari loco potus Et quāto ſunt ca
lidioris cōplexionis minus vtantur vino: ⁊ quan
to frigidioris plus vtantur eo. Aqua que eſt po-
tus eoꝝ ſit pura cuius ꝯditiōes ſuperiꝰ tacte ſunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc ſit regimē pueri quouſq; magiſtro tradatur quod eſt tempus annoꝝ ſex. In hoc tempore tradatur magiſtro qui eum doceat in moribus: et ſic gradatim ordinād⁹:nec ſolito balneād⁹ et eius labor ante comeſtionem augmentandus:q꞉ ei⁹ mēbra ſunt ſolito fortiora. Non ſunt tñ apta fortib⁹ exercitijs ante decimumquartum annum:imo forſan eis non competit exercitium forte ⁊ magnum ante finem adoleſcentie. Uſq; ad duo ſeptēnia annorum non competit vinum niſi aquaticū:ſed minus ꝙ ante. Sed interdum non eſt malum eis in hoc tempore miniſtrare parum boni viri:propter preſeruationem a generatione oppilationū. Hoc ſit regimen pueri vſq; ad decimumquartum annū Unde parum deinceps differt regimē corpori debitum: ſcilicet temperato libero vacare potenti regimini ſanitatis a regimine tranſeuntium decimumquartum annum preterꝙ ꝙ poſſunt fortioribus exercitijs vti: et cibis groſſioribus et vinis minus aquaticis et paucioribus balneis: et indigent breuioribus ſignis. Non indigent exercitijs fortiſſimis nec talia exercitia ſuſtinere poſſunt ſine notabili leſione cuiuſmodi ſunt exercitia luctātium/tornantium/et ſimilia:nam eorum membra non ſunt ſufficiēter apta ad tales motus propter eoꝝ ĩpfectionē:ſunt ei adhuc ĩ via augmēti:⁊ talia exercitia ĩpediūt eoꝝ augmētū. Et ſicut dictū eſt de exercitijs ita ĩtelligat̃ de cibis: nō ei poſſūt digerere cibaria fortiſſima ad dirigēdū dura:quēadmodum poſſunt illi qui ſunt in termino adoleſcētie. Similiter act⁹ venereoꝝ nō ſunt eis ita cō-

Bonū et vtile eſt dare vinū aquaticū pueris ꝑpter preſeruationem a gñatiōe oppilationum.

ueniẽtes ſicut his qui terminum adoleſcẽtie ſunt conſequuti. immo ex coitu inordinato magnã cõſequuntur leſionem. Ex hoc enim corpus impeditur ab augmento: nec ſemen eſt vtile generationi anteq̃ membra ad perfectum augmentum peruenerint: vt patet in terrenaſcentibus quorum ſemen eſt imperfectum anteq̃ planta ad augmentum perfectum deuenerit Cum autem aliquis ad perfectum deuenerit augmentum quod communiter ſupponitur circa medium quarti ſeptennij annorum: et eſt annus viceſimuſquintus: tunc eſt ſanitas perfectiſſima: et durat vſq; ad quadrageſimumquintum annum. Et vocatur hec etas: etas pulchritudinis et fortitudinis. Nam hoc tẽpore corpora ſunt pulcherrima et fortiſſima: ⁊ in eis omnes operationes ſunt fortiores: quod ſpecialiter verum eſt de vitalibus et animalibus q̃cquid ſit de naturalibus. In hac etate indigemus fortioribus exercitijs et eſt ſufficientior ad exercitia fortiſſima: et multomagis q̃ aliqua precedentium. Et minus indiget balneis aque calide q̃ etas precedens: ſed balneum frigide aque huic ſoli etati eſt conueniens vt membra reddantur robuſtiora: et ad motum fortem aptiora. Nec calor innatus ex predicto balneo debilitatur: ſed magis confortabitur: nec augmentum membrorum impedietur. Et non debet hoc balneum eſſe aque intenſe frigiditatis: nec in tempore et hora frigidis: ſed calidis. Cib⁹ in hac etate debet eſſe groſſior et maioris quãtitatis et minoris numeri. Nã debẽt ⁊ poſſũt reſpectu prioris ⁊ poſterioris eta

Calor innat⁹ ex balneo non debilitat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis groſſū ⁊ multū cibū accipe ⁊ raro. Que ſūt ci-
baria ꝯueniētia eis īferi⁹ appebit. Pot⁹ dꝫ eſſe
vinū ſubtile albū min⁹ aquaticū ꝙ̄ in minori eta-
te ꝑpter vrine ꝓuocationē: cholere mūdificatio
nē ⁊ ſudoris ꝓuocationē: ⁊ mēbroꝝ humectatio
nē. Nec debēt eoꝝ cibaria eſſe calida nec acuta:
ne forte ex eis in febrē vel capitis ſupcalefactio-
nē vel humoꝝ aduſtionē incidāt. Et ꝑpter eādē
rationē vitare debent oīa exceſſiue calida ⁊ ſicca
vt piper: ſinapis: allia ⁊ ſilīa. Hec etas īdiget bre
uiſſimo ſōno reſpectu aliaꝝ ꝑpter digeſtiōis for-
titudinē: ⁊ robur mēbroꝝ q̄ ſūt iſtrumēta virtutū
aīaliū ſenſitiuarū ⁊ motiuaꝝ. Somn⁹ eñ ordīa-
tus ad confortationē virtutū naturaliū ⁊ quietē
aīaliū. Quo ad aīe accidentia maxie eſt vitanda
ira ⁊ triſticia que ſanguinē ſupcalefaciunt ⁊ adu
rūt. Hec etas actib⁹ veneris eſt ꝯueniētior ꝑpter
membroꝝ ꝑfectionem ⁊ caloris ⁊ ſpirituū fortifi-
cationē ⁊ ſeminis multitudinē et digeſtionē. Re-
gule aūt ſpeciales regiminis ſanitatis q̄ ſumūtur
ex reꝝ naturaliū diuerſitate inferius apparebunt
Hanc etatem ſequiꝭ cōſiſtentia cui⁹ regimē paꝝ
differt a regimine imediate dicto. Hāc cōſiſtētiā
ſequiꝭ ſenect⁹ cui⁹ volum⁹ ponere regimē ſpecia
le ſicut infantiū. Notandū ꝙ tota intētio in regi-
mine ſenum eſt adminiſtrare ꝙ calefaciat ⁊ hume
ctet ex nutrientibus balneis ⁊ potibus longo ſō-
no ⁊ qete. Et qꝛ in ſtomachis ſenū phlegma mul-
tiplicaꝭ ꝑ viā inteſtinoꝝ euacuare ꝓcurabim⁹ ip
ſū primit⁹ digerēdo cū decoctiōe yſopi ⁊ oximel-
le diuretico. Euacuatio fieri pōt cū pigra vel cuꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

decoctione volubilis ⁊ polipodij in qua infunda-
tur cartham⁹ turbith ⁊ zinziber. Pillule etiã cõ-
poſite ex ſemine carthami ⁊ ficubus ⁊ terebenti-
na ſunt ſenib⁹ ꝯueniẽtes ⁊ ſit de illis q̃titas dua-
rũ auellanaꝝ vel circa. De nutriẽtib⁹ ſenum dica
mus ꝙ nutriẽtia ſenũ debẽt eſſe facilis digeſtiõis
⁊ boni nutrimẽti ⁊ minoris q̃titatis ⁊ nũeri mino
ris qᷓ in etatib⁹ precedẽtib⁹. A corꝑib⁹ eñ ſenuꝫ
nõ fit multa reſolutio ꝑpter caloris ſubtilitatem
⁊ mẽbroꝝ duriciẽ: ⁊ ſic nõ ĩdigent multo cibo: nec
ſepe/ſed pauc⁹ eis ſufficit reſpectu etatis prioris
⁊ raro ꝑpter digeſtiue debilitatẽ. Et ergo debẽt
eis adminiſtrari nutrientia q̃ in pua q̃titate pñt
corpus ſenis nutrire ſufficiẽter: ⁊ qꝛ ſenes nõ idi-
gent ſepiſſima refectione: immo forte eis ſufficit
comedere ſemel in die naturali: ideo facillime fe-
runt ieiunium qđ veꝝ eſt de ſenibus a ſenectute ⁊
non a ſenio. Senes eñ a ſenio qui ſunt ſicut lucer
na extinctioni pata indigent ſepiſſima ⁊ pauciſſi-
ma refectione. A cibo eñ multo ſimul ſumpto ſuf
focaretur eoꝝ calor ſicut paruus ignis a multis li
gnis. Et ſi non eis ſepe nutrimentum adminiſtre-
tur calor naturalis humido radicali cõſumpto ſi-
cut lucerna ad extiguendũ parata ꝑpter olei cõ-
ſumptionẽ ⁊ lichini illuminati paucitatem extin-
guetur. Bonum ergo puto tales dietari ter in die
naturali ſic ꝙ inter primã ⁊ ſcđam comeſtionẽ in-
terueniat ſpaciũ octo horaꝝ ⁊ inter vltimã come
ſtionẽ primi diei ⁊ primã ſeq̃ntis interueniat ſpa-
ciũ. x. vel. xi. horarum: ⁊ ſic tertia comeſtio maior
erit ſcđa: ⁊ ſcđa aliquãtulũ maior p̃ma. Pris co-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meſtio erit circa ſcđam hoꝛã equalē diei natura- De ba-
lis: ⁊ ſcđa cõeſtio erit circa hoꝛã ſeptimã : ⁊ tertia rijs.
circa. xvij. hoꝛã diei ſeqñtis ⁊ eſt circa nonã vel de
cimã equales. Debēt ſenes p̄terea euitare oia ci
baria phlegmatis vel mł'ie gñatiua ⁊ venaꝝ oppi
latiua cuiuſmodi ſunt groſſa viſcoſa ſolida ⁊ di-
geſtiõi inobedientia: verbi gratia gña leguminuꝫ
⁊ gña piſcium ſalitoꝝ ⁊ non ſalitoꝝ: ⁊ ſpecialiter
animalium marinoꝝ ⁊ vniuerſaliter carētiũ ſqua
mis ⁊ ſpinis ⁊ carnium ſolitarum ⁊ ſpecialiter ani
malium ſilueſtrium poꝛcoꝝ boũ antiquoꝝ ſalito-
rũ ⁊ non ſalitoꝝ: ⁊ auium in aquis degentiũ ⁊ vni
uerſaliter cibarioꝝ pomoꝝ coctanoꝝ ⁊ meſpilo-
rũ ⁊ ſimilium frigidoꝛum olerum frigidoꝛum pu-
ta lactucarum poꝛtulacatum ⁊ ſimilium. Senib⁹
quoq̧ conuenientioꝛ eſt elixatura q̃ frixura/ vel
aſſatura: ⁊ aſſatura q̃ frixura/ ⁊ paſtillatura q̃ aſ
ſatura. Salſe ex vino ſunt conuentioꝛes ſenibus
q̃ ex aceto vel veriuto. Acetum enim eſt ſenibus
incõuenientiſſimũ ratiõe ei⁹ frigiditatis ⁊ ſiccita
tis. Et meo iudicio ſenectutē accelerat ⁊ ꝯfirmat
Itē ſpecieꝝ gña ſicut zinziber ⁊ cinamomũ ſũt ſe
nib⁹ ꝯueniētioꝛa. Et oia gña ſpecieꝝ participan
tiũ caliditate / ⁊ humiditate/ vel parua ſiccitate.
Mel ſenibus eſt multum ꝯueniēs. Debet autem
eſſe albũ/ grãdinoſũ/ duꝝ/ ĩciſſibile/ boni ſapoꝛis
cuiuſmodi eſt mel de mõte peſſulano. Carnes ca-
ſtratoꝝ iuuenũ caponũ/ gallinaꝝ galloꝝ teſticuli
oua recētia ſũt cibaria ſenib⁹ ꝯueniētia. Et ſilr g
dicũ/ alaudaꝝ/ ⁊ faſianoꝝ. Hec enim ſunt facilis
digeſtionis boni nutrimenti et multi. Piſces ſe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nibus conueniētes ſunt piſces marini: ⁊ iter ipos
eſt rogetus gornat⁹ ⁊ plagitia. Et meli⁹ eſt ꝙ de
coquantur in vino cū feniculo anero ⁊ petroſilino
vt eorꝝ frigiditas tēperet ⁊ remoueat eorꝝ viſco-
ſitas. Lac ſenib⁹ ꝯuenit eo qđ nutrit cito ⁊ corp⁹
humectat. Quibuſdā aūt nō conuenit eo qđ oppi
lationem gn̄at: vnde quibuſdam ex lacte ſub dex
tro hyppocūdrio dolor ⁊ extenſio contingere cō-
ſueuit: ꝑpter venarū ſtricturā ⁊ talib⁹ nō ꝯuenit.
Lac cōuenientius eſt eis aſininū vel caprinū cum
aliquali ꝗtitate zuccari vl' mellis deſpumati: hec
eñ ꝓhibēt ipſi⁹ corruptionē ⁊ iuuant eius pene-
trationē. Caſeus ſenibus eſt inutilis niſi ſit bñ vn
ctuoſus non ſalſus nec nimis recēs. Butyrū ſeni-
bus conuenit: q2 eos humectat ⁊ calefacit ⁊ mem
bra pectoralia lenit. Olera conuenientia ſunt ſi-
cla: bleta: feniculū: petroſilinum; borago domeſti
ca ⁊ ſilueſtris: ſaluia: menta: ⁊ cōſimilia q̄ ad calidi
tatē ⁊ humiditatē declinant. Polipodiū cū ani-
ſo eſt eis conueniens ad leniendū ipſorꝝ naturas
ſi decoquūtur cū carnibus laudabilibus. Idē itel
ligatur de volubili herba cui⁹ eſt flos alb⁹ ad mo
dum cāpane: ⁊ mercurialis eis conuenit: ⁊ eis con
ueniēs eſt oleum oliuarꝝ maturarꝝ ⁊ agmidalorū
dulciū ⁊ ziziminū. Fructus ſenibus cōuenientes
ſunt ficus: ⁊ ſpecialiter ſicce ⁊ paſſule ⁊ pruna: et
dactyli. Et ficub⁹ q̄dem in principio comeſtionis
⁊ alijs in fine eſt vtēdum. Dyacalamentum etiam
eſt eis cōpetens ⁊ ſpecialiter ad apiendū oppila-
tiones laterꝝ quas ſenes ſepius incurrere conſue
uerunt. Clyſtere ex oleo ſimplici dulci eſt eis con-

Caſeus ſenibus nō mltū ꝓdeſt vt dt Auerrois. vj. col.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ueniens interdũ ad leniẽdũ eoꝝ naturas ⁊ ad hu-
mectandum eoꝝ viſcera. Et oĩno cauere debent
ab acuto clyſteri ne eoꝝ inteſtina ſiccentur ſ; hu-
midum clyſtere ⁊ vnctuoſũ eſt eis vtiliſſimũ. De-
bemus ſollicitari in regimine ſenũ de lenitate vẽ-
tris eoꝝ: ⁊ nihil penitus de flebothomia eſt curã-
dũ. Et loquoꝛ de ſenibus a ſenio cuius initiũ po-
nitur in ſeptuageſimo anno vel circa: quibuſdam
citius/quibuſdã tardius: ſunt eñ quidã ita male
constructi coꝛpoꝛe ꝙ nõ poſſũt ad annũ ſexageſi-
mũ peruenire. Vinum nouũ album gallicũ aquati
cum ſenibus non eſt ꝯueniens niſi foꝛſan poſt bal
neum ſi eos inoꝛdinate contingeret ſitire. Vinum
ſenum dʒ eſſe rubeum/ſubtile/ odoꝛiferum ⁊ anti
quũ. Tale eñ vinũ ſenes calefacit ⁊ nutrit: melan
coliã cõpeſcit/vrinã pꝛouocat/ iuncturas hume-
ctat/caloꝛẽ innatum reparat: quibus omnibus in
digent ſenes. Acruminũ generibus vti poſſunt ſi
eiſdẽ vti cõſueuerunt: puta alleis/cepis/ ⁊ ſpecia
liter ꝓpter opilationẽ venarum aperiẽdã quã ſe
pe incurrere ꝯſueuerunt ad quod tũc valeret dya
calamentũ. Tyꝛiaca ſenibus multũ ꝯuenit ad ape
riendũ opilationes ipſoꝝ: ſimiliter competit me-
dicina vocata athanaſia: cuius deſcriptionem in
uenies in antidotario. Potagia ſenibus conueni
entia ſunt gruellũ de auena/ ⁊ hoꝛdeo/ cum aqua
carniũ laudabiliũ. Similiter rape cũ aqua carniũ
laudabiliũ ⁊ feniculo ſenibꝰ ſunt cõueniẽtes. Sil'r
pureta ex boꝛaginibꝰ bletis feniculo petroſilino
ſenibꝰ ſũt ꝯueniẽtes Potꝰ hydromellis ſenibꝰ eſt
ꝯueniẽs ad apiẽdũ eoꝝ opilatiões: ⁊ ſi ſint in vijs


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vrine decoq̄r cū hydromelle petroſilinū: ⁊ ſpecia
liter macedonicū apiū feniculū ⁊ ſimilia. Et ſi opi
latio fuerit in vijs ſpūalib⁹ addat hydromelli ca-
fricatio pillus veneris: yſopus: ⁊ ſikia. Fricatio tēperata
in q̄titate ⁊ qualitate ſenib⁹ ꝯuenit. Debilia mē
bra ⁊ dolētia ſenū fricatione nō indigent. Debet
eſſe fricatio cū manib⁹ aſperis ⁊ groſſis pānis vi-
cib⁹ interpoſitis: nō tū dꝫ eſſe fricatio tāta ⁊ talis
ꝙ mēbroꝝ ipſoꝝ inducat ſiccitatē: ⁊ ꝑ cōſequens
frigiditatē ꝑ viā reſolutionis humidi ⁊ naturalis
calidi ſicut in exercitijs īmoderatis contigere ſo-
let. Nec dꝫ eſſe nimis parua ita ꝙ in membris ſe-
num nulla fiat reſolutio cū fricatio naturaliter or-
dinetur ad expulſionē ſuꝑfluitatū mēbroꝝ tertie
digeſtionis: ⁊ ad cōfortationē earūdē. Debet igi
tur eſſe talis ⁊ tāta ꝙ ſit ſufficiēs poros mēbrorū
aliqualiter aperire ⁊ eorūdē calorem innatū ali-
qualiter confortare / ⁊ ſuperfluitates eoꝝ conſu-
mere vt ex his mēbra ſenū calidiora reddantur et
naturaliter humidiora. Et ſic patet ꝙ fricatio ſe-
nū nō debet eſſe fortis: qꝛ mēbra deſiccat nec de-
bilis qꝛ calorē in membris nō confortat. Nec etiā
parua qꝛ nō ſufficit poros aperire et ſuꝑfluitates
cōſumere. Nec nimis magna ne mēbra debilia ſe-
nū vltra naturalē debilitatem debilitet. Debet er
go eſſe mediocris in quātitate ⁊ qualitate. Tēp⁹
autem ceſſandi a fricatione eſt cum membra ſenū
rubere incipiunt ⁊ aliqualiter dolere. Nec eſt ma
lum circa finem fricationis inungi manus oleo oli
uarū dulci: vel amygdalaꝝ dulciū: vt mēbrorum
ſenum ſiccitas aliqualiter tēperetur: ⁊ calidū na-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

turale in eiſdē conſeruetur. Laudo hanc fricatio
nē fieri ſtomacho ieiuno añ cibū ⁊ exercitiū ⁊ eliga
tur locus tēperatus ⁊ hora naturaliter tēperata
vel artificialiter Et q̃ nō poſſunt exerceri propter
mēbrorū debilitatē vel ꝓpter aliquā cauſam in re
bus mundanis ſuppleatur fricationibus ⁊ balne-
is fricētur qualibet die nō ſolum fricatiōe prepa
rante ad exercitiū ſed ſupplente vicem exercitij.
Et balneantur quater in menſe balneo humectan De balneo.
te ⁊ calorē naturalē confortante: ⁊ ſiccitatē mem
brorum obtēperante. Talia non ſunt balnea ſul-
phurea vel aluminoſa nec vniuerſaliter ſapientia
naturā ſimilium farmacorū: ſed ſunt aque dulces
in quibus apponi laudo camomillā ⁊ vtrunq; ſti-
cados / ⁊ biſmaluā quidē ad mēbrorū ſiccitatē ſti-
cados ⁊ camomillā: q̄r mēbra confortāt / ⁊ laſſitu
dinem remouēt. Et bene laudo q̄ circa finem bal
nei fricentur eorū mēbra vt ſordes eorū remoueā-
tur ſi que ſint. Et inde fricētur inunctis manibus
oleo oliuarum ⁊ amygdalarū dulciū vt poſt balne
um mēbra remaneant humidiora. Terminus bal
neationis ⁊ exitus initium eſt cum digitorū pulpe
incipiunt aliqualiter exaſperari. Et in hoc mul-
tum dicitur conſiderari hominis delectatio / nam
quidam citius balneatione attediantur: quidam
tardius. De alijs conſiderationibus circa frica-
tionem et balneum tranſeo: quia de hoc inferius
in quarta parte huius operis patebit. Senes qui
adhuc habent membra fortia / et ad exercitium
bene apta / non balneo adeo ſepe: nec fricatione
aſſueſcere debēt. Nā balneū ⁊ fricatio ꝓ magna



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parte vtilitatis ad expulſionem ordinantur ſuper fluitatum tertie digeſtiōis ꝛ caloris naturalis cō-fortationem: ꝛ membrorum interiorū euacuationem ad que omnia exercitium ordinatum modo debito plus valet. Membra ſenum debilia exercitari non debent: ne ampliorem incurrant debilitatem: ſecus eſt in adoleſcentibus in quibus mēbra debilia naturaliter exercitantur amplius vt maiora ꝛ fortia fiant: et hoc quia adoleſcentium virtutes conualeſcunt: ꝛ ſenum corpora ſunt decidentia vnde nulla ſpes eſt de membrorum debiliū naturaliter fortificatione per exercitium apta debent plus exercitari non ad virtutis membrorum augmentum: ſed ad reſidui vite conſeruationem. Unde ſi membra ſuperiora ſint debilia; et inferiora fortia: exercitentur magis inferiora. Sed vniuerſaliter ceteris paribus ſenes minori exercitio et debilitatione indigent q̄ adoleſcentes vel iuuenes: vnde fortioribus exercitijs non ſunt apti cuiuſmodi ſunt haſtiludia / torneamenta / ꝛ itinera longa / curſus et luctamina ꝛ ſimilia his. Non enim ſunt vires in ſenectute. Unde hec etas vacare debet his que ſine viribus ſuſtinueri poſſunt: puta conſilijs auctoritatibus et ſenectutis que in ſenibus augeri conſueuerunt: et non his qui viribus corporis fiunt que ad etatem ſpectant priorem. Non enim viribus corporalibus quibus prior indiget etas res magne geruntur.

Senes debiles exercitari nō debent.

¶ Capitulum quartum de regulis ſumptis a lapſu naturali.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De regimine malarū cōplexionum.

QUoniam ī p̄cedēti capitulo poſui regulas regiminis temperati ſiue ſani a generatione a quo non parum differūt egra corpora a generatione q̄ reſpectu tēperati ſunt malarum complexionum. Volumus in hoc capitulo ponere regulas regiminis ſanitatis malarū complexionū non occidentaliū: ſed naturalium. Sunt enim quidam qui a pͥcipio generationis calidiores ſunt vltra tēperamētum humane complexionis: alij frigidiores: ⁊ in alijs qualitatibus tā ſimplicibus q̄ compoſitis excedentes: quarum complexionum neceſſe eſt vt ſit aliud regimen conſeruatiuum vel curatiuum. Nec eſt noſtra ītentio loqui de parum lapſis: quia taliū regimen ſufficienter haberi poteſt ex his que dicta ſunt de regimine temperate complexionis: et ex his que poſtea dicentur de multū lapſis. Sed in iſto capitulo intendimus de corporibus multū lapſis cuiuſmodi ſunt ſanguinei: colerici/fleumatici/et melancolici. De complexiōe ſanguinea. Primo loquamur de regimine ſanguinee complexionis. Eſt enī complexio minus mala et minus diſtans a temperata cōplexione: immo quidā dixerunt hanc cōplexionem eſſe temperatam ſcilicet calidam ⁊ humidam cuiuſmodi eſt ſanguinea: quod vtiq̄ verū eſt reſpectu temperamenti ponderis. Unde homo tēpe peratiſſimus labitur ī calido et humido a ponderis tēperamēto: ⁊ ſic ītellexerūt antiquoꝝ quidā cōplexionē humanā etiā ī tota natura eſſe calidā

et humidã. Sed cõplexio calida et humida respe
ctu tẽperamẽti ad iuſticiam: puta reſpectu homi
nis temperatiſſimi nõ eſt temperata ſed lapſa: et
huiuſmodi eſt cõplexio naturalis: imo habẽs hãc
cõplexionem patitur a cachochimicis egritudini
bus: et vniuerſaliter ab oibus egritudinibꝰ: qua-
rum cauſa eſt putrefactio et humorũ plenitudo ⁊
oppilatio: et ſpecialiter multitudo ſanguinis. In
tali eñ cõplexione cõſueuit multiplicari ſanguis
propter qđ indiget fleubothomia vel ventoſa ꝑ-
pter ſanguinis euacuationẽ: et ſpecialiter cũ regi
men habentium hanc cõplexionem in reliquis nõ
eſt equale. Hec fleubothomia fienda eſt i virtute:
etate: et ceteris particularibus permittentibꝰ: in
tẽpore veris in principio vel in fine. In principio
vbi dubitamꝰ de egritudinibus ex ſanguinis mul
titudine vt plurimũ cõtingẽtibus: nam hoc tem-
pus morbo aſſimilatur ex repletione. In fine cum
dubitamus de egritudinibus ex ſanguinis acuita
te vt plurimum contigentibus. Et ex hoc conclu
ditur fleubothomiam in veris principio fiendã eſ-
ſe maiorẽ et in fine minorẽ. De venis fleubotho-
mãdis et de qualitatis et quãtitatis ſanguinis co
gnitione: et de cõſiderationibus circa fleubotho-
miam obſeruãdis trãſeo: qꝛ per dei gratiã de hoc
fiet vnũ capitulũ ſpeciale. Non ſolũ hec cõplexio
indiget fleubothomia: ſed etiã farmacia: non ad
ſanguinis euacuationẽ: ſed mũdificationẽ ⁊ euen
tationẽ. Medicine ad hoc cõueniẽtes ſunt leues
et benedicte: puta agaricꝰ qui eſt medicina fami-
liaris turbit: certamꝰ vt teſtatur Auerrois. Po-

fuerunt medici experti multas ;bonas medicinas ſanguinis mūdificatiuas puta caſſiafiſtulā pꝛuna mānam tamarindum violas ſerum capꝛinū: boꝛaginē mirabolanos: et multa ſimilia qui ī talibꝰ ſalernitanis eſt videre. Oēs em̄ medicine ſanguinē mūdificātes: vel ſunt euacuātes fleuma qd eſt ſanguis coctꝰ imperfecte vel īdigeſtus: vel melancoliam ex ſanguinis groſſioꝛi per viā ebulitionis generatā vl' colerā ex ſubtilioꝛi ſanguinis ꝑ viā ebulitionis generatā. Nā cū ſanguis ebulit qd ſubtile eſt ipſius cōuertitur ad colerā innaturalē ꝗ omnino a coꝛpoꝛe euacuāda eſt: ⁊ qd groſſius eſt ī melācoliā cōuertitur innaturalē. Et ſimiliter cū ſanguis digeri nō poſſit: cōuertitur ī quoddā fleuma qd nō eſt natū nutrire coꝛpꝰ. Unde medicine euacuātes hos humoꝛes pꝛedictos: ſanguinis mūdificatiue ab autoꝛibus nominātur. Nō em̄ debemꝰ vti medicina euacuāte ſanguinē in ſua puritate. Uñ ſi nō peccet ſāguis ī qualitate ⁊ ſubſtātia: ſed ſolū ī quātitate nō eſt adhibēda farmacia. Unde Hali refert ꝙ Gal. oꝛdinauit hoiem interfici ꝗ inuenit medicinā ſanguinis euacuatiuā oculis coopertis ne eādē medicinā aliū docere poſſet Unde oīno inartificiale eſt medicinā ſanguinis purgatiuā exhibere niſi modo pꝛedicto. Nō ſic eſt de humoꝛibus alijs a ſanguine: qꝛ ſtātes in ſua puritate quo ad ſubſtātiā ⁊ q̄litatē: peccātes tñ in q̄titate debēt ꝑ medicinā farmacā euacuari eiſdē appꝛopꝛiatā. Ex his patet ī quo differūt medicine ſanguinis mūdificatiue a medicinis euacuatiuis ceteroꝝ hūoꝝ. Nā medicie euacuatiue alioꝝ hūoꝝ a

Medicina euacuatiua ſāguinis nō eſt tribuēda.

ſanguine reſpiciunt humores illos vt diſtinctos a ſanguine peccantes ī qualitate quātitate vel ſubſtantia: ſed medicine mundificatiue ſanguinis reſpiciunt eoſdem: et ſanguinem vt deficientes a ſanguinis perfectione: vel propter diminutionem caloris: vt in fleumate: vel propter exceſſum non vltimatū caloris: vt in colera: vel propter exceſſum vltimatum caloris: vt in melancolia. Nō etiā multum a veritate remotum eſt ꝙ aliqua melancolie ſpecies ex ſanguine generetur a frigido: cuiꝰ melancolie medicine euacuatiua etiā vocabitur ſanguinis mundificatiua. Differunt preterea medicine mundificantes ſanguinem a medicinis euacuatiuis aliorum humorum a ſanguine in hoc ꝙ medicine ſanguinem mundificantes ſunt benigniores et minus periculoſe: vnde ſunt quaſi quedam medicine bñdicte: ſed ſic non eſt de medicinis euacuatiuis aliorum humorum a ſanguine: vt a ſanguine diſtinguuntur. Unde in talibus illorū de ſalerno vbi ponuntur medicine ſanguinis mundificatiue ſolū ponuntur leues et benedicte cuiuſmodi ſunt medicine ſuperius nominate: quarū quedā mūdificāt ſanguinē fleumaticū: q̄dā colericū: q̄dā melancolicū. Medicine autē euacuātes alios humores diſtinctos a ſanguine ſunt fortiores ⁊ magis periculoſe: qḋ eo contingit: q2 tales humores ſunt minus nature obediētes: quanto eñ aliquis humor magis diſtat a ſanguine: tāto magis eſt nature inimicus ſi quidem ſanguis nature eſt familiaris amicus. Dicamus igitur ꝙ talis complexio calida et humida indiget medicina ſanguinis

Differētia inter medicinā mūdificatiuā: et euacuatiuam.

Sāguis eſt amicus nature.

mundificatiua:ſed de modo exhibitiōis taliū medicinarum et ſimilium tranſeo: q2 de iſtis fiet vnū capitulum. Hec complexio conſueuit multiplicare ſuperfluitates:et ſpecialiter tertie digeſtionis: quapropter eam habentes indigent exercitio vel loci ꝛ forti ad predictarum ſuperfluitatum expulſionem:ex quibus poſſet opilatio generari: ꝛ per conſequens putrefactio in corporibus prouenire Regulas in exercitio obſeruandas inferius ponā in vno capitulo ſpeciali. Eadem ratione indigēt fricatione multa et forti: ꝛ ꝙ balneent ſtomacho ieiuno bis vel ter in ebdomada: vel ad minus ſemel. Et oportet ſtomachū habentiū talē ꝯplexionem intueri. Nam ſi ipſius cōplexio ad malū verteretur:humores totius corporis ad malū declinarent. Nam error notabilis in prima digeſtione nō corrigitur in ſecūda. Amplius q2 hec ꝯplexio eſt parata putrefactioni humorū bonū eſt: vt his vtatur que putrefactioni reſiſtunt: cuiuſmodi ſūt frigida/ſicca/non viſcoſa/non pinguia/non dulcia/non paſſibilia in ſubſtantia/non participātia caliditate extranea/nō vaporoſa cuiuſmodi ſunt fructus vaporoſi: et ſpecialiter virides et recentes:puta ficus/vue/amygdala/et ſimilia. Similiter lacticinis:et ſpecialiter recētia et vina dulcia et carnes humide et calide et vnctuoſe:puta carnes mutonine:et idem intelligatur in alijs. Talis cōplexio minus leditur a ieiunio: vnde forſan ſufficit habētibus hanc complexionem comedere in tribus diebus quater. Hec complexio in actibus coitus ſufficiētior eſt alijs:ꝛ min⁹ leditur a coitu. De coitu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De acci-dentibus anime.

Regule ī vſu coitu īferi⁹ dicent. Hec ↄplexio mi-
nus leditur a vigilia īter oēs cōplexiones: ⁊ plus
a ſomno grauat: ⁊ ergo plus alijs debēt vigilare
et min⁹ dormire. Plus aūt cōuenit ei iraſci ⁊ mi-
nus gaudere: ſimiliter triſtari ꝙ̄ alijs cōplexioni-
bus. Nō conuenit ei vti cibis plurimi nutrimēti:
ſed pauci et boni. Et de hoc īferius apparebit in
ſpeciali capitulo. Hec cōplexio cōſueuit ī reuma
te abūdare: vnde bonū eſt materiā reumatis īter-
dum ꝑ ſternutationē: ⁊ interdū per gargariſmata
cōueniētia euacuare precedētibus purgationib⁹
vniuerſalib⁹. Maſtix ⁊ ſaxifraga ſunt appropria

Oppila-tio.

ta multū in reumatis mundificatione gargarizan
do vel maſticādo vel ſternutādo. Hec etiā cōple

Cibatio. Balnea-tio.

xio ſatis parata eſt oppilationibus venarū. Ab-
ſtineant ergo habētes hanc ↄplexionē a cibarijs
et potibus oppilationē inducētibus: ⁊ vniuerſali
ter ab omnibus a quibus oppilatio poteſt proue
nire. Unde vitare debent cibaria dulcia vnctuo-
ſa groſſa et etiam potus turbidos groſſos et dul
ces: debent etiam vitare balnea poſt cibum ⁊ ex-
ercitium forte ⁊ coire et multum bibere / ſunt eñ
cauſatiua deſcenſus cibi a ſtomacho ante perfe-
ctā eius digeſtionem / et ideo talis cibus veniens
ad venas cauſabit oppilationes in eiſdem. Hec
ſufficiant de illa complexione.

Complexio colerica calida de natura ignis

¶ De complexione colerica.

COnſequēter dicem⁹ de ↄplexione cali-
da ⁊ ſicca. Habētes eñ hāc cōplexionē
parati ſunt cadere in febres inflammati
uas: et ſpecialiter ī tēporib⁹ calidis vn-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de laudo q temporib us calidis vtantur orizaca; ra ſimplici cū ſyrupo violarū vel nenufaris. Et rationabile eſt vt p̄dicti ſyrupi aromatizētur cū aliquāto ſpice. vel cynamomine predicti ſyrupi aliqualiter ſtomachū debilitent. Amplius aqua hordei in temporibus calidis eſt conueniens eis. Laudo q predicti ſyrupi recipiantur cum decoctione quorūdam ſeminum deopilantium cuiuſmodi eſt ſemen melonū cucurbite citruli ſcariole apij. Et quia hec cōplexio ſolet in colera abundare. ⁊ ſpecialiter temporibus calidis indiget euacuantib⁹ coleram cuiuſmodi eſt reubarbarū ſcamonea correcta mirabolani citrini. caſſia fiſtula. thamarindi. et ſimilia. Hmōi cōplexionis regimē dicitur eſſe declinans ad frigida et humida. qz parata eſt cadere in egritudines colericas calidas et ſiccas. Eſt aūt ꝯplexio hec ad ſenectutē parata ratione ſiccitatis: quapropter īdiget humectātib⁹ ⁊ ſenectuti reſiſtentibus cuiuſmodi ſunt cibi laudabiles gallinarū / pullorū / et gallorū iuuenū / et extremitates porcoꝝ / ⁊ carnes vituloꝝ ⁊ oīa laudabilia odorifera nō fumoſa nec acuta ſufficiēter ſubtilia. Et oīz velocis ⁊ ſubiti nutrimēti ē vinū. Balneū aq̄ dulcis ē ei ꝯueniēs ſilr ſōn⁹ dz fugere vigilia ⁊ labores iordiatos mētꝫ ⁊ corpis. Vn̄ hec ꝯplexio min⁹ īdiget exercitijs fortib⁹ ⁊ pl⁹ lediť a ieiunijs. Vn̄ hn̄tes hāc ꝯplexionē cibādi ſūt bis ī die naturali nec debēt cibi eoꝝ eē valde ſubtiles ⁊ paſſibiles nec dl'ces. Nā tales cibi cū ꝑcutiūť a calore forti ī colerā ꝯuertūť ſz dn̄t eē cibi eoꝝ fortiorꝫ dige-ſtiōis. Hec ꝯplexio lediť a coitu iordiato ⁊ ē min⁹ tu.

Regimē in ſenectute.

De vino

De balneo.

De coitu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indigens q̄uis propter caliditatem magis ad ip-
ſum ſit inclinata. Hec etiam complexio minus in-
diget fleubothomijs: et ſpecialiter ꝓpter euacua-
tionē: tñ bñ īdiget ꝓpter ſanguinis euacuationē.

Fleumatica cōplexio frigida ⁊ hūida

¶ De complexione fleumatica.

Conſequenter dicamꝰ regimen comple-
xionis frigide ⁊ humide. Regimen ha-
bentium hanc complexionem debet eſſe
declinans ad calidum ⁊ ſiccum: cuiuſmo-
di eſt panis triticeus bene fermentatus cū aliqua
ſalis quantitate. Et ſi addatur ſemen aniſi/ fenicu-
li/ et cimini erit panis magis appropriatꝰ: carnes
volatilium paruorum: perdicum/ turturum/ ⁊ co-
lumbarum iuuenum et paruorum vitulorum ſunt
conuenientes eis. Carnes autem porcine ⁊ vitu-
line nō conueniunt eis. Carnes gallorum iuuenū
eis ſunt conuenientes: et oēs carnes facilis dige-
ſtionis ad calidum ⁊ ſiccum declinantes: ⁊ ſpecia-
liter tempore frigido. Piſces et ſpecialiter aqua-
rum dulcium maxime imitantur eis. Unde piſces
marini ſunt minus nociui eis: et laudo ꝙ decoquā-
tur in vino cum ſeminibus calidis diureticis. Et
inter alios piſces approbo oſtreas: et molas in di-
cta complexione. Hec maxime indiget exercitio
et minus leditur a ieiunio: vnde ſufficit in die ſe-
mel comedere. Nec debent eius cibi eſſe fortis di-
geſtionis: nec ſit potus eius aqua vel ceruiſia: ſed
vinum forte: odoriferum in ſubſtantia et actione
ſubtile. Hec complexio parum fleubothomia in-
diget: ſed magis indiget farmacia fleumatis eua-
cuatiua: cōſueuit enī hec complexio fleuma mul-

De carnibus.

De piſcibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiplicare ⁊ ſpecialiter in hyeme. Unde circa principium veris bonū eſt purgare fleuma'. Primo ergo digeratur cū oximelle ſimplici vel diuretico vl ſquillitico vel cū decoctione yſopi: deinde purgetur cū dyaturbith: vel cū decoctiōe pollipodij et mirabolanorū kebolorū ⁊ ſemis carthami in qua tēperent turbith agaricus ⁊ zinziber. Hec cōplexio minus ledit a coitu/ qꝛ in eo ſatis eſt potēs ꝙuis parū appetat ꝑpter defectū calidi: vnde totalis dimiſſio coitus in ea multū nociua eſt. Stupha eſt cōuenientioꝛ huic cōplexioni ꝙ balneū aque dulcis: balnea tamen aque ſulphuree artificialia vel naturalia ſūt ei cōuenientia. Sic etiam in hac complexione conuenit vigilia: ⁊ ſomnus ſuperfluus ⁊ precipue diurnus maxime nocet.

Purgatio.

ſtupha.

Cōplexio melāco. frigi. ⁊ ſicca.

¶ De melancolica complexione.

Complexio frigida ⁊ ſicca ceteris eſt deterioꝛ ⁊ ad ſenectutē paratioꝛ: indiget ergo regimine calefaciēte ⁊ humectāte in cibis ⁊ potibꝰ ⁊ alijs. Panis igit habētiū hāc cōplexionē ſit triticeꝰ ſine ſale / cum parua quātitate fermēti: ⁊ ſit panis ſatis mollis. Carnes eoꝝ ſint calide ⁊ humide: cuiuſmodi ſunt carnes caſtrati ⁊ caponū antiquoꝝ ⁊ iuuenū. Uinū etiā odoriferū ⁊ ſubtile eſt de his q̄ maxie conueniūt huic cōplexiōi. Indiget etiā fricatione tēperata ⁊ exercitio tēpato ⁊ balneo aque dulcis. Hec cōplexio indiget lōgo ſomno. Coitꝰ eſt maxime huic cōplexiōi nociuꝰ: qꝛ coitus infrigidat ⁊ deſiccat ⁊ ſimiliter triſticia ⁊ ira. Hec cōplexio qꝛ ſicca indiget inter refectiōes tēpore breui: vnde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ieiunijs nocet ei. Nō indiget cibis fortis digeſtionis q᷑ calidū innatū eſt debile quare nō pōt ſuſtinere multā cibi q̄ntitatē vñ min⁹ de cibo ſufficit ⁊ quā alijs cōplexiōib⁹: ſ3 debet ad min⁹ cibari bis in die. Flōia in hac cōplexiōe nocet ſed conuertit farmacia mlie euacuatiua. Medicine aūt ad hoc valētes ſunt mirabolani / īdi / polidij / lapis lazuli follicli ſene: flores vtriuſq̄ buggloſſe: ⁊ mlta ſilia

Euacuātia melācoliam.

Debet aūt p̄cedere digeſtiuū hūoris melācolici vt borago / buggloſſa / thim⁹ / epithim⁹ ſcolopēdria maior ⁊ minor cappares / thamariſc⁹ / pſidia / vinū odorifer / lupulus cucuſta: ⁊ ſilia. Fiat hec purgatio ī p̄cipio veris vel ī fine eſtatis. Hec ſufficiant de regimine totalis lapſ⁹ a vero tēperamēto Quid autem ſit de regimine lapſus in ſingulis mēbris apparebit inferius.

## Capitulum quintum de regulis ſumptis ab habitudine.

De macie. Gali. ij. cōplexionū. ⁊ iij. de accidenti et morbo.

Non eodē regimine indigent pingues naturaliter plus q̄ requirat humane cōplexionis tēperamentū ⁊ naturaliter macilēti. Sunt eñ quidā qui ex totali cōplexiōe ⁊ cōpoſitiōe ſūt macilēti magis q̄ requirat habitudinis tēperamētum in humana ſpecie quod tam ex ſiccitate cōplexiōis q̄ ex caliditate membrorum tertie digeſtionis: et ſimiliter aliorum membrorum contingere conuenit. Poteſt preterea talis macies p̄uenire ex debilitate membrorum tertie digeſtiōis / ſiue ex parte compoſitionis / ſiue ex parte complexionis: ratione cuius debilitatis vel membra nō attrahunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alimentum / vel alimentum tractum non poſſunt digerere ⁊ ſic membra extenuantur. Quibuſdam hominibus contingit quod eorum mēbra fortia ſūt in attrahendo: ⁊ tamen non impinguātur ſed manēt naturaliter macilenta quod eſt ex caloris fortitudine reſoluentis: ⁊ ex virtutis conuerſiue mēbrorum debilitate reſtaurationis membrorum. Sūt enim forte membra inabilia vt a cibo reſtaurētur propter eorum duriciem ⁊ ſiccitatem vt in membris melancolicis eſt videre. vel propter fortē cōſumptionem: vt in colericis in quibus calidum eſt acutum ⁊ conſumptiuum; vnde quod deberet vel poſſet in membra conuerti a forti calore ante cōuerſionem conſumitur. Ex dictis haberi poteſt q̄ ſunt cauſe ſupflue pinguēdinis. Nam quia oppoſitorum naturaliter oppoſite ſunt cauſe / humiditas membrorum cum caliditate obtuſa: ⁊ conuerſiue fortitudo ⁊ digeſtiue membrorum et abilitas reſtaurationis ex parte molliciei et raritatis ſunt cauſe pinguedinis naturalis ſiue multe carnoſitatis. Differunt autem carnoſitas ⁊ pinguedo; eo ꝙ pinguedo eſt a frigido et humido / nec arguit fortitudinem conuerſiue ſed ſolum digeſtiue prime et ſecunde. Carnoſitas autem arguit caliditatem et humiditatem et ſanguinis multitudinem ⁊ digeſtiue membrorum interiorum ⁊ exteriorum bonitatem et conuerſiue ſimiliter et reſtaurationem earundem / vnde carnoſitas minus vituperabilis eſt ꝙ̄ pinguedo. regimē.

¶ De impinguando macrum.

SI ergo aliquis homo naturaliter ſit ex
tenuatus per carnis ⁊ pinguedinis pri
uationē: debet vti calefacientibꝰ ⁊ hu
mectantibꝰ ⁊ cibis multi nutrimēti fa-
cilis digeſtiōis ⁊ cōuerſiōis: ⁊ debet cō
fortare mēbra tertie digeſtiōis ⁊ ea p̄parare vt ali
mentū melius attrahant ⁊ digerāt / retineāt ⁊ cō
uertant / ⁊ debet vti his qui ſiccitati reſiſtunt ⁊ re
ſolutioni cū magna cauſa extenuitatis ſit reſolu-
tio fortis. Conueniēs eſt ei qui vult pinguedineꝫ
ſui corporis ſeruare abſtinere a ſalſis / acutis / ace
toſis ⁊ pungitiuis / niſi forte vtatur his loco ſapo
ris melioraretur appetitꝰ. Unde triticuꝫ coctum
oua ſorbilia / ⁊ pultes ſorbiles de farina frumēti:
ſimiliter triticū nutritum cū lacte. Lac / caſeus re
cens agmidala fiſtici pinee auellane vue galline /
pulli colūbaꝝ pinguium aſſataꝝ vel paſtillatarū
ſimilit er bonū vinū: leticijs vti ⁊ gaudijs: paꝝ vti
minutione ⁊ purgatiōe: balneare poſt cibum com
pleta prima digeſtiōe: paꝝ fameſcere: multum co
medere: paꝝ bibere: ⁊ ſpecialiter vina fortia: pa-
rū iraſci: ſollicitari aut triſtari: aut coire exercitiū
tēperatū: fricatio tēperata: ⁊ oia dulcia ⁊ vnctuo
ſa corpꝰ impinguāt. Si qs cupit membroꝝ tertie
digeſtiōis virtutē attractiuā ⁊ digeſtiuā conforta
re: oportunū eſt ante ītroitum balnei mēbra, p̄mo
moderate fricare / deīde fortius / poſtea pice em-
plaſtrari / deinde moderate exercitari / et vltimo
abſqꝫ tarditate balneari / deinde ſiccis manibus
exiccari / poſtea inungi pauco olea oliuaꝝ camo-
millina vel anetino deīde cibari cibo conuenienti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et ſi etas ꝯſuetudo ⁊ cõplexio permittãt fundat ſuper membra ſua frigidam aquã in exitu balnei. Finis autẽ fricationis que ante emplaſtrum preſmittitur eſt vt inflatio non incipiat conſumi. Amplius bene ſcias ꝙ verberare corpora cũ virgulis quouſqꝫ rubeant eoꝝ carnes colorem ipſoꝝ confortat ad attrahendũ ⁊ dirigẽdum et ad perfectiꝰ conuertendum nutrimẽtũ attractũ. Et laudamus vt virgule inunganť oleo oliuarũ. Nũc ponať vnũ antidotũ bonum ad illos q̃ volũt impinguari. Sumantur amigdale excorticate ⁊ auellane: ſemẽ papaueris albi granũ viride ex quo fit terebẽtina: et exoluanť oĩa in butyro vaccino ⁊ zuccaro de quo mane ⁊ ſero parũ comedatur ⁊ ſupbibatur vinum bonum. Hec ſufficiant de impinguendo macrum.

Gali. de regimie ſanita. Verberatio de virgis ꝓdeſt. Antidotũ impinguã.

¶ De macrefaciendo pinguem.

At ex predictis ſatis haberi poteſt q̃le debet eſſe regimen pinguiũ exceſſiue Comedant naqꝫ cibaria pauci nutrimenti ⁊ magne quantitatis ⁊ citi deſcenſus: ⁊ frequenter balneãtur anteqꝫ comedãt et freqũẽter ⁊ feſtinum ſit eis exercitium: ⁊ inunganstur oleis reſoluẽtibus: ⁊ vtãtur trifera minori ⁊ electuario ⁊ de lacca interdũ tyriaca. Dimittant carnes ⁊ vinum ⁊ lac ⁊ oĩa dulcia. Plurimum vtantur oleribus ſalſis acutis acetoſis: ⁊ larga ventris ſolutione vtanť: vrinã ⁊ ſudorẽ ꝓuocẽt: ⁊ labore multo ⁊ veloci vtanť anteqꝫ comedãt ⁊ famẽ tollerẽt. Amplꝰ diſponãt ſe ad comedẽdum ſemel in die ⁊ diu vigilẽt ⁊ vinum bibãt vetꝰ ⁊ ſubtile: ⁊ ad vltimum vtanť regimine cõtrario ei qđ dixĩmꝰ in hoc



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

capitulo. De his autem q̄ macreſcere faciunt ſunt diaciminū diatreō pipereon. Comedāt aūt predicta electuaria ieiuno ſtomacho fame inſtāte ꝛ poſt eoꝝ acceptionē tādiu fameant ꝙ eoꝝ appetit⁹ deprimat ꝛ aliqualiter extinguatur. Et vt poſſit ad vnū diē famē pati ꝛ ſitim in balneo ereo ſudare ꝛ medicinas maciē faciētes aſſumere: parū dormire ꝛ in lecto duro ꝛ multum coire ꝛ morari ſub ſole ꝛ in māſionib⁹ calidis corp⁹ pingue macreſcere faciunt. Medicamē corp⁹ macreſcere faciens ꝛ deſiccās. Recipe trifere minoris drag. iij. pulueris yere pigre turbith electi ana drag. iij. miſceātur ꝛ ſumatur quaq; die ꝓ doſi eius medietas vel de tertio in tertiū. Ampli⁹ euacuatiōes ꝛ vomit⁹ nō equales macreſcere faciūt ſ; equales ip̄iguāt. Et illud qđ plurimū extenuat eſt alteratio ꝯplexiōis ad ꝯtrariū cōplexiōis facientis pinguedinē. Verbi grā ſi eſt caliditas frigefactio ꝛ ſi frigus calefactio.

¶ Et eſt notandū ꝙ maciē faciētia ſunt diuretica ſeceſſiua ſudorē ꝓuocātia reſoluētia ꝛ deſiccātia ꝛ vniuerſaliter īpediētia motū alimēti ad membra ꝛ morā eiuſdē in mēbris extenuāt corpus. Vñ olera ꝛ alia ſtupefaciētia ꝛ infrigidātia ſūt corp⁹ extenuātia eo ꝙ attractiua mēbrorū debilitatur, q2 attactio fit a calido. Ex dictis ſufficienter haberi poteſt quomō mēbrū particulare extenuatū ſit impiguādū ꝛ pigue extenuādū. Impiguādū ex parte attractiōis nutrimēti ꝯueniētes ad ip̄m et retētionis ei⁹ ſupra ip̄m et conuerſionis ei⁹ ad naturā ip̄ſius. Et hec operationes cōplentur per fricationem et rubificationē cum medicinis rubificātib⁹

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et cum fricatione que eſt fortior/ ⁊ cum effuſione aque calide ⁊ vltimo cum linitione picis ſicut ſuperius dictum eſt: vel cum appoſitione alicuiꝰ habentis virtutem picis cuiuſmodi ſunt vermes rubei vocati ſanguiſuge terreſtres. Interdum autem indigemus opere cyrurgico et ſpecialiter in naſo labio ⁊ aure ad inciſionem carnis indurate a calore impediente membrum augeri ⁊ impinguari. Si autem velimꝰ aliquod mēbrum pinguius ꝙ̄ oportet extenuare iuuat ad hoc ipſum facere quieſcere cum frigore ſuo ⁊ ligare vias cibi ad ipſum ⁊ ſtringere cum ligamento ⁊ attrahere cibum ab oppoſitum eius. Et de epithimatibus que prohibent teſticulum aut mammillam impinguari ſiue augmētari eſt vt ſumatur chimolea ⁊ ceruſa plumbi ⁊ miſceantur cū expreſſione iuſquiami albi ⁊ oleo myrtino adminiſtretur inunctio: ⁊ aſſiduetur epithimatio eius cum fricatione lapidis in quo fleubothomatores accuunt ſua ferramenta cum vnius ſuper aliū fricantur cum aceto/ vel cum ſucco iuſquiami albi Amplius epithimatio fiat cum aqua aluminoſa aceto et farina/ fabarū ⁊ coriandro/ ⁊ ſimilibus tribus diebus continuis: deinde emplaſtretur mā̄milla cuꝫ ſemine lilij tribus alijs diebus/ ⁊ fiat hoc in menſe tribus vicibus. Et hec ſufficiant.

de cirurgia

extenuatio

Epithimatio.

Capitulum ſextum de regulis ſūptis a diuerſitate mēbrorum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ttuor ptes p̄n/cipales corpis.

Tota regio corporis humani in quattuor partes eſt diuiſa: quarū prima eſt regio virtutū aīalium: puta cerebrum ⁊ mēbra adiacētia. Scd̄a eſt regio virtutis vitalis: vt puta cor et pulmo. Tertia eſt virtutis naturalis: puta ſtomachus / ſplen / epar / ⁊ inteſtina. Quarta eſt virtutis generatiue: puta teſticuli ⁊ membrum virile in viris et matrix et collum matricis in mulieribus. Et quia hec membra ſunt diuerſaꝝ cõplexionū / cõpoſitionū / ⁊ oꝑationum vtiq̄ indigent diuerſo regimine. Et incipiemꝰ primo a capite ⁊ dicemus de conſeruatione cutis capitis et capillorum in ea ſituatorum: deinde dicemus de cerebro ⁊ alijs membris ſibi adiacentibus: deinde de nutritiuis et vltimo de generatiuis. Et vlterius nos addemus regimen membrorū exteriorum totius corporis ⁊ cutis omniū muſculoꝝ ſiue totius corporis preterq̄ capitis de qua primitus faciemus mentionem.

¶ De cõſeruatiõe cutis capitis capilloꝝ.

Lotio capitis. Balneū

Quod cutem capitis ab vlcere et ſcabie preſeruat eſt ſi cum balneari volueris primum cum melle inunxeris ⁊ idem facit ſapo precipue in hyeme ſi eam predicto modo vnxeris. Nec aliquo modo lotio capitis eſt negligentior quin fiat ad minus in menſe vel in duobus menſibus ter: deinde effunde aquam mediocriter calidam ſuper caput ⁊ pluries anteq̄ a vapore calido balnei calefiat. Et hoc eſt ꝙ quidam ſapiens cuidam regi precepit. Cum balneari volueris primo infunde ſepties aquā ca-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lidam ſuper tuum caput:ꝛ ſic dolorem capitis non timebis. Pectines qualibet die caput cum pectine eburneo: et ſepe quoniam poros aperit et vapores ad ſuperiora euaporare facit. Et ſi capilli debiles fuerint ꝛ exiles lauentur cum lixiuio ex cineribus oliuarum facto:ꝛ ſit lixiuium ex aqua decoctionis capillorum veneris:et edere arboree:et terreſtris. Amplius fricare radices capillorũ cum oleo anetino maſticino et oliuarum eos multiplicat et conſeruat et caniciẽ retardat. Amplius puluis lazuli mirabilem habet proprietatem in cõſeruando palpebrarum pilos. Amplius decoctio bletarum in vino conſeruat pilos barbe:ꝛ ſpecialiter ſi lotio fiat poſt raſuram:immo lotio ex vino ſimplici aliquid valet. Amplius frequens barbe ablutio cum aqua frigida eius caniciem retardat ꝛ prohibet depilationem. Et in hoc omnes antiqui cõcordati ſunt ꝙ mirabolani kebuli conditi caniciem retardant capillorum colorem:ꝛ ſpecialiter nigrum conſeruant. ꝛ hoc plurimum expertum eſt.

## De cerebro.

Sanitas cerebri conſeruatur cum fumigationibus ꝛ odoramentis ſpecierum aromaticarum:cuiuſmodi ſunt lignũ/aloes/ꝛ ambra/ꝛ herbe odorifere:puta maiorana/balſamita/balſamũ/viola ſarracenia ꝛ ſimilia. Hec enĩ cerebrum cõfortant:ꝛ reuma prohibẽt:et dolores emigraneum curãt:ꝛ hec ſpecialr̃ cõpetũt in hyeme:ſed in eſtate fiãt ſuffumigationes ex odoriferis rebus frigidis:puta ex roſis ſandalis:et ſi-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

milibus:⁊ in via cibi competunt pulli et agni iuue
nes decocti modica aqua. Conſeruant enim cere
bri ſanitatem et augent ipſius virtutem. Et ſicut
dicit Ariſtoteles comedere paruos pullos augmē
tat et confortat cerebrum:⁊ eius ſenſus conſeruat
ſed comedere groſſos pullos ſiue gallos cōfortat
cerebrum ⁊ acuit viſum et precipue cerebrum gal

*Sternutatio*

*De cōferētib⁹ cerebro.*

lorum veterum ſiue turturum mirabiliter acuit in
tellectum. Preteres ſuffumigetur caput ſuper fu
mum aque decoctionis camomille:ſticados et mē
taſtri. Amplius ſternutationes in ieiuno facte ce=
rebrum purgant:et hebetudinē ſenſuum remouēt.
Nam vt dicit magnus auenzoar ſtertiones deopi
lant cerebrum et ingroſſant collum: mūdificant fa
ciem:confortant ſenſus:caniciem retardant:⁊ diſ=
ſoluunt fumoſitates incluſas in cerebro. Non eſt
ergo ſternutatio negligenda. In hyeme prouoce=
tur a calidis:et in eſtate frigidis vel temperatis.
Poteſt etiam ſternutacio prouocari aſpectu ra=
diorum ſolis. De rebus maxime conferentibus ce
rebro ſunt:thus:achorus:ſpica:ſticados: maiora=
na:mirabolani ⁊ ſpecialiter kebuli: et ſimilia mul/
ta que in areolis medicinarum facile eſt inuenire.

*Indigeſtio radix oīm egritudinum.*

Quod autem maxime nocet cerebro eſt indigeſtio
et digeſtionis corruptio. Hec enim radix eſt omni
um egritudinum. Que autem plus intellectum pu
rificant:ſunt gaudium cordis leticia et tranquilli=
tas. Dicit enim quidam ſapiens ꝙ gaudium ⁊ leti
cia deſeruiunt intellectui.

## De oculis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SAnitas oculoꝝ cõſeruaꝛ ſi qs abſtineat
a cena nocturna ⁊ ne ſtatim dormiat ſto
macho pleno. Cõſequenter vti puluere
cui⁹ recepta ſeqtur. Recipe ſeminis fe-
niculi partẽ vnã eufraſie minoris par-
tẽ ſemis maiorane: ſileris montani añ. partẽ vnam
zucari albi partẽ vnã ⁊ ſemis fiat puluis. Vſ⁹ ei⁹
pulueris oībus modis viſum cõſeruat et cõfortat
Ampli⁹ ſuffumigare oculos ſupra fumũ aque ca-
lide decoctionis feniculi oculos mũdificat a viſco
ſitate groſſa. Et põt illa decoctio fieri ex vino al-
bo ⁊ aqua: ⁊ põt addi in illa decoctiõe eufraſia: ru
ta/ verbena: et celidonia: et hoc multhm ſepe p me
expertũ eſt. Aſpect⁹ viridiũ viſum ꝯfortat: ⁊ inter
albũ ⁊ nigrũ coloratũ: ita ꝙ ſit color ad membrum
declinãs: ꝗto eñ color magis a medio diſtat tan-
to debilitat ſiue min⁹ ꝯfortat viſum. Ampli⁹ ſi in-
fuaꝛ aqua frigida in pelui coloris viridis ⁊ i eadẽ
oculi ſubmergantur cõtinue paruo tpis interuallo
organũ oculoꝝ fortificat ⁊ ꝯſeruat ipſis exiſtenti-
bus ſub latitudine ſanitatis. Nõ loqmur eñ i hoc
opere de regimine egrorũ: ſed ſanorũ. Vſus turtu-
rum et auium paruarũ viſum cõfortat: et ſimiliter
feniculus quocunqz modo ſumatur. Vtamur ergo
crudo et cocto. Nichil adeo viſui nocet ſicut ſom- Somn⁹
nus cũ ſtomachi repletione: ⁊ ſpecialiter diurnus nocet
Et idẽ intelligaꝛ de coitu. Amplius oīa gña acru
minũ: ſicut allea: cepe: et ſimilia viſum debilitant.
Et ſilr naſturciũ: lactuca: acetũ: caules et oīa va-
poroſa: ⁊ ſpecialiter ſero viſũ debilitant ⁊ offuſcãt
Et veriſilr ſuſpecti de ocloꝝ īfirmitate ſeu debili-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tate abſtineant a ſalſis vaporoſis/ acetoſis/acu-
tis/pungitiuis. Caueant etiam a frigore/puluere
et fumo: ⁊ ſpecialiter carbonum precipue marmo-
rum ⁊ metallorum: ⁊ argenti viui. Et ſimiliter a vẽ-
to. Et oportet vt minoretur aſpect⁹ in litteris mi-
nutis niſi interdum ad exercitium oculoꝝ. Ampli⁹
fletus vomitus ⁊ balneum nocent oculis. Napi ſiue
Cõfortã tia viſuꝫ rape mirabilẽ habẽt ꝓprietatẽ in confortando vi-
ſum. Amplius vſus mirabolanoꝝ conditoꝝ ſum-
me viſum conſeruat ⁊ fortificat. Super oĩa ꝓcure-
tur lenitio vẽtris. Hec eñ maxime viſum confor-
tat ⁊ conſeruat. De lenitione vẽtris inferius appa-
rebit in capitulo de farmacia ſiue vẽtris lenitiõe.
Ad puriſſime viſum conſeruat ⁊ oculos corrobo-
rat: ⁊ a groſſa viſcoſitate mundificat eſt linire pal-
pebras oculoꝝ in licio diſtẽperato cũ aq̃ feniculi.

## De auribus.

Auditũ cõfortã-tis, Dicunt quidam ꝙ acetum forte tepi-
dum guttatim in ieiunio auribus in-
ſtillatum plus ceteris medicaminibus
auditui confert: qꝛ auditus inſtrumen-
tum confortat ⁊ prohibet fluxum reumatis ne ad
ipſum de cerebro deſcendat. Et ſi ſit in ipſo aceto
ſucc⁹ memithe ⁊ demũ aurib⁹ inſtilletur: tũc erit in
oꝑatiõe ſua: tũc eñ optime meatũ mũdificat auriũ
a ſuꝑfluitatib⁹ groſſis: ipſum opilantibus q̃ inter-
dum auditũ grauant: ⁊ in auribus diuerſas egri-
tudines generant. Amplius oleum amigdalarum
amararum et nucleorum perſiccorum auribus in-
ſtillatũ tepidum meatus aperit ⁊ confortat. Sum-
mopere cauendum eſt ab oĩ tumultu omniq; ſtre-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pitu molendini vel aquarū ab alto cadentium: q̄m adeo auditum ledunt: vt vix vox socij poſſit audiri. Et dicunt medici ꝙ illud quod pre ceteris auditū conſeruat ⁊ preſeruat eſt ſuffumigare aurem ſupra fumum aque calide: ⁊ ſi in ipſa bullierit abſinthium vel pulegium vtile erit. Cauendum eſt preterea q̄s balnetur in aqua lutoſa et immunda ne aures ingrediens immundet ⁊ opilet.

## ¶ De odoratu.

Quod ſanitatem odoratus conſeruat eſt mundificare nares ſtudioſe a groſſa viſcoſitate vt in ipſis nichil de ipſa maneat. Nam hec manens in naribus fetorem generat et olfactum. Corrumpit caueat quis ab omni fetore ⁊ maxime in anguſtijs ⁊ profundis habitaculis opacum ⁊ corruptum aerem habentibus: in quibus ſol intrare non poteſt vt ipſos vapores corruptos conſumere poſſit ⁊ aerem ab ipſis mundificare. Nam ex corruptione aeris corrumpuntur ſpiritus animales. Et aſſuetus fetore adeo leditur: ꝙ in fetoris abſentia olfactus aſſueto fetore corruptum fetorem ſentire non ceſſat. Ideoqꝫ odorem rerum redolentium ex aſſuefactione mala non poteſt ſentire. Nam neceſſe eſt ꝙ aſſuefaciat odorare redolentia: ⁊ ſpecialiter per ſuffumigationem rerum redolentium ⁊ aromaticarū: puta ligni/aloes/ambre/⁊ boni cynamomi: ⁊ odor ſpecialiter muſci ad conſeruandum ſpiritum animalem.

Corruptio aeris multum nocet.

Aromatica p̄ſūt

## ¶ De ore.

Dẽtifri-cium

OS ſanum ꝯſeruabitur ſi ante comeſtionem: et poſt cum aqua calida abluatur hoc eñ mundificat: et humiditates gingiuarum a capite deſcendentes aufert et deſiccat. Et dixerunt quidã ſapientum ꝙ dentifricium factum cum puluere gariofilorum nucis muſcate ꝛ ſpice nardi qualibet die in ieiuno fetorẽ oris remouet. Si diſſoluat aliquãtulum maſticis in oleo roſato: ꝛ inungatur palatum confortat ꝛ conſeruat ipſum. Caput leporis combuſtum puluerizatum valet contra cancrum gingiuarum et palati.

## De lingua.

LIngue ſanitas cõſeruatur cum ablutione facta ĩ ieiuno / et cum mellis fricatione / ꝛ zinziberis puluere. Hec ei linguã attenuant: ꝛ eius grauitatẽ remouent. Amplius aures parue in aſſatura vel paſtillatura vel frixatura valent in grauedine lingue. Nuces lingue inimicãtur vnde ad eis eſt abſtinendũ in ſanitatis lingue conſeruatione. Caules cõpetũt in lingue grauedine comeſti ꝛ maſticati: vnde infantũ accelerant locutionẽ ꝛ ambulationẽ. Confortãt eñ maſculos ꝛ articulos. Amplius tenere in ore ſpecies aromaticas ꝛ ſpecialiter in ieiuno / puta gariofilos cubebas linguam a grauedine liberat ꝛ ad loquẽdum facilitatẽ dat et eius ſanitatem conſeruat. Hec ſufficiãt de regimine ſanitatis totius capitis.

Nuces nõ ꝓſũt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ De mery et canna pulmonis.

Conſequenter dicam⁹ de regimine ſani/tatis mery ꝛ cāne pulmonis. Dicamus ergo ꝙ mery et cāna pulmonis ꝯſeruā=tur cū potu brodij pinguiū gallinarū ꝛ carniū ſemiannualis agni cū dulcib⁹ reb⁹ coctarū et ſpecialiter cū liquiricia. Et ſi cū predictis carni bus cauliū ſummitates decoquātur erit laudabi=lis potus. Potus vini dulcis valet ad idem. Oſſa mollia caſtratorum iuuenū multū cōpetūt in con=ſeruatione merꝫ et cāne pulmonis leniendo: cōfor tādo/ molificando ꝛ meatus pectoris elargando: Nō comedat q̄s oſſa paruarū auiū pulloꝝ perdicū piſciū ſpinoſoꝝ ꝛ ſimiliū Nō comedat carnes groſ ſos q̄ vix digeri pñt. Abſtineat a ſalſis acetoſis et oleo aquatico. Nā hec oīa ledūt cānā ꝛ mery. Am plius oua mollia ꝯpetūt i ꝯuerſatiōe dictaꝝ ptiū Ampli⁹ liq̄ricia cōeſta ꝛ ei⁹ decoctio gargarizata et potata valent ad idē. Qui patit̄ caſū vulue ſeu elōgationē ꝑuacare dꝫ a vomitu ꝛ ſpecialr̄ i ieiu/no. Ampli⁹ q̄ deſiderat ꝯſuationē dictoꝝ mēbro=rū caueat a potibus frigidis actuali frigiditate ꝛ ſpecialr̄ aq̄ frigide Et hoc ei potu hñtes talia mē bra debilia icurrere poſſent ſpaſmū mery. et ꝑ ꝯñs mortē ex defectu alimenti attracti. Nā mery mor tificatū a frigido potu neq̄t eē mediū attrahēdi ſi ue trāſglutiēdi. Hoc enim modo. Gal. vnū ex infi=mis ſinochum vel cauſonem patientem ex potu aq̄ frigide morti tradidit: q₂ ipſe nō preuidit eius me ry debilitatē ꝛ cōplexionis eius frigiditatem.

De vino

oua mollia

Pot⁹ frigidus

¶ De pulmone.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

zuccaria
Lac caprinum.
Confortant pulmonem.

De conſeruantibus et confortantibus pulmonem ſciendum ꝙ cicera in alba zuccaria fracta mundata a cortice exteriori decocta cum lacte caprino vel cum butyro recenti pulmonē nutriunt ⁊ cōfortāt. At idem valent penidie et amigdale: ſpecialiter amare a cortice exteriori mundate. Amplius lac caprinum ſtomacho ieiuno ad idem valet. Et ſimiliter canna mellis: et paſſule enucleate ſtomacho ieiuno: ſalſa acetoſa pungitiua acuta contrariantur pulmoni. Mirra ſub lingua retenta pulmonē confortat: ſi illud quod ex ea liqueſit paulatine traijciantur. Amplius ſuccus caulium clarificatus cum melle tranſglutitus pulmonem confortat et conſeruat: et vocem clarificat. Amplius pinee: amigdale: liquiricia multum mundata iuuant pulmonē ⁊ ei⁹ carnales ⁊ pect⁹. Ampli⁹ vinū nouum dulce coctū: ⁊ ꝑ decoctionem a ſubiecta fece groſſa depuratū plus ceteris ꝓdeſt pulmoni ⁊ eius cānalibus ⁊ ſuperiori cāne āte cibū ſūptū ⁊ poſt cibum. Pulmo vulpis mirabilē hȝ ꝓprietatē i pulmonis hoīs ꝯſeruatiōe ⁊ ꝯfortatione. Ad idē valent cancri fluuiales et oſtree terreſtres et limatie ſūt optīe ſm̄ quod declaraui i quodā tractatu quē cōpoſui de emoptoica paſſiōe et phiſici: ſi quis videre voluerit videat: qꝛ volo me breuiter expedire

¶ De corde.

Ira ⁊ triſtitia mlt̄ū nocēt cordi.

Conſequenter dicamus de cordis preſeruatione ⁊ cōfortatione. Et eſt ſciendū ꝙ ſummopere fugienda ſunt ad iraȝ prouocantia ⁊ anguſtiam: qꝛ ſicut teſta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur ſapiens quidã cor duos habet nociuos hoſtes ſ.deſperationẽ ⁊ triſtitiã. Ex deſperatione proueꝛnit torpor ⁊ pigritia. Ex triſtitia vero ſenectutis feſtinatio. hec ergo duo genera multum cordi nocent: ſed triſtitie nocumẽtum maius eſt qꝛ naturalem calorẽ extinguit ⁊ ſpm̃ ꝓfundat ⁊ compoſitionẽ cordis diſſoluit ⁊ tandem interficit. Habens ergo irãm ⁊ triſtitiam eas a corde ſuo expellat ⁊ letitie: gaudio paci: exercitio delectabili et venationi cũ auibus venatoꝝ intendat. Nã hec gaudiũ letitiam ⁊ audaciã generãt ⁊ animum cõfortãt. Uti cibis ſubtilibus puta carnibus pulloꝛũ/columbarum/gallinarũ/perdicum/turtuꝝ/agnoꝝ/capreoloꝝ/⁊ ceteris cibis ſubtilẽ ſanguinẽ generãtibꝰ cõuenit in cordis ꝯſeruatiõe. Ampliꝰ euitãdꝰ eſt aer fetidus/nebuloſus/impurus. Non em̃ poteſt ſpũs vitalis comſeruari niſi cũ attractione boni aeris ⁊ boni odoris: ⁊ ex hoc etiã cor cõſeruatur. Uinum bonũ ſubtile odoriferũ eſt de maxime confortantibus cor. Nihil reperiꝭ qđ adeo cõfortet cor ⁊ ſpm̃ calorẽ naturalẽ euigilet ſicut bonũ vinũ odoriferum vetus moderate ſumptũ in eſtate mediocriter lymphatũ. vinũ em̃ ſanguinẽ mundificat: ⁊ eius tenebroſitatẽ remouet p̃cipue ſi cũ ſonis ⁊ melodijs ſumaꝭ. Multũ etiã iuuat ſedere in locis amenis vt viridarijs ⁊ pratis. ſ. vbi ſunt herbe odorem delectabilẽ ꝓducẽtes. Et in orto vbi ſunt curſus aquarum ab alto cadentium ad ima ſuauiter ⁊ ſine magno ſtrepitu. Strepitꝰ em̃ ledit animũ ⁊ auditum. Et dicunt ſapientes ꝙ audire inſtrumẽta muſicalia expellit ab aio ſtrepitu ⁊ a corde triſtitiã ⁊ ſtu-

Confortantia cordis.

Uinum bonum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bonus. poꝛē. Sed nota ꝙ dilectus ſoci⁹ ⁊ amicus bon⁹ et ſolatioſus narratioībus ⁊ inſtrumētoꝝ delectationib⁹ ſupplet melodiā. Et vt ſit vnum dicere viri⁹ coꝛdis conſeruat̄ ſubtilibus cibis ⁊ conuenientib⁹ odoꝛe laudabili tranquillitate gaudio ⁊ dimiſſione eoꝛum que triſtari faciunt ⁊ renouatione rerum delectabiliū puta veſtium ⁊ ſimilium et habitatione cū dilectis Et nota ꝙ ſirupus cōpoſitus ex ſucco buigloſe vtriuſqꝫ ⁊ ſera cruda ſumme cōfoꝛtat Nā hec ſumpta ſimplicia vel cōpoſita confoꝛtant coꝛ. Et eſt notandū diligenter ꝙ eoꝝ q̄ confoꝛtāt coꝛ quedā ſunt tēperata vt iacinctus aurū argentū bugloſſa. Alia ſūt calida ſicut duronicum zedoar muſc⁹ ambꝛa et ſeta cruda ⁊ ambobem crocus Et garioſili ſunt mirabiles et lignū aloes crudum ⁊ melliſſa etiā ſemen eius ⁊ cardamomum cubebe ſmaragdus et enula et mirabolani. Alia ſunt frigida puta margarita karabe cāphoꝛa coꝛallus ſandali ⁊ roſa ⁊ ſpodium ⁊ lutuꝫ ſigillatum Et ex eis coꝛiandrum ſiccū ⁊ humidū: ſꝫ vſum coꝛiandri inhibeo niſi ante p̄eparetur modo conſueto. q2 aliter habet naturā veneni. amplius ſcias ꝙ oua gallinarum mirabiliter confoꝛtant coꝛ generant enim ſanguinem coꝛdi pꝛopoꝛtionalē vnde mirabiliter competunt in coꝛdis ſeruatione ⁊ habentibus coꝛ debile naturaliter.

## ¶ De ſtomacho.

X ſanitate ſtomachi totius coꝛpoꝛis ſanitas noſcitur diſpenſari. Nam ſtomachus habet in animalibus ſicut radix in arboꝛibus. Sicut enim a radice venit alimentum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad totam plantā vnde ſi ranix non nutriatur tota
planta areſcit ⁊ ſi nutrimentum non ſit planta nō
diu durat ſic etiā ſi ſtogmachus nō nutriatur ⁊ ci
bus in ſtomacho non digeratur totum corpus are
ſcit et ſimiliter ſi digeſtio corrūpatur in ſtomacho
membra cetera non nutriuntur: Error enim nota-
bilis factus in prima digeſtione non corrigitur in
ſecunda nec in tertia ⁊ ſic alimentū eſt ineptum ad
hoc vt cōuertatur in nutritum. et per ꝯſequēs de-
ficit vita. Et cū vita per alimentum conſiſtat mul
tum ſollicitari debemus in cuſtodienda ſtomachi
ſanitate. Ad cuſtodiendam igitur ſtomachi ſani-
tatē iubēt quidā ſapientum ſemel in mēſe vomitū
ꝓuocare cum aqua calida ⁊ aliquanto aceti. Hoc
enī mūdificat ſtomachū a ſuꝑfluitatibꝰ cibi et po-
tus et humoribus malis. Ampliꝰ comedere vuas
paſſas in ieiuno cum granis ſuis ſtomachum con-
fortat et rectificat eius malam complexionez. Ab
ſinthium et ſpica nardi in potu eum confortant et
ſanum eū conſeruant. Emplaſtrum ex maſtice ex
ligno aloes confortat ſtomachum et eius malam Empla-
cōplexionem rectificat. Amplius potus ab ſinthij ſtrum.
ſoluit ſtomachi duriciem et expellit ab ipſo groſ- aqua fri
ſos fumos. Et volēs conſeruare ſtomachum vta- gida.
tur cibo facto ex auibus ſicut perdicibus turturi Sirupꝰ.
bus iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne come-
dendo aquam frigidam bibat niſi forte in fine co
meſtionis ſi fuerit ea aſſuetus et aliter non et pa
tū bibat ex ea. Amplius ſirupus roſatus aromati
zatus cum ligno aloes ſtomacho prodeſt ⁊ ſanita
tem eius conſeruat. Dicit ariſtoteles ꝙ ſumere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſta no= cent ſto= macho.

in ieiuno. ℥. iij. electuarij de ligno aloes et reubar=
baro cõfortat calorẽ ſtomachi ⁊ adiuuat digeſtio
nem: ⁊ eius orificium a phlegmate mũdificat: pro
curat appetitum vẽtoſitatem remouet. Et ſimili=
ter aqua roſarum cũ maſtice ⁊ carnibus citoniorũ
rectificat ſtomachum. Amplius inunctio ſtoma=
chi ex oleo de maſtice digeſtionem ei⁹ ⁊ cõplexio
nem rectificat. Amplius multũ approbo vſum co
riãdri conditi in cuius condimento addatur ligni
aloes drag. i. gariofiloꝝ ſpice nardi ſandali muſca
telli. an. drag. ſemis cinamomi electi: melani pipe=
ris an. drag. j. ⁊ ß. fiat puluis. Fiant ergo tres libre
coriandri conditi ⁊ addatur p̃dictus puluis. Am=
plius euitent̃ genera fructuũ. ſ. poma / pira / meſpi
la / auellane / grana pini: ⁊ euitentur oĩa lacticinia
⁊ medulle / ⁊ cerebella / ⁊ maxime quadrupedũ. Et
vniuerſaliter oĩa interiora magnorum animalium
quadrupedum: vti tamẽ poſſunt cerebellis gallo=
rum ⁊ gallinarũ ⁊ ceterarũ auiũ p̃terq̃ auium de=
gẽtium in ripis aquarũ. Pellicula interior ſtoma=
chi gallinarũ mirabilẽ ꝓprietatẽ habet in ſtoma=
chi hoĩs cõſeruatione. Et ſcias ꝙ oẽs medicine et
oĩa faciẽtia abominationẽ ſtomacho inimicãtur.
Amplius retentio fecum ⁊ ventoſitatuꝫ eſt de his
que debilitãt ſtomachuꝫ. Et coitus immoderatus
maxime debilitat ſtomachum. Suſpecti igitur de
ſtomachi debilitate ⁊ paſſionib⁹ eius contineant.
Amplius vigilie ĩmoderate ſumme debilitãt ſtoma
chum ⁊ etiam dimiſſio exercitij. Et vomitus labo=
rioſus debilitat ſtomachum: immo ipſius cõtinua=
tio mortẽ inducit. Et hoc vidi ꝑ experientiã attñ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vomitus nõ laborioſus eſt iuuatiuus ꝛ laudabilis ceruiſia ex parte purgatiõis. Amplius ex debilitãtib⁹ ſto nocet. machum ſunt ceruiſia ꝛ vinũ nouum nõ defecatũ. Et ſimiliter potus inter duas comeſtiones digeſtione ſtomachi adhuc nõ completa ſtomachũ debilitat. Ampli⁹ ſcias ꝙ mẽtis curioſitas ꝛ ingenij ſollicitudo ſunt de his que maxime ſtomachũ debilitant. Sũme vitanda eſt repletio nauſeatiua ꝛ multiplicatio ferculoꝝ ꝛ eoꝝ interruptio ꝛ ſimiliter eoꝝ difformitas ꝛ menſe prolongatio ꝛ mala maſticatio ꝛ potus multiplicatio. Hec enim omnia digeſtionẽ corrumpunt ꝛ ſtomachũ debilitãt. Hec ſufficiãt de ꝯſeruatiõe ſanitatis ſtomachi.

## ¶ De epate.

Conſequẽter dicamus de ſanitatis epa cõfortãtis cõſeruatione. Dicamus ergo ꝙ decoctio epar coctio reubarbari/ reupontici/ abſinthij/ eupatorij roſe ꝛ lacce adminiſtrata in ieiuno ꝯfortat epar debilitatũ. Et ſimiliter electuariũ de lacca roſis. Et ſimilr̃ comeſtio carniũ ſubtiliũ laudabiliũ puta ꝑdicum iuuenũ ꝛ ſimiliũ cũ ciceribꝰ decoctaꝝ vel aſſataꝝ nõ ad carbones ſed cũ aqua calida: hec eñi melior eſt aſſatura Nã illa q̃ fit ad carbones nõ euadit ab aduſtione vel ſiccitate nimia niſi cuſtodiat̃ diligenter. Sed aſſatura q̃ ſuper aquam fit calidã equaliter ꝛ vniformiter fit: ꝛ ab aduſtione ſecuratur. Uue paſſe ꝛ ficus albe epar magnificant. Nam quoniã epar in dulcibus delectatur. ideo facili⁹ ea appetit ꝛ auidius. Et huius probatio eſt ꝯſequẽter ſi anſer vel gallina ficubus ſit impinguata carnes eorum pin



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gues erunt ⁊ humide ⁊ delectabiles: et eſus eoꝝ
delectabiliſſimus. Ficus vero ⁊ vue paſſe ſi come
dantur in ieiuno epar deopilant ⁊ confortāt: ⁊ eiꝰ
cōplexionē rectificāt. Et ſimiliter pulli parui mo
dica aqua decocti in cibo ſumpti epar cōſeruant

vſꝰ granatoꝝ ridere facit nocētia epati.

⁊ confortāt. Amplius notādū ꝙ vſus maloꝝ gra
natoꝝ dulcium et vuarū paſſaꝝ magnificat epar:
⁊ intantū eiꝰ malā cōplexionē rectificat ꝙ come-
dētē ridere facit. Vinū etiam ſubtile in ſubſtantia
moderate ſumptū epar calefacit ⁊ deopilat ⁊ con
fortat ⁊ cōſeruat: et eiꝰ ſanitas totū corpꝰ in ſa-
nitate cōſeruat. Ampliꝰ ſcire debes ꝙ intromit-
tere cibū ſup cibū. ſ. indigeſtū: ⁊ error ordinis eius
eſt ex rebꝰ magis nociuis nō ſolū epati: ſed etiam
ſtomacho. Et ſimiliter potare ſubito aquā frigi-
dam in ieiuno ⁊ poſt balneū coitū ⁊ exercitiū qñqꝫ
ꝑducit ad īfrigidationē vehemētē epatꝫ ydropi-
ſim ⁊ ſi aq̄ frigida qs īdiguerit ꝓpt̄ epatꝫ īflāma-
tionē nō recipiat eā ſolā: ſꝫ cū aliquātulo vini: vt

frumētū glutinoſū opilat

nō īfrigidet vehemēt. Nec traijciat īpetuoſe trāſ
glutiēdo: ſꝫ paulatī ſuggēdo. Ampliꝰ ſcias ꝙ oīa
viſcoſa epati nocent ex ꝑte qua faciunt accidere
opilationē. Et ex eoꝝ ſumma eſt frumētū nō om
ne: ſed glutinoſum. Et ſuppoſito ꝙ bene digerat
in epate cauſabit in mēbris ſequētibꝰ opilationē
Et ſimilit̄ vinū dulce opilat epar: ⁊ deopilat pul-
monē. Huiꝰ aūt cauſa eſt quia vinū dulce nō gra
datim venit ad epar: ex eo ꝙ epar multum diligit
ipſū: qꝛ dulce ⁊ ꝓpter facilē eius penetrationem:
qꝛ potus ⁊ qꝛ calidū quare non moratur ea quan
titate qua ſeparetur fex ab eo: immo peruenit ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

epar cũ groſſitudine ſua. Inuenit eñ vias. ſ. meſe raicas paratas/ ſunt enim ample et vene in epatis ſubſtãtia ſunt valde ſtricte. Cũ ergo ad epar puenit nõ moraꝛ quãtitate qua digeraꝛ: imo expellitur ſubtile in venas ſtrictas velocitate ſue penetrationis: ⁊ remanet ſedimẽ propter viatum conſtrictionem. Sed in pulmone contrarium euenit. Nam ad pulmonẽ venit vinum dulce cum iam colatum eſt a via meatuum meri per viã reſolutionis ex meatibꝰ ſtrictis ad amplos. Aut ex via cõcaua cum iaꝫ dimiſit fecem. Et vadit adhuc illuc cum ſit colatum ⁊ tranſit ex meatibus ſtrictis ad amplos quare colatur vice alia. Et bene ſcias ꝙ medicine in quibus eſt amaritudo qua fiat apertio: eſt ſtipticitas quedam qua fiat confortatio: ⁊ odoꝛ conueniens ſubſtantie ſpiritus prohibens a putrefactionẽ: ſunt inquantum huiuſmodi medicine epati conuenientes: ⁊ huiuſmodi ſunt cynamomum ſticados/ abſinthium/ mirrha/ ſpica/ crocus ⁊ ſimilia. Scias ꝙ auellane conuenientes ſũt epati omni: quoniam non ſunt vehementis caliditatis ⁊ ſunt apertiue et earum chimus eſt bonus. Et epar lupi ⁊ carnes limaciarum conuenientes ſunt epati cum proprietate que eſt in eis. Et ſimiliter ſpecies endiuie ⁊ ſpecialiter illa ĩ qua eſt maioꝛ amaritudo. Epati enim calido competunt ratione proprietatis ⁊ deopilationis ⁊ amaritudinis alicuius ſtipticitatis. Si igitur epar ſit calidũ ſpecies endiuie adminiſtrentur cum melle vt earum frigiditas temperetur. Et hec de epatis conſeruatione.

¶ De ſplene.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Splē ridere facit.

Conſequenter de ſplene dicēdū eſt. Nam ſplē eſt inſtrumētū ridēdi. Habētes eñ ſplenē bene diſpoſitū ⁊ fortē ad mundificandum ſanguinē groſſum ⁊ turbidū ex quo corp⁹ nō poteſt bñ nutriri naturaliter ſunt leti ⁊ ſine triſticia. Et per oppoſitum ſplene exiſtēte debili ſanguis groſſus ⁊ turbidus manet in venis ⁊ mouetur ad cor ⁊ ad cetera membra corporis: ⁊ ideo reddit hoiem triſtē ⁊ melancholicū. Bene ergo ſollicitari debemus de ſanitatis ipſius cōſeruatione. Cōfortetur eñ corpus ſplenis cum cibis bene nutrientibus ⁊ deoppilantibus cuiuſmodi ſunt gallina cocta cū modico brodio: ⁊ carnes pulline ⁊ eduline cum modico aceto condite ⁊ lac nouiter mulſum cū modica zuccara ⁊ eligatur lac caprarum ⁊ camellinum. Hec enim ſplenis oppilationem aperiunt ⁊ eius ſanitatem cuſtodiūt Et vinum rubeū in comeſtione ſumatur. Et generaliter omne quod impinguat ꝓdeſt ſpleni: omne ei tale reſtringit ſplenem ⁊ ipſum temperate diminuit. Paruitas ſplenis ſignificat bonā complexionē corporis et eius groſſicies contrarium. Abſinthium etiam in potu cum melle ſumptū prodeſt ſpleni eius complexionem rectificat. Et dicunt medici ꝙ bibere aquam vel vinum que diu ſteterint in vaſe tamariſci conſeruat ⁊ confortat ſplenē. Caueat quis a groſſis ⁊ ſtipticis fructibus cuiuſmodi ſūt pira / meſpila / ſorba / coctana / ⁊ ſimilia: qm̄ orificia ſplenis conſtringunt: ⁊ articulos debilitāt Caueat ſimiliter a groſſis carnib⁹: puta bouinis / caprinis / ceruinis ⁊ porcellinis. Et ab omni legu

ſplenis puitas bona.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mine: ⁊ ab omni quod fit de lacte: puta caseo ⁊ lacte acetoſo. Hec enim omnia epar et ſplenem ledunt: et coleram nigram generant. Et vtatur vino albo vel citrino quod ſplenem attenuat: et opilationem aperit: et eius groſſiciem ſubtiliat. Et dicunt quidam empericorum: ꝙ ſanitatem ſplenis conſeruat: vt quando ire velis ſiniſtrum pedem ante dextrum moueas: et hoc in aſcendendo et deſcendendo ſeruetur. Hec ſufficiāt de ſplene. De vino

¶ De inteſtinis.

Dicamus quomodo inteſtina in ſanitate conſeruantur: quod fit cum a fecibus in eis contentis mundatur: ⁊ ſimiliter dum ab humore viſcoſo: qui ī eis multiplicari conſueuit: vel ex regiminis malicia: vel ex debilitate mundatur: nam hic humor interdum impedit exitum fecum naturalem. Mundātur ergo inteſtina a fecibus et humore viſcoſo cum potu aque mellis in ieiuno: et cum comeſtione ficuum ſiccarum pinguium in ieiuno: et cum potu aque decoctiōīs earum. Et ad idem valet brodium pīgue agni annualis decocti cum bletis. Et ad idē valet brodium galli ātiqui decocti cum polipodio et aniſo. Amplius ſcias ꝙ vue paſſe non enucleate in ieiuno, comeſte pre ceteris inteſtina confortant. Amplius dicunt quidam ꝙ riſum decoctum in recenti lacte comeſtum inteſtina confortat et nutrit. Volens autem ſanitatem ſuorum inteſtinorum conſeruare caueat ab omni cibo acetoſo acuto groſſo: et viſcoſo. Abſtineat a ſpaneāꝫ imo: et a carnibus animalium magno- Mundificatio.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum domeſticorum ⁊ ſiluestrium/boum/vaccarũ/leporum/et porcorum domeſticorum/ anſerum/anatum domeſticorum et ſiluestrium:et ab iterioribus animalium. Et a piſcibus paruis recentibꝰ et ſalitis. Caueat et ab aſſatis ex piſcibus ⁊ carnibus. Abſtineat a caulibus:rapis/pomis/piris:meſpilis/ſorbis:et ſimilibus. Amplius abſtineat ab omnibus generibus olerũ preterꝗ̃ a ruta/bleta/feniculo/petro ſilino et ſimilibus calidis ſicut menta et eruca:nã in aliis ab iſtis eſt ĩflatio. Amplius abſtineat a generibus lactis ⁊ eorum q̃ ſunt de lacte. Cucurbita cucumeres et citonia inimicantur inteſtinis. Amplius nuces amigdale humide et fabe ſpecialiter humide et vniuerſaliter legumina ſpecialiter humida nocent habentibꝰ inteſtina debilia. Amplius mora celũ multũ nocent ĩteſtinis ⁊ ſimiliter granata acetoſa ſuſpecti ergo de egritudinibꝰ ĩteſtinoꝝ abſtineãt a predictis et ſciant ꝙ vẽtoſitatũ retẽtio multũ debilitat inteſtina b qñq; ꝓducit ad hydropiſim ⁊ generat tenebroſitatẽ viſus ⁊ epilepſiã ⁊ vertiginẽ exercitium

Alleũ mitigat dolores.

poſt cibũ imediate ⁊ ſilr potꝰ aque frigide ⁊ vinũ plurimũ poſt cibũ imediate nocẽt vlceribꝰ nocumẽto mirabili:⁊ ſilr coitus ĩmoderatꝰ ſpecialiter ſuper cibum multum debilitat inteſtina. Dixerũt ſapientes ꝙ alleum coctum cum carnibus pinguibus edi mitigat inteſtina et impetuoſam eoꝝ remouet ventoſitatem et inflationem cõſumit. Comedere etiam alia cruda ſicut faciunt gallici dolorem inteſtinorum curat et groſſam repellit ventoſitatẽ et ideo alleũ dicitur tyriaca ruſticorũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ De renibus.

Quod pre ceteris cõſeruat renes et cõfortat qñ debiles ſunt ĩ p̄pria operatione puta ad attrahendum propriã aquoſitatẽ vrinalẽ ſanguinis vꝫ ſpinachia cũ carnib⁹ arietis decocta et comeſta. Ad idẽ valent vue paſſe bene enuclea. Renes enim nutriunt et feculentiam vrine mũdificant. Semina melonum poſt potum comeſta cum zuccara idem operantur. Et ſimiliter pulpa melonũ cũ zuccara comeſta ad idem videlicet. Amplius farina ordei cum lacte preparata renes impinguat: et eorum ſanitatem conſeruat. Amplius ad idem valent pinee et amigdale cum penidiis comeſte. Omnes fructus frigidi nocent et ſimiliter acetum et carnes groſſe ſicut caprine bouine et lac acetoſum. Et oẽs herbe frigide multum nocent renibus: ſed rapa prodeſt aliquãtulum. Et ſcias ꝙ lacti omnino ineſt proprietas mirabilis in confortatione renum et comedere renes cum aliquibus alijs impinguat renes/et confortat lac camelinum comeſtum renes confortat aggregat et conſolidat. Amplius vinum paſtulatum ad aliquantulum ponticum renes confortat. Et coitus immoderatus: et balneum immoderatum/et odire tranquilitatem et quietem: et multum vti cibis diureticis/et potibus renes debilitant et rarificant/et calorem eorum innatum exalant.

Semina melonuz p̄uocãt vrinam.

¶ De veſica.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SLias ꝗ electuaria calida puta dyagalã ga dyatriũ piperõ: et ſilia ꝯfortãt veſicã. Pot⁹ aque frigide in ieiuno veſicã debi tat. Etiam ſepe comedere vix preſeruat veſicam ab egritudine. Amplius panis tritici p̄paratus cum butyro vel cum melle magnam ha bet proprietatem in conſeruando veſicam. Amplius drag. ſemis de ligno aloes quolibet die ĩ potu ſumpta videlicet contra frigiditatem veſice ⁊ eam confortat. Nihil adeo ledit veſicam ſicut lõga vrine retentio vltra voluntatẽ mingẽdi. Amplius comedere carnes bouinas et herbas frigidas: et cibaria frigida: et aquam frigidam bibere in ieiuno multas egritudĩes generat ĩ veſica. Et ſup oĩa vſus aceti ledit veſicã ſicut dicit Galien⁹

¶ De ano.

ANus eſt mẽbrũ de facili leſionẽ ſuſcipiens: et cum ſuſceperit difficulter curatur quare ĩdiget bono regimine cũ cibis et alijs rebus cõueniẽtib⁹. Sanitatem igit̃ ani cuſtodire cupiens nõ ſedeat diu ſuper terram vel ſuper frigidum actu. Amplius abſtinere dꝫ a carnibus bouinis et vniuerſaliter a carnibus groſſis ſilueſtribus ⁊ generantibus choleram. Cholera enim ſuo acumine ledit anum. Caueat ab oĩbus generibus acruminum. Sedere eñ aliqñ aliquãdiu ſupra lapidẽ calidum in ſtupha anum confortat. Nam ſua ꝓpria caliditate actuali conſumit humiditatẽ ſuperfluã ani. Eſt enim anus velut totius corporis emũctorium: vnde ad ipſum fluunt multe humiditates.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Amplius cibi ſtipici non competunt habentibus anum debilem nec fructus frigidi. Utantur carnibus arietis caſtrati iuuenis pinguis cum modico brodio. Euitent cepe ſuper oia quoniam orificia venarum aperit. Etiam ſedere i ſede facta de corio leonis anum cōfortat. Et ſilr ſedere in ſede facta de corio thauri et forte cerui et quorūdā aliorumquorum eorum habent proprietatem in calefaciendo et confortando anum cum quis ſederit ſuper eis.

¶De emorroydibus.

Sed qr quidam ſolēt pati emorroydis in proceſſu etatis eorum quaſi naturaliter ſicut mulieres patiūtur fluxū mēſtruoꝝ. Nos volum⁹ hic ponere vnum paruū capitulum regiminis ſanitatis eoꝝ qui emorroydibus vexari ſolēt ne forſan ex errore regiminis plus grauent̄. Tales aūt tpe quietis ſcʒ tpe quo nō vexāt̄ ab emorroydib⁹ ſi forſan dubitarēt nimiū fluxū futurū euitare debēt oīa acuta ſalſa ⁊ ſilia dulcia inflāmabilia frixa aſſata: et maxime ſi ſint arida. Et vitent oīa inflāmātia ſanguinem puta irā coitum: exercitium forte ſtupham et balneū. Hec enim ſanguinem acuunt et inflammāt. Amplius talibus non competunt vina acuta fortia necſpecies valde calide. Et vniuerſa liter nihil aperitiuum venarum eis eſt conueniens. Et vt vniuerſa liter vitare debent omnia ledentia anum et inteſtina. Amplius vitare debent omnia generantia ſanguinem groſſum et melancholicum quia talis ſanguis eſt materia emorroydarum: et huiuſmo-

Uitare debent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

di ſunt carnes groſſe animaliũ ſilueſtrium: vt pu-
ta carnes ceruorum/leporum/boum/ et ſimilium
et auium degentium in ripis aquarum. Et vinum
eorum non debet eſſe nimis groſſum ne ſanguinē
melācholicũ generet nec nimia ſubtile ne aperiat
orificia venarũ: nec nimis forte ⁊ acutũ ne ſāgui-
nē reddat nimis mobilē ⁊ ſubtilem: ſit ergo vinum
mediocre et calore et fortitudīe ⁊ debilitate odo-
riferum et boni ſaporis. Amplius cauere debent
a medicinis laxatiuis: et attractiuis habentibus
maximam caliditatem et acuitatem: vel nimiam
ſubtilitatem que ſpecialiter ab aloe ſcamonea in
quibus virtus eſt fortis in aperiendo orificia ve-
narũ. Etiā cauere debēt a cliſterib⁹ ⁊ ſpēpālitꝫ acu-
tis et pũgitiuis ne ex eis emorroydes ꝓuocēt āñ
tp̄s debitũ a natura Tñ laudo ꝙ ꝓcurēt hr̄e ven-
trē laxũ cũ aliq̄b⁹ lenib⁹ remollitiuis cuiuſmōi ſũt
caſiafiſtula brodia pīguia ⁊ pureta boraginũ ⁊ ble-
tarum cum oleo oliuarum et brodium cauliũ. Ad
idem videlicet comeſtio ficuum ſiccorum in princi-
pio menſis: et etiam valent fructus humidi puta
pruna bene matura et vua et ſimilia. Uentris cō-
ſtipatio conſueuit ledere multum patiētes emor-
roydas tempore fluxus eorum: et ergo bonum eſt
ante illud tempus procurare: ne feces in inteſti-
nis remaneāt. Scias ꝙ extremitates porcorum
conueniunt patientibus emorroydas: et ſimiliter
extremitates vituli. Nō em̄ ꝑmittũt emorroydas
fluere Ad eādē itētionē pōt valere riſũ ⁊ amidũ ⁊
alia ſtiptica delectabilia puta pira ⁊ coctana: nō
q̄dē āñ cibũ ne ventrē conſtipēt ſed poſt; et maxi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne tempore quo fluunt ſi timeamus de eorum flu xu immoderato. Ad idem videlicet ſirupus roſarum mixtas cum aqua ferrata et maxime in eſtate. Et etiam applicatio aliquorum ſtipticorum ab extra puta roſarum mirtillorum bulitorũ in aqua ferrata et deinde expreſſorum: et in eſtate. Sed in hyeme frigatur ſaluia in multo oleo roſarum ⁊ applicet' i ſaccvlo: ⁊ hec ſufficiãt.

## ¶ De iũcturis

Apponamus hic de regimine illorum qui dolores iuncturarum pati ſolent: nõ quidem curatiuo: ſed magis preſeruatiuo. Euitanda ſunt que iuncturas debilitant et que materiam doloris iuncturarum multiplicant et que materias ad iuncturas fluere faciunt et vtendum eſt his qui iuncturas confortãt et materias diminuunt: et eas ad iuncturas fluere non permittunt. Suſpecti igitur de iũcturarũ dolore caueant a fumo argenti viui: ⁊ etiam a fumo oĩm metalloꝝ et a fumo eoꝝ quibus alchimiſte i eorũ ſublimationibus vti cõſueuerũt. Hec enĩ neruos ſumme debilitat et iuncturas. Amplius caueant ab aceto q: neruos ledit: ⁊ idẽ facit acetoſitas ci tri: et vniuerſaliter omnia acetoſa. Amplius lac et omnia lacticinia nocent neruis et iuncturis: et etiam piſces recentes iuncturas mollificant. Et aſſiduatio comeſtionis pomorum generat dolorem iuncturarum et neruorum: et idem poteſt intelligi de alijs fructibꝰ acetoſis frigidis. Amplius allia ⁊ oĩa alia acrumĩa nocẽt neruis ⁊ iũcturis. Amplius ſcias ꝙ nauſeatiua ſatietas maxime vitãda eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ab his qui ſuſpecti ſunt de doloribus iūcturarum Etiam vitandum eſt, exercitium forte poſt cibum immediate: et coitus immoderatus poſt cibū. Et idem intelligatur de balneo. Nam hec ſunt cauſe quare materia indigeſta fluit ad iuncturas ⁊ neruos. Similiter potus immoderatus ⁊ maxime vini poſt cibū et ſine cibo eſt euitandus. Eſt eñ cauſa indigeſtionis vel maxime corruptionis que eſt magna cauſa doloris iuncturarū. Etiam euitandus eſt ſomnus diurnus immediate poſt ſaturitatem. Eſt eñ cauſa reumatis vnde materiā reumatizantem ad iuncturas multiplicat Cibaria autē talium hoīm debent ad aliqualem groſſitiem declinare ne humor generatus ex eis ſit aptus fluere ad iuncturas propter ſubtilitatem. Debent ergo eoꝝ cibaria eſſe melācholica groſſa non quidē intantum ꝙ cauſetur indigeſtio: ſic eñ lederēt ab eis. Et propter eādē rationē cibaria eoꝝ nō debent eſſe nimis calida ne vias aperiant: ⁊ humores ex eis generati fluxibiles fiant. Nec nimis frigida: ne cauſent indigeſtionē. Euitent carnes ſalſas: et piſces ſalſos: et vniuerſaliter omnia digeſtioni repugnantia cuiuſmodi ſunt carnes bouine antique et dure valde: et carnes porcine multum antique: ⁊ carnes aīalium ſilueſtrium magnoꝝ antiquorum ⁊ ſpecialiter ſalſorum. Et ꝓpter eandē rationē euitare debēt cibaria facta de paſta azima ⁊ panē azimum. Hec eñ oīa digeſtioni repugnant. Unde ſi cōtinētur cauſant indigeſtionem: ⁊ maxime ſi recipiātur ī magna quantitate. Uerū eſt tamen ſi carnes bouine ꝑfecte dirigantur ſatis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt conueniēs eis. Cū ſanguis generatꝰ erit laudabilis qualitatis ⁊ groſſe ſubſtantie. Carnes cōueniētes eis ſunt carnes vituli vniꝰ anni ⁊ carnes cuniculoꝝ ⁊ lepoꝝ iuuenū. Piſces non multū cōueniūt ſuſpectis de dolore iuncturaꝝ. Et ſi vti cōtingat piſcibꝰ vtant̄ bonis piſcibꝰ ſicut ſūt piſces marini laudabiles nō beſtiales nō ſine ſquamis vt de granati/rogeti ſole plaicis ſunt eis cōuenientes ⁊ ſimiliter oſtree marine ⁊ etiā mole. Et laudo ꝙ decoquātur in vino ⁊ addatur in decoctiōe cynamomū fruſtratim inciſum. Carnes volatilium paruoꝝ non multū eis competunt ꝓpter eaꝝ ſubtilitatem. Et ſimiliter leguminū gñā ſuſpectis de dolorib9 iuncturaꝝ nō cōpetūt. Habēt eñi duriciem ⁊ ingroſſitatē ⁊ ſubſtātie groſſitiē ⁊ digeſtiōis difficultatē ex q̄bus ꝯcluditur vſus leguminū iuncturas ledere. Et oēs ſuſpecti de doloribꝰ iūcturarum debēt vti flebothomis vel pharmacia vel vtraq; in principio veris ⁊ ante tēpꝰ in quo iūcturaꝝ dolores eius ꝯtingere ſolēt. Sed q2 hoc magis ꝑtinet ad regimē curatiuū trāſeo. Sufficit ergo ad p̄ſēs ſcire ꝙ flebothomia vel pharmacia vl' vtraq; ſcd̄m ꝙ melius videbit̄ expedire in tēporibus determinatis ī regimīe ſanitatis taliū hoīꝫ ⁊ ſm̄ diuerſitatē ꝯplexionū eoꝝ ſm̄ quā ab iſuetꝫs ⁊ ēt corpibꝰ celeſtibꝰ q̄bꝰ ſubiecti ſūt ē expediens ad eoꝝ cōſuationē ⁊ ꝓſuationē. Quibꝰ aūt ꝯuenit flebothomia ⁊ quibus pharmacia hic dicēduꝫ eſt. Si eñi corpora ſunt ſanguinea tūc iuncturarū dolor ex ſanguīe cōtigere ſolet vel ex oīm humoꝝ plenitudine: ⁊ tūc nō eſt dubiū flebothomiā cōpe-

De euacuatiōe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tere. Et ſi vnus alioꝝ humoꝝ a ſanguine domine
tur conuenit pharmacia. Amplius non obliuiſca
ris ꝙ vomitus eſt cōueniens valde ad ꝑſeruādū
a doloribus iuncturaꝝ ⁊ ſpecialiter inferioꝝ di
uertendo materiā ⁊ eradicando. Amplius vitari
debet ira ⁊ triſticia: hec eñ digeſtionem corrūpūt

vomit⁹.

Et vniuerſaliter oīa digeſtioni repugnātia puta
voracitas comeſtionis ꝓlongatio menſe: diuerſi
tas ciboꝝ ⁊ vinorum in eadē menſa decurioſitas
nimia circa agibilia ⁊ comedere cibaria digeſtio
ni repugnantia vel ratiōe qualitatis vel ordinis
vel modi ꝑparādi euitanda ſunt ab his qui ſuſpe
cti ſunt de iuncturaꝝ dolore. Et eſt notādū ꝙ aſ
ſiduatio lotionis extremorum in aqua ſalſa natu
raliter vel artificialiter eſt de conſeruantibus ſa
nitatē iuncturaꝝ corpore non exiſtente plectori
co. Poteſt etiam fieri lotio ex decoctione camo
mille ſticados ⁊ roſarum. Et ſi forſan iūcture ſūt
frigide addatur ebulis in dicta decoctione. Su
per omnia ſuſpecti de dolore iuncturarum ſollici
tari debent ne eorum venter ſit conſtipatus ſed la
xus quod ſi ſic bene quidem ſin autem procuretur
cum cliſteri reſolutiuo communi ⁊ cum caſia fiſtu
la Et caueant a frigore extremorum īmoderato.

Cōſtipa tio nocꝫ

## ¶ De membris generationis.

Dicamus conſequenter de illis que cō
fortant membra generationis. Et qꝛ
generationis membra ordinata ſunt
a natura ad actum generationis qui
conſiſtit in ſpermatis generatione ⁊ fermentatio
ne: ⁊ eiuſdem per actus coitus conuenienti emiſ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſione ⁊ in plis finali gñatiõe: illa que ad hec iuuãt membra generationis confortãt. Et qꝛ defectus coeũdi ⁊ generãdi interdum ꝑuenit a principalibus mẽbris non intẽdimus in iſto capitulo loquĩ de iſto: qꝛ de cõfortatione mẽbrorum principaliũ ſuperius dictum eſt. ¶Notandũ ꝙ actus coitus vſitatus modo ⁊ hora cõuenientibus eſt de his q̃ maxime cõfortant membra generationis. Sic eĩ mulierum mãmille melius lactãt et lac generant / ex vſu lactationes; modo / qualitate / quãtitate et hora cõuenientibus: ⁊ ex de aſſuefactione lactationis totaliter perit actus lactionis et generationis cõueniẽtis lactis: ⁊ interdũ lacte corrupto malã acquirẽte qualitatẽ mãmilla deſtruitur; ſic ſuo modo intelligo de mẽbris generationis que ordinãtur ad actũ coeũdi. Perit eñ actꝰ ſi actus nõ aſſueſcatur. Et ĩterdũ ex ſpermatis detẽti corruptione nõ ſolũ ſeminaria vaſa; ſed etiam totuꝫ corpus corrũpitur. Sperma eñ corruptũ in toto corpore ſe habet ad modũ veneni. Unde ſicut pa rũ veneni ſufficit corrũpere totũ corpꝰ: ita ⁊ ſpermatis corrupti aliquãtulũ ſufficit corrũpere totũ corpus. Uſus ergo moderatus coitꝰ eſt vnum ex his que cõfortãt mẽbra generationis. Habet etiam coitus moderatꝰ ꝙ plurima alia iuuamẽta ⁊ immoderatꝰ ꝙ plurima nocumẽta que inferiꝰ apparebũt vbi de coitu ſpecialẽ faciemus mẽtionẽ. Sufficit eñ ad pñs ſcire ꝙ coitꝰ moderatꝰ et debite aſſuefactꝰ mẽbra gñatiõis corroborat ⁊ ↄfortat: ⁊ imoderatꝰ debilitat ⁊ ẽt totalis dimiſſio. Ille ꝗ q̃ ſanitatẽ mẽbroꝝ gñatiõis deſiderat fugiat

Ala que coitū debilitent ⁊ impediunt: ⁊ vtaꝶ his ꝗ coitū confortant. Debilitantia autē coitū ⁊ virtutē ei⁹ ſunt res meditatiue: ſicut horribilitas coeū di. Tanta eñ videtur eſſe horribilitas in actu coeundi ꝙ niſi eſſet delectatio admixta: nedū hoīes ſed etiā alia animalia fugerent actū coeundi. Unde quidā hoīes eleuati ſpiritu cōtēplationis hunc actum totaliter abhorrent: ⁊ ideo debiles ſunt in actu ⁊ mēbra generationis debilitāt. Et nō ſoluꝫ horribilitas: ſed etiam verecūdia ⁊ anteceſſio intellectus ad cor facit deficere ab actu coeundi ex quo mēbra generationis debilitanꝶ. Amplius ſcias ꝙ balnei multiplicatio eſt ex his que debilitāt mēbra gñationis in actu coeundi: ⁊ etiā frequētatio fleubothomie: ⁊ precipue arteriarū ⁊ venaruꝫ que ſunt retro aures. Ab his ergo cauere debet ꝗ ſanitatē mēbrorū generationis deſiderat. Abſtineat etiā a quibuſdā quoꝝ vſus nocet actui coit⁹ Quedā eñ nocēt deſiccādo: ⁊ quedā nocēt infrigidādo ⁊ ſtupefaciēdo: ⁊ quedam vtroqꝫ modo. Unde agnus caſtus vaporatus ⁊ bibitus nocet. Et etiā herba baſiliconis Cāphora abſcindit coitum infrigidādo ⁊ exiccādo: ⁊ ſimiliter ſemē cauliū. Unde tale ſemē ſumptū poſt cibum corrūpit ſperma. Et ſimiliter vſus coriandri debilitat coitum infrigidando ⁊ deſiccādo. Acetū etiā ⁊ oīe acetoſum abſcindit coitū infrigidando. Qui ergo deſiderat ſanitatē membroꝝ generationis debet vti multiplicātibus ſperma: ⁊ calorē innatum ⁊ ſpiritū ventoſū. Hec eñ ſunt neceſſaria in coitu. ſ. materia exuberās / calor incitās / ⁊ vētoſitas

Impedi etia coitum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erigens. Quedã iuuant ad actum coitus multipli-
cãdo ſperma: ꝛ alia confortando calorẽ: ꝛ alia ven-
toſitatẽ generando. Et quedã ſunt que ab oĩbus
his modis coitum iuuãt: ꝛ mẽbra generationis cõ-
fortant ꝛ conſeruant. Et de numero horũ ſunt me-
dicine quedã: ꝛ quidam cibi. Dicamus ergo de ci-
bis. Meliores enim cibi ſunt carnes hedi pinguis
ſculi et carnes ouine ꝛ cicer ꝛ aper ꝛ cepe abſqꝫ fri-
xione carnis: frixio namqꝫ prohibet cõfortationẽ
carnis et multitudinẽ nutrimẽti eiꝰ quia frixio de-
ſiccat. Ad idem valent galline ꝛ pulli colũbini im-
pugnati ꝛ proprie allaude ꝛ oua ſorbilia proprie
pulueriꝫata cum cynamomo et pipere ꝛ galãga et
ſale ſcinci: ꝛ oua piſcium ꝛ caro piſcium calida. Et
ſi fuerit illic frigus reſiſte cum ꝫinꝫibere ꝛ pipere ꝛ
macropipere: ꝛ cynamomo ꝛ ſimilibꝰ. Et cibus de
rapis et napis: ꝛ cibus de caulibꝰ et cibus de bau-
cijs: et ꝓprie de baucijs poſtqꝫ bene decocta eſt ca-
ro earũ, valent ad idem. Et de illis quibus fit iuua-
mentũ ſunt cerebella paruarũ auium ꝛ butyrum et
lac. Et ſimiľr cibus qui fit de tritico cocto cũ mul-
ta aqua vſqꝫquo fiat ſicut puls et riꝫi cum lacte et
caro lacte ouino. Et cõferunt in ſecundis menſis
ſparagi eruca ꝛ capita et porri cardorum ꝛ menta
ꝓprie ipſa enim cõfortat mẽbra ſpermatis valde:
et eius vſus fortitudinẽ facit ſuper ſperma. quare
forte fit deſiderium. Et ſciendũ ꝙ ille qui aſſiduat
comeſtionẽ paſſeruꝫ ꝛ bibit ſupͤ eam lac. loco aque — Comeſtio paſſerum.
ſine ceſſatione erectus eſt ꝛ multi ſpermatis. Am-
plius cepa frigat cum butyro donec rubea fiat et
diſſoluat in decoctione ꝛ frangant ſuper eam oua



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ erit cibus conueniēs in conſeruatione mēbꝛoꝝ generationis. Sunt autē quidā quoꝛum complexiones ſunt calide: deſiderātes tñ conſeruationē ꝛ confoꝛtationē mēbꝛoꝛum generationis. Ex his cōpetunt lac acetoſum ꝛ lac dulce: ꝛ piſces aſſati calidi ꝛ melones ꝛ circuli cucumeres ꝛ cucurbite ꝛ fructus ꝛ olera humida oīa ita ꝙ lactuca ꝛ ſemen poꝛtulace addunt eis in ſpermate ꝗuis communiter noceāt. Et albumen oui eſt plurimi iuuamenti multiplicās ſperma. Et cerebella animaliū ꝛ medulle eoꝛum ꝛ cancri fluuiales conferunt eis. Aui.iiij. Naſcentibus enim omnibus vite diſcrimē interituſqꝫ imminet. Infantia vero que in ſeptimū vſqꝫ annū pꝛotenditur tota in alendo verſatur id quod per ſeptē ceruos illos quos rabby venatus fingitur non obſcure licꝫ intelligi. Poſt infantiā pueritia ſequitur que fabularū auditione admodum delectari conſueuit. Hinc illi captiuitas vaſtatioqꝫ ab epiſcopatibus narratur. Ampli⁹ granum pini bene confoꝛtat. Et etiā caro anatū ſperma multiplicat.

## ¶ De conſeruatione cutis ꝛ ſimilium.

Mūdificatio coꝛpoꝛꝫ

Conſequēter dicamus de cōſeruatione cutis ꝛ muſculoꝝ ꝛ mēbꝛoꝝ exterioꝛū totius coꝛpoꝛis. Hec eñ conſeruātur balneationib⁹ in aqua calida ſuaui: aut in balneo aereo mediocri cū mundificatione conuenienti. Coꝛpoꝛis autē mundificatio fit cum ſuaui cutis fricatione ꝛ leni inunctione cū oleo oliuarū antiquo odoꝛis ſuauis in tēpoꝛe hyemis: vel cū oleo roſarū ꝛ violarū in tēpoꝛe eſtatis. Etiā ſcien

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dum eſt ꝙ inunctio facta in balneo cũ melle deſpu mato mirabiliter mundificat a ſordicie ⁊ extrahit quod eſt ſub cute de ſuperfluis humoribus ⁊ ꝑ poros exire facit. Hoc idẽ facit farina fabarum ⁊ cicerum cũ fricatione panni aſperi. Hec eñ calorem viuificãt ⁊ cutẽ attenuãt. Amplius ſcias ꝙ multꝰ motus iuncturarũ confortat corpora fleumatica. Extremitates autẽ lauẽtur cũ aqua calida in hyeme: ⁊ cũ frigida in eſtate. Et dixerunt ſapientes ꝙ fricare vngues manuũ ⁊ pedum cũ aqua ⁊ aceto conſeruãt eos a confractione denigratione ⁊ etiã ne abſcondãtur: inunctio cũ ſale ⁊ oleo mixtis eos confortat ⁊ ſpecialiter plus prodeſt eis aqua cali da ꝙ̃ frigida. Calciamentũ ſtrictum ledit digitos pedum: eſt eñ cauſa ſuperpoſitionis digitorũ pedum vnius ſupra aliũ: ⁊ diſtortionis eorum. Item ire per lutum temporibus frigidis ⁊ nudis pedibꝰ pre ceteris ledit cerebrum ⁊ infrigidat ⁊ debilitat oculos ⁊ eſt cauſa diſtillationis vrine. Et ſcias ꝙ ludus palme ambabus manibus ſimul in alto piȷ́ciẽdo brachijs multum confert quoniam eorũ conſeruat ſanitatem. Amplius ſcias ꝙ fricatio pedũ quando fit ieiuno ſtomacho eorum grauedinem ⁊ itinerandi laſſitudinem ⁊ duriciem remouet. Et ſimiliter fomentatio pedum ⁊ crurium in aqua confractionem: ſiue concuſſionem ⁊ tremorem ex laſſitudine ⁊ longa itineratione remouet omnino.

Calciamenta ſtricta.

¶ Capitulum ſeptimum de regulis regiminis ſanitatis appropriatis ſexui femineo.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Conſequēter dicamus de regimine ſanitatꝭ
mulierib⁹ appropriato. Sunt eñ quattuor
appropriata mulierib⁹: puta impregnatio:
parturitio/lactatio/ꝛ per cōſequēs mamil
larū conſeruatio et menſtruorū euacuatio: de qui-
bus breuiter dicamus. ꝛ primo de impregnatione.
Sunt enim quedā mulieres ſimpliciter ſteriles et
maleficiate quibus hoc capitulū non deſeruit. Et
alie que non ſunt ſteriles ſed non de facili impre-
gnantur ꝛ tamen ſunt ſub latitudine ſanitatis.
Primo ergo nos ponem⁹ regimen talium mulie-
rū anteꝗ̄ impregnētur ad hunc finem ꝙ facili⁹ im
pregnētur. Secundo earūdem ponemus regimen
poſtꝗ̄ ſunt impregnate: vt fetus poſſit ad debitū
finem venire. Tertio earūdem ponemus regimen
cum actu parturierint: ꝛ parturierūt. Quarto po
nemus regimen lactātium. Quinto ad hoc pone-
mus regulas quibus ſciet matricis cōſeruatio: et
de menſtruorū debita euacuatione ꝛ alijs. Quan
tū ad primū notādum ꝙ quedā mulieres non ſunt
bene fecūde de ꝑaccidens ratione alicuius malefi
cij a quo bonum eſt ꝓcauere quantū eſt poſſibile.
Et interdum ꝓpter maliciam figure aut compoſi
tionis matricis ꝛ colli eius. Et etiam ꝓpter malū
motum cōmixtiōis viri cum muliere. Et etiam ꝓ-
pter vſum quarūdem rerum conceptionē impediē
tium. Primo ergo nos ponemus aliqua ex quib⁹
maleficia potuerint precaueri ꝛ euitari. Si enim
Fuga demo-num. ſerapinū in camera poſueris: ſiue hypericon oīa
demonia fugabūtur. Vñ hypericon dr̄ a multis fu
ga demonis. Itē lapis magnetis portatus ad idē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

valet:et cõcoꝛdiam facit inter virum ⁊ mulierem.
Ad idem valet adamas quem quidã falſe dicũt eſ
ſe magnetẽ. Amplius coꝛ turturis poꝛtatũ fugat
demonia:et poꝛtantẽ reddit hominibꝰ gratioſuꝫ.
Item pitus auis comeſta incãtatione ligatos ſol
uit:et pꝛoſperitatẽ tribuit. Tyꝛiaca exhibita cum
decoctione hypericon maleficium tollit. Et hype
ricon emplaſtratũ renibus maleficium tollit. Am=
plius coꝛallus ſi teneaẗ in domo ſoluit maleficia.
Amplius ſquilla integra ſuſpenſa in limine hoſtij
maleficium tollit. Et idem eſt de arthemeſia. Ad
idem etiã valet radix peonie poꝛtata. Item ſi vir
poꝛtet ſecũ coꝛ coturnicꝭ maſculi:⁊ vxoꝛ coꝛ femel
le ſemper cõuenient. Item ſi quis poꝛtauerit ſem/
per ſecũ yꝛingum inſidias demonuꝫ non patietur.
Si autẽ mulier non ſit bene fecunda pꝛopter ma=
liciam cõplexionis naturalis vel accidẽtalis cum
materia vel ſine materia vtatur contrarijs in com
plexione ⁊ purgantibus materiã peccantem. Sed
quia difficultas impꝛegnatiõis vt plurimum ſit ex
mala complexiõe frigida et humida cum materia
vel ſine materia. et ideo ad hanc inclinandũ eſt:et
de ea tractãdum. Iſta enim indiget calefacienti/
bus et deſiccãtibus matricem:et euacuãtibus hu/
miditatẽ eius ſuperfluam. Unde ierapigra eſt eis
cõueniẽs farmacum. Et ex eis que exhibẽtur ſunt
calide confectiones:puta tyꝛiaca et metridatũ: et
theodoꝛicon: et dyacalamentum cum decoctione
arthemeſie vel abꝛotani:vel calendula. Urina ele=
phantis potata eſt mirabilis in impꝛegnatione:et
ſimiliter limatura eboꝛis / et ſiſeleos. Simplicia



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quibus ego conſueui vti in hoc caſu ⁊ in quib⁹ inueni iuuamentū ſunt hec:matricaria:arthemeſia:abrotanum:calendula mille folium:camedros/camepitheos/ſquilla/rubea tinctorum/ſpica/blacte bizantie/ameos ⁊ coſtus. Ex his igitur poteſt fieri ſyrupus:⁊ vinū tēpore vindemiarū ⁊ balneū. Et quia hoc habet locum in regimine curatiuo de huiuſmodi trāſeo. Amplius debes ſcire ꝙ coagulum leporis ſuppoſitū poſt menſtruoꝝ mundificationē iuuat ad impregnationē. Medicine autem ſimplices peſſariorum ſunt hec:oleū de balſamo:oleum de ben:oleum de lilio:coſtus niger ⁊ adeps anſeris blacte bizantie:muſcus ⁊ ſpica/cyperus/anetum/ameos/yſopus/bdellium/nux cipreſſi/⁊ gariofili/⁊ cordumeni. Et vt ſit ad vnū dicere calida ſtiptica ſunt materia peſſarioꝝ mulierum habentium matricē frigidā ⁊ humidā. Amplius debes ſcire ꝙ fleubothomia ſaphenarū iuuat multū ad impregnādum. Primo quidem qꝛ matricē mūdificat. Secundo quia facit matricem ad inferius deſcendere:ex quo ſemen viri perfectius ad eam deſcendit ⁊ attingit. Uerū eſt tñ ꝙ fleubothomia eſt conueniens magis in cauſa calida ꝙ̄ frigida:immo in cauſa frigida forte non competit niſi propter cauſas predictas. Amplius exercitium ⁊ ſtupha ſicca ⁊ cibi ſubtiles:⁊ cliſteria calida ⁊ exſiccatiua competunt mulieribus habentibus matricē humidam ⁊ pinguem. Similiter vinum forte ⁊ rubeum:⁊ tyriaca talibus conueniunt. Et inunctio matricis ex oleo de lilio eſt eis conueniens:⁊ ſimiliter ex melle albo. Interdum etiam mulierib⁹ non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bene fecundis competunt diſſoluentia ventoſitatē
impedientem conceptionem. Que autem ſunt illa
ſatis eſt manifeſtum: puta diacyminum/ aniſum/
ameos/ feniculus/ ſemen rute/ agnus caſtus/ ca-
ſtoreum ⁊ ſimilia: ⁊ in potionibus: ⁊ in peſſarijs: et
vnguentis. Amplius ſcias ꝙ teſticuli verris mira
bilem habent proprietatem in faciendo mulierem
fecundam. Et ſimiliter matrix leporis ⁊ coagulū Matrix
eius. Ex his igitur cū limatura eboris ⁊ ſiſeleos lepor.
fiat puluis quo mulier vtatur mane ⁊ ſero cū bro
dio cicerū. Vel cū decoctione arthemeſie. ¶ No
ta ꝙ prima materia recepta in matrice habet na-
turā lactis ſex primis diebus: ad hunc calorē la-
ctis operatur calor naturalis in ſpermate leporis
remiſſus calor matricis: ita ꝙ iſta materia dealba
tur ſicut lac. Interdū autē ⁊ raro frigida compe
tunt vt mulier efficiatur fecunda in electuarijs ſy-
rupis ⁊ balneis: ⁊ quia illa ſatis nota ſunt etiā in-
grediuntur regimen curatiuū tranſeo. Regimen
autem mulieris non bene fecunde propter mali-
ciam figure ſeu compoſitions matricis ⁊ colli ip-
ſius non vniuerſaliter haberi poteſt. Solum enim
malicia ſitus recipit curam: puta quando eſt ma-
trix nimis alta: nam per fleubothomiā ſaphenarū:
et per ventoſas crurium deſcendit: ⁊ conceptio fit
facilior. Debent autē vir ⁊ mulier cōmiſceri adin-
uicē hora: modo: ⁊ figura conueniētibus ad hoc vt Hora im
ſequatur fecundatio. Hora autē naturalis ⁊ cōue pregna-
niēs eſt poſtq̄ facta eſt adminiſtratio illorum que tio.
mēſtrua mundificāt: ⁊ eſt ꝑfecte mulier mūdata ab
eis. Et quādo mulier nō eſt famelica: nec crapula-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta/nec ebꝛia: et quādo non eſt calefacta nec infri:
gidata in exceſſu/et prima digeſtio eſt completa:
et tempꝰ aduenerit ſuſcipiendi alium cibū. Et eli:
gatur hoꝛa qua mulier coitum appetit non ꝓpter
aſpectum vel cōfricationem: ſed naturaliter. De:
bent autem vir et mulier tanto tēpoꝛe pꝛolonga:
re coitum ꝙ ſperma ſit digeſtum. Nec debent tan
tum differre ꝙ ambo ſpermata coꝛrūpant. Si eñ
accidat illud/vtantur coitu ſecūdum modum qui
non eſt ad impꝛegnandū. Deinde dimittant ipſuƺ
tandiu ꝙ ſciatur ꝙ ſperma bonum iam aggrega:
tum ſit. Amplius pꝛolonget vir ludum cum mulie
re cuius cōplexio eſt bona cum mammillarū tactu
ſuaui ⁊ verbis amicabilibus et tactu pectinis eius
et obuiet ei non permiſcēdo ſe ei ꝑmixtione vera.
Cumqꝫ mulier deſiderat et affectat permiſceat ei
fricādo de ea quod eſt inter anum eius deſuper et
vuluam. Ille enim eſt locus delectatiōis eius. Cō
ſideret ergo hoꝛam in qua ſit ipſius mulieris foꝛt:
adherentia et eius oculi incipiunt mutari in rube
dinem/et eius anhelitus eleuari: et verba eiꝰ bal:
butire: et tunc mittat illuc ſperma oppoſitum oꝛi
matricis dilatando locum eius illic parumper ſci:
licet tanta dilatatiōe ne ingrediatur aer exterioꝛ:
et non eſt bonum vt vir expleat ſuum deſiderium
ante mulierē immo ſimul parum vel mulier ante.
Et in ſeminū emiſſione vir adhereat mulieri foꝛtiſ
ſime ſecundū figuram ꝙ mulieris crura ſint eleua:
ta parūper. Nec vir ſtatim deſcēdat ſed adhereat
donec videat anhelitū mulieris quietatū et ꝙ no:
di oꝛis matricis quieſcunt muliere iacente parum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eleuatis coxis ⁊ euerſo dorſo. Et tunc deſcendat et mulier remaneat horula vna ſupina conſtrictis pedibus et retento anhelitu. Et ſi dormierit poſt illud erit melius ad conceptionem: et ſi contingat ipſam cõuertiſſit ad dextruz latus. Amplius ſcias ꝙ ſuffumigatio cum aromatibus callidis ſtipticis eſt de his que preparant matricē ad concipiendū. Et non debent talia aromatica calida boni odoris ante cōceptionem odorari de ſuper per nares: quia impedirent impregnationē cum eſſent cauſa motꝰ matricis ad ſuperiora: ſed poſt impregnationem competit odor eorū deſuper per nares et non per inferius: quia ex hoc impeditur aborſus. Nam matrix et fetus mouētur ad partem ſuperiorem aromaticis applicaticis naribus. Ampliꝰ dico ꝙ mulier deſiderans impregnari et eſſe fecunda cauere debet a ſterilizantibus et conceptionē impedientibus. Mulier eñ volens concipere non comedat os de corde cerui nec ſecū portet matricem caprinam nec lapidē vocatum gagates: impediunt enim conceptionē. Item caueat a comeſtione granorum edere nigre. Amplius non portet os de corde cerui / nec ſmaragdum nec zaphirum. Hec eñ impediūt actum coeundi. Amplius non portet ſecum radicē pinpinelle nec bibat coagulum leporis poſt partum / nec teneat ſcolopendriam ſuſpenſam ſupra lectum. Item apis comeſta reddit mulierē ſterilem ſed partum facilitat. Amplius nō portet ſecum auriculam mule vel corium / nec comedat limaturam ferri: nec ſuccū mente nec matricē mule: reddunt enim mulierem ſteri

Suffumigatio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lem. Et vniuerſaliter vitanda ſunt omnia actum coitus impedientia que ſuperius dicta ſunt a muliere volente concipere. Nos autem hic volumus addere quedam que multum valent ad concipiendum.

Lolium

Lolium enim ⁊ thus ſuffumigata diſponunt mulierem ad concipiendum: ⁊ſimiliter nepita. Itẽ thedoricon anacardinum per peſſarium immiſſuꝫ cum modico ſcamonee ſine dubio concipere facit ſi poſt immediate mulier coierit cuꝫ viro potenti. Ampliꝰ ad idem valet meliſſa ſuffumigata et vulua lenoria aſſata et comeſta. Et ſpuma quam habet lepus circa os quando rodit herbam ſi bibat a viro vel muliere. Quidam dicunt ꝙ ſuppoſitorium vel peſſarium vel ſacculus de nigella matriceꝫ mundificat ⁊ ad concipiendum diſponit ſed teneatur parum: quia nigella eſt aliquantulum violenta. Amplius aqua cicute exhibita mulieri infecunde mane: eadẽ die ad vſuꝫ cõcipiendi eã cõuertit. Itẽ fiat vnguẽtum ex cerebro gruis ⁊ axungia anſeris vel leonis ⁊ ex eo inungatur virga virilis cũ vir debet coire cũ muliere ⁊ cõcipiet. Itẽ lapis ꝗ inuenitur in cerebro aquile portatꝰ ad idẽ vꝫ ⁊ ſimiliter lapis inuentus in vulua cerue. Item poſt menſtrua lauet mulier pudenda cum vino puro rubeo ⁊ poſt ſuffumigetur cum vino decoctionis nepite et ſupponat ſibi baſiliconeꝫ et mentam maiorem ⁊ cõcipiet ſi deus voluerit. Item fomentatio decoctione roris marini multũ diſponit ad conceptionem. Item alleum humidum tritũ decoctum cum oleo roſaruꝫ quouſqꝫ eius aquoſitas conſumat: ſuppoſitum eſt mirabile ad impregnandum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Amplius fenugrecū tritū cum adipe anſeris ſuppo
ſitum multum iuuat. Amplius muſcus cum oleo
roſarum diſſolutus ſuppoſitus multum confortat
matricem ad cōcipiēdum. Itē inungantur vtriuſ-
q̄ ſexus membra cum ſucco ſatirionis et ſuper aſ-
pgaſ puluis vulue leporis: facit enim vt ſterilis
concipiat. Et ſic patet regimen mulieris ante im-
pregnationem.

## De regimine pregnantis.

Nunc reſtat ponere regimen mulieris pregnā
tis. Sunt ēm quedā appropriata mulieri pre
gnanti que hic breuiter ſunt apponenda. Dz ēm
mulier pregnans omnia euitare que aborſum poſ
ſunt inducere ⁊ ſpiritualiter in principio impre-
gnationis: tunc enim fetus in matrice eſt ſicut flos
in arbore qui ex leui cauſa cadit ab arbore. Et ſi-
militer in fine impregnationis ante tempus par-
tus puta in ſeptimo vel octauo menſe. Tunc enī
fetus eſt in matrice ſicut fructus quaſi maturus in
arbore qui ab arbore ex leui motu deſcendit ⁊ ſic
fetus tempore illo ex cauſa leui efficitur. Opor-
tet igitur q̄ mulier pregnans euitet motum ſuper
fluum: ſaltum: percuſſionem: caſum: ⁊ coitum pro-
prie: ⁊ repletionem cibi / ⁊ iram / ⁊ triſticiam ⁊ timo Vitare
rem proprie. Amplius euitare debet balneum: ni- debent,
ſi apud propinquitatem partus. Et etiam omnia
inducentia tuſſim / nam tuſſis fortis eſt cauſa abor
ſus. Et ſimiliter intelligatur de ſternutatione im-
moderata. Bonum eſt igitur vt ſolicitetur ne eius
caput fiat reumaticū. Amplius euitare medicinas
laxatiuas ⁊ ꝑ ptes iferiores ⁊ ſupiores Et ſi neceſſi

tas cogat ad earum vſum fiat hoc cum cautela et ſint medicine leues ꝛ bñdicte. Amplius ꝓcuret habere ventris lenitionẽ cum cibis leniẽtibus cuiuſmodi ſunt brodia pinguia: et pureta de boraginibus ꝛ cum folijs violarũ: et oua ſorbilia ꝛ caſſiafiſtula cum aliquãtulo ſpice ꝛ aqua quorũdam fructuum laxatiuorũ. Nam linitio ventris eſt pregnãtibus multũ vtilis. Amplius euitare debꝫ balneũ Balneum enim facit abortire dupliciter. Primo quidẽ lubricando. Secũdo faciendo fetum moueri ad aerem frigidũ. Amplius euitare debet fleubothomiã ſpecialiter de ſaphenis niſi in caſu magne neceſſitatis ꝛ hoc ingredit curam egritudinis Et ſcias ꝙ quãto fetus maior eſt tanto fleubothomia eſt deterior. Amplius euitare debꝫ diuretica menſtrua ꝓuocantia ꝛ partum facilitantia. Amplius euitare debet ſitim / famẽ / repletionẽ nauſcatiuã / frigus ſuperfluũ et calorem immoderatũ ꝛ ventum auſtralem: et ſimiľr borealẽ poſt auſtralem. Amplius bonũ eſt ꝙ pregnans vtatur quibuſdam electuarijs confortantibꝰ embrionẽ quorum vnum eſt diamargariton. Amplius oportet ꝙ vehemens ſtudium ſit in ſtomachis ipſarũ pregnantium. quare oportet vt cõfortentur ſtomachi earum confectionibus ex zuccaro roſarũ cum xiloaloe ꝛ maſtice: ꝛ electuarijs factis cum zuccaro plurime ꝛ ſpeciebus aromaticis in quibꝰ non eſt multa caliditas ꝛ emplaſtris ſtipticis calefacientibus et aromaticis. Amplius debet pregnans euitare vehementer pinguia ꝛ vehementer dulcia et potum aque: et ſit cõtenta potu vini odoriferi / puri /

Iſta cõfortant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſubtilis pauci. Interdũ autem oportet mundifica
re ſtomachũ pregnantis cum appetitus ei⁹ eſt val
de corruptus. Ex quo ad hoc decoctio aniſi ꝛ po
lipodij clarificata cum zuccaro roſaruz eſt conue-
niens mũdificatiuũ. Naz humorẽ euacuat et appe
titũ rectificat et excitat. Abſtineat pregnans a ca
ſeo ſicco et acuto. et ſi forſan appetat aſſetur hu-
midus ſuper carbones. Amplius exercitiũ tempe
ratũ eſt ei conueniẽs. Cibaria eius debent eſſe fa
cilis digeſtionis/boni nutrimenti ꝛ multi indigẽt
propter ſe ꝛ ꝓpter fetum. Ampli⁹ poſt cibum cõ-
petit pregnãtibus comedere citonia aſſata ꝛ pro
prie frixa. et ſimiliter fruſtra ligni aloes indi et aſ
ſidue: comeſtio et fricatio manuũ et pedũ earum
Et ſimiliter poma granata poſt cibum eis cõpe-
tunt. Et ſimiliter coriandrum conditũ. Et ſcias ꝙ
mina citoniorũ ꝛ bolus armenus eſt de his que ſe- Contra
dant nauſeam earũ. Amplius ſcias ꝙ puluis cimi auſeã.
ni torrefacti in aceto infuſi et origani ſecundũ par
tes equales ꝛ caſtorei partis vnius tertia interdũ
competit eis et ſpecialiter ꝓpter conſumptionẽ
ventoſitatũ. Et ſcias ꝙ quando mulier pregnans
indiget mundificatiuis propter immundiciã ma-
tricis et partium adiacentiũ melius eſt ꝙ mundi-
ficatio illa fiat a quarto menſe vſqꝫ ad ſeptimum.
Et ꝙ fiat ꝑ ſuppoſita a parte inferiori ꝙ̃ per ad-
miniſtrata per partes ſuperiores.

¶ De regimine appropinquantiũ partui.

MUliere autem appropinquãte partui cõpe-
tit exercitiũ et balneum ꝛ coitus et mẽſtrua
prouocãtia: ꝛ cetera partũ facilitãtia que ſcripta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a ſapientibus quaſi ſunt infinita. Sunt aũt quedã
partum facilitantia a proprietate que eſt in eis ſi-
cut magnes detẽtus in manu ſiniſtra. Et ſuffumi-
gatio cum vngula aſini/vel equi: vel cum oleo pi
ſcis ſaliti: ꝛ ſimiliter corallus ſuſpẽſus in coxa dex
tra. Et ſcias ꝙ mulieres menſtruoſe huius tempo
ris vtũtur pluris cum muſco in facilitando partũ.
Amplius ſuffumigatio mirre multũ competit: ſuf
fumigatio cum galbano et caſtoreo cõmixtis cum
mirra et felle vaccino. Amplius ad idem valet ſul
phur citrinum: et ſpolium ſerpentis: et fimus colũ-
binus. Hec enim ſuffumigata partum facilitant/
et ſimiliter aſa fetida et caſtoreum in potu ſumpta
facilitant partum. Amplius ſumere in potu cyna
momum eſt bonum valde. Et ſimiliter decoctio fo
liorum altee cum aqua ꝛ melle ſi ſumatur in potu
ad idẽ valet. Simplicia autem partum facilitan-
De ſimplicibꝰ. tia ſunt hec/cynamomũ: caſſialignea/cortex caſ-
ſiefiſtule/mirra/ariſtologia rotunda/cuſtos/ſaui-
na/armoniacꝰ/thꝰ/rubea tinctorũ/aſa fetida/ſto
rax et caſtoreum. Ex his autem poſſunt fieri ſuf-
fumigationes/pillule/electuaria et ſimilia. Am-
plius bonum vinum ꝛ odoriferum competit mu-
lieribus partui appropinquãtibus et ſubtilis die-
ta. Amplius ſcias ꝙ lana ſubmerſa in ſucco rute
et ſuppoſita partum facilitat. Etiam ſcias ꝙ ci-
clamen ariſtologia/ſtaſiphragia/et cucumer aſini
nus ſuppoſita partum facilitant. Et ſimiliter fel
thaurinum. Amplius arthemeſia cocta cum aqua
calida/emplaſtretur ſuper vmbilicuꝫ/et crura/et
ſtatim fetum educit. Etiam menta bibita cum aq̃

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

calidã/emplaſtretur ſuper vmbilicu3/et crura: et mellis partum facilitat. Etiam pimpinella trita ⁊ ſuppoſita ſtatim fetum educit. Amplius caueat ꝙ pira non ſint in domo mulieris parturiētis. Ad idem valet ſuffumigatio facta de cornibus et vnguibus caprarum. Amplius vngula muli portata ſub camiſia partum facilitat. Multa alia ſunt partū facilitātia q̃ ad preſens obmittunt̄ ꝓpter breuitatē/et quia habent locū in regimine curatiuo. Pira nocent.

¶ De regimine enixe.

Nunc reſtat ponere regimē mulieris enixe vſqꝫ ad triginta vel ad q̃draginta dies. Sciēdum igitur ꝙ poſt partum immediate competunt cibi ſubtiles boni nutrimēti/et velocis digeſtionis/ſicut aqua carniū laudabiliū/et oua ſorbilia/et vinū ſubtile et odoriferū/nō nimis forte: nō turbidū. Vitare debet autē mulier enixa oīa genera fructuū et olerū: et frigidorū leguminū et acruminū. Et ſummopere caueat a frigiditate cōtinētis et ſpecialiter vſqꝫ ad tres dies. Jaceat igit̄ continue in lecto cooperta. cruribꝰ tn̄ parū coopertis ⁊ eleuatis/comedat ſepe ⁊ parū in vice. Nō balneetur vſqꝫ ad quattuor vel qnqꝫ dies. Trāſactis aūt quattuor aut qnqꝫ diebꝰ balneet̄ bis vel ter in ſeptimana. Et quāto magis appropiquat ad trigita vel quadragita dies/tāto pōt vti groſſiori dieta et in ſanitate cōſueta. Jnterdū aūt fluit ſanguinis multitudo imediate poſt partū ex quo cōtigit mulierē piclitari. Huic aūt accidenti obuiādū eſt cū ligatione brachiorū doloroſa/et cū appoſitione ventoſarum magnarū ad mamillas ſine ſcarifi

catione. ⁊ cum appoſitione pannorũ infuſoruz in aceto ſupra ventrem collyriorũ ſtipticorum: puta roſarum balauſtiarũ et lzarabe ⁊ ſimiliuz. Et de il lis quib⁹ ineſt proprietas in hoc ſecundũ ꝙ dicit eſt ſuſpenſio ſtercoris porcini in lana ⁊ ſuſpendat in coxa eius. Amplius enixe contingere cõſueuit mamillarũ dolor et apoſtemata ꝑpter magnam la ctis exuberantiã. Horum autem cura eſt lactatio per mulierẽ vilem. Tale enim lac incõueniens eſt lactationi infantis. Et ad idem valet epithimatio mamillarũ cum aqua decoctiõis fabarũ ⁊ orobi ⁊ coriãdri. Et quia hoc ingreit regimen curatiuum

Mino-ratio la ctis.

transeo. Amplius ſcias ꝙ linire mãmillã cum can cro marino vel fluuiali cõtrito hꝫ ꝓꝓ̇etatẽ in lactꝫ minoratiõe. Ampli⁹ ſcias ꝙ epithimatio mamil-larũ cum aqua decoctionis rute eſt de his que lac minorant. Interdũ etiam poſt partum non mundi ficatur mulier. ſed retinetur ſanguis corrupt⁹ qui deberet euacuari: ⁊ ex hoc poſſunt egritudines ge nerari valde male / puta febres ⁊ apoſtemata ⁊ do lor matricis: et ſternutatio eſt tali mulieri iuuati-ua. Et vniuerſaliter omia humida quoniã natura-liter in ſubſtãtiam aliti mutari non poſſunt niſi ſit virtute exceſſus caloris naturalis qui vix in mulie re reperit. et maxime in muliere enixa que ex emiſ ſione ſanguinis in partu dealbata eſt quod eſt ſi-gnum frigiditatꝫ maxime. albedo nãqꝫ ſm Ariſto telẽ eſt mater frigiditatis. Quãto enim mulier al bior tanto ſm eum. Et ſimiliter ſm Auerrois pl⁹ de frigiditate habere dicit. Amplius ſuffumiga-tio cum capitibus allecum ſalitorũ aut cum vngu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

la equi: aut aſini valet ad idem. Et ad vltimus fiat fleubothomia ſaphene: valet enim ad menſtrus ꝓuocanda: ⁊ prohibet apoſtematis aduentum: ⁊ repletionis nocumentũ. Et fleubothomia vene curuature poplitis eſt fortior in hoc. Et ſi contingat enixam hoc tẽpore febricitate aqua ordei confert ei: ⁊ ſi non retinet menſtrus ⁊ granata dulcia: quia febres enixarũ vt plurimum ſunt ex menſtruoꝝ retentione cũ ſit curatio cum fleubothomia ſaphene ſit iuuamentũ cum ea. Amplius ſcias ꝙ talibꝰ mulieribus interdum inflantur ventres earum: ⁊ tunc eis cõpetit in potu dyamarte: ⁊ reliqua diſſoluentia ventoſitates. Amplius eis cõpetunt origanũ ſerapinum ⁊ maſtix cũ equalitate. Amplius interdum talibus mulieribus cõtingit dolor matricis. Et cura eius eſt ſedere in aqua calida decoctiõis aneti: ⁊ camomille: et inungere locũ matricis cum oleo violato dulci tepido. Et ſi forſan in loco matricis contingant vlcera curentur cum vnguento albo raſis: ⁊ ſimilibus vnguentis conuenientibus vlceribꝰ ſupra membra neruoſa. Hec ſufficiant de regimine enixe.

De febre.

¶ De regimine lactantis.

Nunc reſtat dicere aliqua breuia de lactãtis regimine: ſed ante dicemus lactantis conditiones: quarũ prima ſumitur ex parte etatis. Debet enim eius etas eſſe ſanitatis ⁊ complementi: ⁊ eſt etas iuuentutis a viceſimoquinto anno vſqꝫ ad triceſimumquintum. Hoc enim tempore lac debꝫ eſſe perfectius ſicut et totius corporis membra a quibus lac habet exordium. Secunda conditio ſu

Cõditiones lactantis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mitur ex parte habitudinis ⁊ figure: debet em̄ eſſe boni corporis: ⁊ collū habere forte: ⁊ pectus magnum ⁊ amplū: ⁊ debet eſſe bonoꝝ muſculoꝝ ⁊ dure carnis: ⁊ magnarum venarum: ⁊ medie habitudinis inter maciē ⁊ pinguedineꝫ. Tertia conditio ſumitur ex parte mamillarū. Oportet em̄ eius mamillas eſſe magnas decenter ⁊ ſolidas: nec debēt eſſe extranee magnitudinis: nec laxe ⁊ molles: ſed debent eſſe medie inter molliciē ⁊ duriciē. Et extremitates papillarū mamillarū nō debent eſſe nimis parue ne infans in earuꝫ cōpreſſione laboret. Quarta conditio ſumitur ex parte morum ipſius. Debet em̄ eſſe bonoꝝ morum ⁊ laudabilium que tarde patiatur ab anime accidentibus: puta ira/

De moribus.

triſtitia/timore/ ⁊ ſimilibus. Om̄ia em̄ corrūpunt lactis complexionē. Unde prohibendum eſt ne ſtolida lactet: malicia em̄ morum ipſius ad hoc perducit eā vt infantis paruā habeat ſolicitudinē: et ei parum blandiatur. Amplius non debet eſſe luxurioſa ⁊ ebrioſa: nec crapulata. Hec enim lactis corrumpunt complexionē. Quinta conditio ſumitur a ſubſtantia qualitate ⁊ quātitate lactis. Debet em̄ eſſe ſubſtātie mediocris: non nimis fluidum nec nimis groſſum ⁊ caſeatū: nec diuerſarū partiū nec ſpumoſum. Eius quidē ſubſtātia experit᷑: mulgendo ex eo guttā ſuper vnguē. Nā ſi fluat eſt ſubtile: ⁊ ſi non: eſt groſſum et ſpiſſum. Et ſcias ꝙ lac tēperate ſubſtātie habꝫ partes caſeatas ⁊ aqueas equales. Experiet᷑ igitur cū in ampula ponitur: ⁊ parum mirrhe ſuper ipſuꝫ proijcitur ⁊ digito permiſcetur. Per hoc em̄ ſcitur aquoſitatis ipſius et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plexionis/vel dyatriomperon/vel dyamentaſtruꝫ ſi ſint frigide complexionis. Balneum autem ex aquis ſapientibus naturam pharmacorum vel matallorum nullo modo competunt in ſanitatis regimine:ſed bene competunt in cura multorum morborum. Sed quia non intendimus de egritudinuꝫ cura:de his balneis nullam faciemus mentionem. Amplius eſt diligenter notandum ꝙ in ſanitatis regimine interdum fit ſtupha/⁊ interdum balneū. Balneum non poteſt fieri ſine aqua ſed ſtupha bene fit in aere ſine aqua. Et eius proprietas eſt magis reſoluere ꝙ̃ humectare:immo talium ſtupharum proprietas eſt multum reſoluere:⁊ maxime ſuperfluitates exterius exiſtentes. Et quia in talib⁹ ſtuphis interdum ponuntur herbe ſm̄ diuerſitates herbarum in eis poſitarum diuerſi ſunt earum effectus:quandoqꝫ enim multum calefaciunt:⁊ ſimiliter exſiccant ⁊ competunt in multum frigidis ⁊ humidis. Quandoqꝫ multum calefaciunt ⁊ non multum deſiccant. Quandoqꝫ non multū calefaciunt: ſed multum deſiccant ſm̄ ꝙ ſcit medicus ordinare cognoſcens virtutes ſimplicium ingredientiuꝫ ſtuphas et modum menſurandi ignem ſecundum exigentiam eius qui ſtuphari debet. Sed bene ſcias ꝙ nullo modo debet fieri ſtupha corpore exiſtente plectorico:nec ĩmediate poſt cibum. nā corpore exiſtente plectorico per ſtuphas humores diſcurrunt ⁊ ebuliunt ⁊ preparantur ad putrefactionē:⁊ poſſunt apoſtemata cauſari in mēbris occultis et manifeſtis. Et ſi aliqs ſtuphet poſt cibū ĩmediate



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Indige ſtio cibi. peditur cibi digeſtio ex eo ꝙ calor mouetur a centro ad circunferentias. Et ſi calor mouetur a loco digeſtionis: ⁊ per conſequens digeſtio debilitatur ⁊ alimentum trahitur indigeſtum ad mēbra ⁊ poſſunt cauſari opilatiōes / apoſtemata / febres / ⁊ cutis defedationes ⁊ hydropes. Ulterius diligēter notādum ꝙ balneum quo indiget corpus tēperatum ſuppoſito conuenienti exercitio ⁊ ſufficienti ⁊ ſimiliter fricatione non eſt niſi ad abſtergendū ſudoris veſtigia per exercitium derelicta ⁊ ad calefaciendum ⁊ humectādum mēbra tēperate. Unde tale balneum debet eſſe ex aqua tepida vel quam ſolis feruoribus eſtas calefacit. Nō eñ debet eſſe notabiliter calida. Et bonū eſt ꝙ ī balneo proijciātur roſe vnico feruore bullite. Notādum ꝙ columne pedum ad conſeruationē viſus ⁊ auditus ⁊ memorie ſepe lauari debent atq; fricari cū aqua moderate caliditatis: ⁊ talis lotio fieri debet in ſero circa introitū lecti longe a cibo ⁊ ſpecialiter dieb⁹ illis quibus non cenare contingit. Amplius capitis lotio non tardetur vltra viginti dies: nec fiat in hebdomada plus ꝙ̄ ſemel ⁊ nunꝙ̄ ſtomacho repleto ſed ante prandium vel longe poſt ipſum ⁊ ante cenam ſi proponatur cenare.

Lotio pedum multū ꝓdeſt.

¶ Capitulum quintum. De coitu.

Coitus ſm veritatem iuuamentum habet in expulſione ſuperfluitatum tertie digeſtiue quare competit in ſanitatꝫ regimine. Unde non approbo opinionem dicentium coitum non conuenire in ſanitatis regimine ſed bene verū eſt ꝙ coitus non habet neceſſitatem ſicut exerci-

tium cibus ⁊ potus ſimilia. Hec eñ cõmunia ſunt cuilibet etati: ſed coitus ſoli adoleſcentie: immo etiã adoleſcentes poſſunt viuere ſani ſine vſu coitus ſicut apparet in multis viris venerabilibus q̄ toto eorum tempore viuunt continenter ⁊ ſani: ſꝫ saniores eſſent ſi vterentur coitu moderato. Nam ſuperfluuꝫ alimenti in quanto ⁊ non in quali quod poſt eius fermentationem in vaſis ſeminariꝭ ſperma nominatur coitu conuenientis expellitur: nec eſt alia via conuenientior. Unde periculum eſt ſi ꝑ coitum non expellatur ꝙ putrefiat ⁊ ad aliquod ſimile veneno conuertetur ⁊ cauſabit peſſimas egritudines ⁊ tãdem mortẽ. Per exercitium enim balneum ⁊ fricationẽ expelluntur ſuperfluitates mẽbrorum tertie digeſtiue: ſuperfluitates quideꝫ mẽbrorum ⁊ impuritates que ſunt ſuperfluitates in quali. Sed eſt quedam mẽbrorum tertie digeſtionis ſuperfluitas quedam puritatis ⁊ puriſſima ad conſeruationẽ ſpeciei ordinata: hec autẽ cõſeruata per coitum expellitur in animalibus perfectis. Nec eſt alia via magis conueniens ad hãc ſuperfluitatẽ expellendam: q̄ non ſufficit exercitiũ: fricatio vel balneum: ⁊ ſpecialiter cum talis materia eſt fermentata in vaſis ſeminariꝭ. Et ſic patet ꝙ coitus eſt iuuatiuus in ſanitatis regimine. Sũt autem ipſius coitus alia iuuamenta ſpecialia ꝙ plurima. Corpus enim repletum alleuiat ⁊ animã hylarem et quietam facit: iram quoq; ſedat ⁊ ſollicitudinem remouet. Jmmo quandoq; eius occaſione quis a melancolia ſanatur: ⁊ appetitum cibi cõfortat ⁊ ſomnum inducit. Amplius ſi quis amore

Coit⁹ expellit ſuperfluitates corporis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mulieris tantum triſtetur vt quaſi ad mortem de-
ueniat vtatur multo coitu licet ea non potiatur
quã diligit ſedat̃ eiꝰ furioſus amor. Ampliꝰ coitꝰ
moderatus caput alleuiat omneſq; ſenſus. Et nõ
ſolum confert in ſanitatis regimine ſed etiaꝫ in cu
ra multarum egritudinum. Sed quia non intendi
mus in hoc opere de egritudinuꝫ cura: de huiuſmo
di vtilitatibus nullã penitus faciemus mentionẽ.
Ex dimiſſione auteꝫ coitus ſpecialiter conſuetis
accidit corporis grauitas ꝛ frigiditas et difficul-
tas motuꝫ ꝛ finaliter ex coitus dimiſſione et ſper-
matis abundantia ꝛ frigore ipſius ꝛ eius conuer-
ſione ad venenoſitatẽ accidit: vt ſperma mittat ad
cor ꝛ cerebruꝫ vaporẽ maluꝫ ꝛ venenoſuꝫ ſicut ac
cidit mulieribus ex coartatiõe matricis. Et eſt no
tanduꝫ ꝙ ſicut coitus moderatus habet plurima
iuuamenta: ſic ꝛ imoderatus ꝛ quibus non conue-
nit infert plurima nocumẽta. Inducit enĩ plus de-
bilitatẽ oĩ alia euacuatione ꝛ appetitiue deſtru
ctionẽ ꝛ oculoꝝ concauitatẽ ꝛ cerebri ꝛ ſenſuuꝫ in
eo ſituatoruꝫ debilitatẽ. Corpora autẽ habentes
ſicca: a coitu cauere debent vt ab inimico mortali
quo ſi quis multũ vſus fuerit ethicã incurret. Etiã
conualeſcentes ꝛ debiles ꝛ macri ꝛ quoꝝ ventres
et ilia ſubtilia ſunt: ꝛ quoꝝ nerui ſunt debiles ꝛ ve-
ne ſtricte coitum omnino euitare debent. Coitus
enim multus ꝛ frequens neruis nocet et oculos le
dit et vires corporum deſtruit et ad ſenium cito
adducit: vnde paruꝫ cõpetit ſenibus. Corpora au
tem fortia et groſſa ſanguine plena: ꝛ venas am-
plas, ꝛ colorem rubeum habentia ꝛ pilos multos

Amor hereos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt ſufficientia ad actum coeundi:et ſpecialiter in fine adoleſcentie/et maxime ſi vtantur nutrientibus et augmentantibus ſperma et bibant vinuz dulce et groſſuz et multuz dormiant. Et eſt diligēter notanduz ꝙ coitus qui cōuenit in ſanitatis regimine debet eſſe a ſano deſiderio et naturali:qđ quidez deſideriuz non excitat appetitus aut intuitus/aut pruritus/aut ardor/aut fortis imaginatio:ſed cōmouet ipſuz multitudo ſpermatis ex repletione cuz ſpiritu ventoſo et ad hoc iuuat ſanitas virtutis. Debet autez quis intantuz vti coitu ꝙ eius appetitus confortetur et ſentiat ſe leuiorē et magis gaudentem. Non debet aliquis vti coitu corpore repleto cibo vel poſt cibum immedietate ſicut nec tunc eſt exercitandum:nec corpore exiſtente multum famelico. Hoc enim magis eſt pernecans calorez naturalez et magis trahens ad liquefactionez/et ethicaz/et arefactionem. Et ſi contingat aliquez immediate coire poſt cibuz oportet prius ipſuz moueri paulatim vt cibus deſcendat et non natet:deinde dormiat. Hora autez coeundi eſt poſt complementuz prime et ſecunde digeſtiue:et tertia iaz inchoata:et debet expleri coitus ante exercitiū ⁊ fricationē. Et ſi aliqs in principio noctis eſſet in talē diſpoſitione:tunc eſſet hora ad coitū cōueniētiſſima. Naz ſomnus ſuccedit ei longus:⁊ accreſcit cū eo virtꝰ ⁊ ſemē figitur in matrice:⁊ ſic conceptio fit facilior/⁊ ex coitu minor inducitur debilitas. Amplius qui vult coire non dꝫ eſſe vehementer calefactus/nec infrigidatus:licet poſt calefactionē mi- Coitꝰ dꝫ fieri a naturali appetitu.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus noceat ꝙ poſt infrigidationem. Amplius coitus euitari debet poſt omnes euacuationes fortes: ſicut poſt vomitum ⁊ fluxum ventris ⁊ fleubothomiam: ⁊ poſt fortes motus corporeos. Et ſimiliter cum inſtat poſt fortem iram / vel triſtitiā: vel poſt forte gaudium. ⁊ ſimiliter tempus emiſſionis ſtercoris / ⁊ vrine. Amplius mulieres pregnantes dubitantes aborſum: euitent coitum ſicut prius dixi. Amplius in actu coeundi nullo modo retineat ſperma: nam hoc perducit ad deſtructioneꝫ vnius vel duorum teſticulorum. Amplius diligenter eſt notandum ꝙ in coitu ſunt figure inconuenientes: ⁊ contra legē ⁊ mores ex quibꝰ corpora poſſunt incidere in maximum nocumētum: ſicut ſi aſcēdat mulier ſupra virum mala eſt figura. ex ea enim timet inflatio ⁊ vlceratio virge ⁊ veſice ꝓpter laborem eiectionis ſpermatis: ⁊ dubitatur curſus alicuius in virgam ex parte mulieris. Hec igitur coitus figura penitus eſt fugienda. Conuenientem autem figurā coeundi ⁊ vtilē ad cōcipiēdum dixi in capitulo de regulis appropriatis ſexui femineo. Amplius ſcias ꝙ coitus cuꝫ infantibꝰ ⁊ maſculis eſt fedus ⁊ abominabilis in lege ꝓhibitus: ⁊ ex vna parte eſt nocibilior: ⁊ ex alia minus nociuus. Nocibilior quidem quia natura indiget in tali coitu motu plurimo vt ſperma educatur: ⁊ minus nociuus eſt: quia minus expellitur de ſpermate ꝙ cum muliere: ⁊ cum minori delectatione. Etenim delectatio magna in coitu vna eſt de cauſis inducentibus debilitatem: ⁊ ideo qui plus in coitu delectantur plus debilitantur.

Modus coitus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶Capitulum ſextum de comeſtis et bibitis.

ORdo naturalis expoſtulat vt poſt predicta determinetur de comeſtis et bibitis ſi quidẽ poſt exercitiũ ⁊ balneũ: ⁊ coitum cibus eſt neceſſarius: ſimiliter ⁊ potus. Primo igitur determinabitur de cibo et potu in generali. Secũdo aũt de ſingulis maneriebus ciboꝝ ⁊ potuum in ſpeciali/ vt noſtra doctrina ſit ſufficientior ⁊ vtilior. Poſt enĩ exercitiũ coitũ ⁊ balneũ corpus remanet inanitũ cui debetur refectio. Unde videmus ꝙ poſt talẽ inanitionem ſequitur cibi appetitus ⁊ deſiderium Naturalis enĩ appetitus inanitione membroꝛũ/ et terminatur ad inanitionẽ factã verſus oꝛificiũ ſtomachi ad quã ſequitur ſenſus talis inanitionis que fames appellatur ⁊ deſideriũ. Et hmõi fames inducitur ad oſtendendũ neceſſitatem cibationis. Poſt hoc ergo deſideriũ nõ eſt tardanda cibatio eo ꝙ famẽ tolerare/ ſtomachũ replet malis humoribus, Attrahit enĩ ſtomachus ex vicinis partibꝰ quã retinent quod melius ⁊ vtilius eſt: ⁊ dimittũt abire quod peius eſt ⁊ inutile. Unde videmus manifeſte ꝙ famem tolerantes multas aquoſitates emittũt ab oꝛe et ſatis cito deſinit eoꝝ appetitus propter repletionẽ malã et innaturalẽ in ſtomacho cauſatam. Unde appetitu deficiente nõ eſt comedendum/ ſed accipiendum iulep: vel ſyꝛupũ acetoſum: vel aquam calidam: ⁊ tantum eſt ieiunandum donec appetitus venerit vel excitetur. Et redeat quibus recte peractis comeſtio ſubſeq̃ debet. Et eſt valde cauendũ ne ſtomachus adeo repleatur ꝙ tendat ſiue toꝛqueatur/ ⁊ multũ graue

Cibatio non eſt tardanda poſt deſiderium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur: et anhelitus anguſtietur: ⁊ pulſus velocitetur. Et ſimiliter repletio nauſeatiua ⁊ faſtidium inducens multū eſt euitanda: ⁊ ſpecialiter ex malis nutrientibus. Nam ſi faſtidium ſit ex groſſis nutrientibus proueniūt iuncturarum dolores: ⁊ renū ⁊ podagra: et aſma: ⁊ groſſicies ſplenis et epatis ⁊ vniuerſaliter egritudines fleumatice et melancolice. Et ſi faſtidium ſit ex humoribus ſubtilibus proueniunt febres acute ⁊ maligne: ⁊ apoſtemata multum acuta. Multum igitur euitanda eſt repletio nauſeatiua. Non igitur eſt comedendum quin locus remaneat vacuus in ſtomacho: nec ex toto debet deſiderium ſopiri: ſed retineri debēt alique reliquie appetitus: et hoc ſpecialiter eſt obſeruandum in habentibus appetitum fortē. Sunt enim quidam quorum appetitus naturaliter inclinans eos multum ſopitus eſt. Et iſti forte plus debent comedere ꝙ appetunt. Et in hoc multum conſideranda eſt experientia que omnium ſm dictum commune magiſtra eſt conſiderādo: hoc eſt aduertendo circa ſubtilitatem ⁊ quātitatem cibi: quam quantitatem aliquis perfecte ⁊ etiā meliori modo ſine corruptione poteſt digerere ſm plures dies. Nam quantitas offerendorum non poteſt ceteris litteris denotari. Et ſi aliquis forſan hanc repletionem nauſeatiuam incurrat: ſtatim euomat. Et ſi forſan euomere non poſſit ſomni ⁊ exercitij incrementum recipere debet. Et ſumenda ſunt que vētrem ſoluunt et ſequenti die parum ſumendum eſt de cibo. Amplius multum conſiderari debet ꝙ appetitus non ſit ebrioſi vel faſtidioſi. Talis enim ap

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

petitus nō eſt preco ſuſcipiendi cibum: vnde recur rendum eſt alia ſigna. ſ. ꝙ ſentiat ſtomachū vacuum: ⁊ ꝙ expulſe ſint egeſtiones cibi prioris: ⁊ ꝙ vrine ſint digeſte. His enim apparentibus tempus ē recipiendi cibum dato ꝙ non vigeat appetitus: ⁊ ſpecialiter ſi aduenerit hora in qua conſueuit cibari: ⁊ non acciderit error in priori cibo: vel ī aliqua quod digeſtionem impediuerit prioris cibi. Et eſt diligenter notādum ꝙ quidam ſunt indigētes plurimo cibo: ⁊ quidam pauciori ⁊ quidam mediocri. Nā habentes calorem fortem: et corpus magnum ⁊ multum exercitantes: ⁊ vniuerſaliter habentes virtutes naturales cibatiuas fortes indigēt multo cibo. Et per oppoſitum quorum calor eſt debilis: ⁊ corpus paruū: et virtutes cibatiue ſunt debiles: et parū laborātes indigēt pauco cibo. Et mediocres inter iſtos īdigēt mediocri cibo. Hoc igitur eſt quod poteſt declarari de cibi quantitate ꝑ rationem. Non tamen debet pretermitti experientia ſicut prius de fricatione et exercitio dictum eſt: et ſicut dictum eſt de multo ⁊ pauco ſic ſuo modo intelligatur de ſubtili ⁊ groſſo. Nam habentes calorem fortem ⁊ membra dura ⁊ virtutes cibatiuas fortes ⁊ multum laborantes indigent cibis groſſioribus: cuiuſmodi ſunt carnes bouine: porcine et anatum: et ſimilia. Et per oppoſitum quorum membra ſunt debilia: mollia: humida: et rara: et calor debilis indigent cibo ſubtili: cuiuſmodi ſunt oua ſorbilia: et aqua carnis. Et mediocres indigent mediocri cibo. Etiam dico quod quidam ſunt indigen-

De vacuitate ſtomachi.

Dieta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tes cibo multi nutrimenti: quidā pauci: quidā mediocris. Homines macilēti quorum calor eſt multū reſoluens et laborantes multum indigent cibo multum nutriente cuiuſmodi ſunt oua ſorbilia: et oua dura / ⁊ aqua carnis. Et per oppoſitū homines pingues pleni fleumate / habētes carnes humidas nō multū laborantes: ⁊ habentes calorē obtuſum et lentum indigent cibis pauci nutrimenti: cuiuſmodi ſunt olerum genera / ⁊ fructuū / ⁊ caſeꝰ; ⁊ mediocres indigent mediocri ſicut enim ſe habet extremū ad extremū / ita mediū ad mediū. Amplius ſciendū eſt ꝙ oēs hoīes indigēt cibo boni nutrimēti. Unde ſi aliquis vtatur cibis mali nutrimenti q̄uis ei forſan in preſenti non noceant / vel propter cōſuetudinē vel virtutū fortitudinē et digeſtiue bonitatem impoſterū tamen ad malas veniet egritudines. Quidam tamē ſunt qui propter conſuetudinē ⁊ quandā nature proportionabilitatē preeligere debent cibū parum deteriorē. Unde

Mutatio conſuetudinis.

ſi quis conſuetus ſit vti malo cibo / non ſubito debet mutare conſuetudinem ſed paulatim. Quod ſi forſan conſuetudinem mutare non poſſit propter aliquam cauſam ſpecialem bonū eſt ꝙ ſollicitus ſit in purgando humores qui generantur a tali cibo: et ſic preſeruabitur ab infirmitate. Si autem cibꝰ cōſuetus et deſideratus non ſit malicie notabilis non mutetur. Nam maliciā paruā corrigit naturā bonitate digeſtionis / et longitudine conſuetudinis. Sed ſi fuerit malicia notabilis et magna non eſt corrigibilis a natura. Unde falſum opinantur credētes malū cibum notabiliter longitudine tē-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poris et bonitate appetitiue poſſe corpus in ſani tate debita conſeruare ſine operationum ſenſibili leſione. Dicamus igitur recapitulãtes de compoſitis quod in ſimplicibus dictũ eſt / ꝙ quidã ſunt indigẽtes cibo multi nutrimẽti facilis digeſtionis ⁊ boni chimi cuiuſmodi ſunt oua ſorbilia ⁊ aqua carnis: ⁊ vinũ odoriferũ et ſubtile. Et talia cibaria cõpetũt habẽtibus digeſtionẽ debilẽ ⁊ a quorũ corporib⁹ facta eſt plurima reſolutio: cuiuſmodi ſunt cõualeſcentes et indigẽtes augmẽto ⁊ vniuerſaliter debilẽ digeſtiuã habentes / et quorum corpora ſunt multũ reſolubilia et calore extrinſeco et intrinſeco. Alij ſunt quibus competunt cibi multi nutrimẽti ⁊ difficilis digeſtionis: boni chymi cuiuſmodi ſunt caro annualis agni et oua dura et ſimilia. Hec eñ cõpetũt hoibus quorꝫ calor eſt fortis valde ⁊ multũ exercitantibus et habentibus fortẽ digeſtiuã et mẽbra dura ⁊ ſpiſſa. Eſt aũt tertiũ mẽbrũ his continuũ quod nullis cõuenit iudicio meo puta cib⁹ multi nutrimẽti facilis digeſtionis ⁊ mali chymi puta caro equina et anatum ⁊ vaccina. Sunt etiã alia cibaria q̃ ſunt difficilis digeſtionis et mali chymi et pauci nutrimẽti q̃ etiã in ſanitatis regimine nõ cõueniũt ⁊ huiuſmodi eſt caro ſalita et ſalſi piſces. Amplius ſunt quidã indigẽtes cibo facilis digeſtionis et pauci nutrimẽti ⁊ boni chymi cuiuſmodi ſunt lactuca et malegranata et ſimilia. Et hec cibaria cõpetũt corporibus repletis et humidis debilẽ digeſtiuã habẽtibus a quorũ corporibus non multa fit reſolutio habentibus tamẽ appetitũ bonum. Sunt etiã alia cibaria que

Recapitulatio.

Cibaria mali chimi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt ſubtilis nutrimẽti ⁊ nõ multi et mali chymi que nõ cõpetunt in regimine ſanitatis cuiuſmodi ſunt pulmo et caro animaliũ brutorũ et ſic de ſimilibus de vtero nouiter egredientiuȝ Amplius eſt cõſideranda cibariorum qualitas actualis et virtualis. Actualis quidem qꝛ in hyeme recipiuntur cibaria actu calida et in eſtate frigida et in mediocribus tẽporibus mediocria. Et ſimiliter intelligatur de virtuali qualitate. Nã calida virtualiter cõpetũt in hyeme ⁊ frigida in eſtate: et in tꝑibus mediocribus mediocria. Amplius q̇ multuȝ lapſi ſunt in calido: indigent cibis frigidioribus et ecõtra. Et ſimiliter intelligat̃ ĩ alijs qualitatib⁹. Amplius dico ꝙ illa q̃ poſſunt eſſe cauſa corruptionis digeſtionis ſunt euitanda; puta voracitas comeſtionis et mala maſticatio; ferculorum multa interruptio diuerſorum ciborũ et potuum in eadem menſa ſumptio et multa potatio et mala ciboruȝ ordinatio puta ſi groſſa cibaria recipiantur ante ſubtilia; nã ex hoc corrumpitur digeſtio: nã ſubtile digerit̃ ante groſſum et non habẽs exitũ in ſtomacho ꝑmanet plus debito et ſic in ſtomacho corrumpitur ⁊ aliũ cibũ nondũ digeſtũ corrũpit. Unde rationabilibus eſt primo recipere ſubtilia cibaria ⁊ poſt groſſa. Si enim digerantur ante groſſa deſcendẽt a ſtomacho et groſſa remanebũt in ſtomacho vſqꝫ ad ꝑfectã digeſtionẽ. Nã via q̃ ptꝫ ſubtiliori nõ ptꝫ groſſiori. Sꝫ hic eſt diligenter notandum: ꝙ ſi aliqs parũ comedere velit de groſſioribus et multũ repleri de ſubtiliorib⁹ tũc puto rationabilius eſſe ꝑtermittere cibaria groſſa. Naȝ in

Dieta. vitãda.

Cibaria mali chymi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pauca quãtitate eque cito digeri poſſunt ſicut ſubtilia in magna quãtitate. Unde in tali caſu nõ eſt incõueniens premittere groſſa. Si quis aũt ſciret ꝓportionare paſſum ad agens vniformiter ita ꝙ tãta eſſet diuerſitas inter groſſuꝫ ⁊ ſubtile ſicut eſt inter calorẽ fundi ſtomachi et ei⁹ oris tũc melius eſſet ponere groſſum in fundo ⁊ ſubtile in orificio: ſed qꝛ hoc quaſi eſt impoſſibile ⁊ error ꝗ põt ꝯtingere ꝑmittẽdo ſubtile eſt minor et magis corrigibilis: ideo ſubtilis ꝑmittẽdus eſt groſſo. Amplius cõſiderandũ ꝙ cib⁹ primus nõ ſit lubricatiuus: nã poſtꝙ̃ erit digeſtus vel ante digeſtionẽ trahet ſecũ aliũ cibũ indigeſtũ. Amplius eſt aduertendum ꝙ in principio nõ ſumãtur fructus ſtiptici puta coctana: meſpila: nam ex hoc poſſit impediri deſcenſus cibi ſtomacho. Unde verũ eſt ꝙ habentib⁹ vẽtrẽ fluxibilẽ interdũ talia cõpetũt in principio comeſtionis. Et vniuerſaliter cõſiderandũ eſt ꝙ ſanitatis cõſeruator: nec fructib⁹ nec olerib⁹ vti dꝫ niſi in pauca quãtitate. Generant enim ſanguinem aquoſum vaporoſum et putrefactioni aptum. Si tamen fructibus vti cõtingit in ſanitatis regimine fructus ſtiptici ſunt poſtponẽdi alijs cibis ſicut coctana pira: amygdala: caſtanee: meſpila: auelane. Et fruct⁹ laxatiui ſunt ꝑmittendi: puta vua: ficus pruna pſica: mora ⁊ ſimilia nec poſt tales fructus eſt immediate comedẽdus ali⁹ cib⁹ ſed parũ imorãdũ ⁊ ſupbibẽdũ aliquid ſubductiuũ vẽtris puta mellicratũ vel vinũ dulce vel aliqđ brodiũ ſubductiuũ. Tales aũt fruct⁹ maxime cõpetunt his qui aliquẽ eſtiuationẽ ſentiũt ĩ ſtomachis eoꝝ vel ꝓpt

Cibus ꝑmus nõ ſit lubricatiuus.

Dieta de fructibus.

Electio fructuũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

naturalem complexionem vel propter laborem ⁊
balneum vel aliqualem infirmitatem. Nolum⁹ aũt
plus loqui de fructibus: qꝛ de his infer⁹ ſpeciali
ter loquentur. Amplius ſcias ꝙ in regimine ſani
tatis non multum competunt ſaporũ diuerſorum
delectamenta ex quibus homo plus de cibo reci
pit ꝙ̃ deberet / vnde talia ſaporum delectamenta
plus conueniunt egris ꝙ̃ ſanis. Amplius ſcias ꝙ i
regimine ſanitatis non competit aliquod medici
nale niſi forſan ad preſeruandum ſed non ad cõſer
uandum. Nam ſicut de proprietate cibi eſt conſer
uare ſic de proprietate medicine eſt alterare. Ca
ueat igitur ſanitatis cõſeruator ne vtatur aliquo
ſapiente naturam medicinalem ad conſeruanduꝫ
licet bene ad preſeruandum. Amplius hora come
ſtionis eligatur frigida: ⁊ ſi non ſit poſſibile eliga
tur locus frigidus ⁊ ſint hore comeſtionis tales ꝙ
poſt eas homo poſſit quieſcere ⁊ tandeꝫ dormire.
Nos etiam immediate poſt cibum eſt exercitan
dum ſed primitus quieſcendum ⁊ dormiendum nõ
tamen vituperatur ſed laudatur lenta poſt cibum
deambulatio ante ſomnum vt cibus deſcendat ad
fundum ſtomachi in quo fit cibi melior digeſtio.
Quod autem iuuat ad cibi digeſtionem eſt primi
tas parum dormire ſuper dextrum latus vt cibus
deſcendat ad fundum ſtomachi / deinde longiori
tempore ſuper ſiniſtrum vt digeſtio perficiat. Naꝫ
decubitus ſuper ſiniſtrum latus plus confert di
geſtioni omni alio decubito. In hoc enim decubi
tu epar amplexatur cibum in ſtomacho ſicut galli
na ouum in pulli generatiõe ⁊ ſic cib⁹ in ſtomacho

Medicinalis cibus prohibetur.

Hora comeſtionis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perfectius digeritur. Sed in fine ſomni iterũ iacē
dum eſt ſupra dextrũ vt facilius cibus tranſeat ex
ſtomacho ad epar ⁊ ſuperfluitates digeſtionis pri
me facilius deſcendant. Et eſt diligenter notan=
dum ꝙ ſi contingat aliquē a propoſito vel caſu re
cipere cibũ alicuius male qualitatis: puta aceto=
ſum vel ſalſum vel ponticum ſatis eſt rationabile
poſt eũdē recipere cibũ q̄litatꝫ cõtrarie ad corrigē
dũ maliciã primi. Verbigratia. ſi q̄s recipiat cibaria
acuta vel ſalſa ⁊ poſt talia recipiat ante eorũ di=
geſtionē res humectantes ⁊ dulces vel saporē nõ
habentes erit conueniens regimen: ſimiliter intel=
ligatur in aliȷs. Amplius ſummopere eſt cauendũ
ꝙ poſt cibũ digeſtione inchoata non bibat̃ aqua
vel vinũ in q̄ntitate notabili. Hoc enĩ eſt de his q̄
digeſtionis ebullitionē interrũpunt: ſicut patet in
potu bulliente ſi ſuperinfundatur aqua frigida: nã
ab ebullitione deſiſtit. Non eſt igitur bibendũ do
nec cibus de ſtomacho deſcendat. Quod ſi ſitis
neceſſitatē inferat modicũ aque ſuggendo paula=
tim bibat. Et q̄nto plus fuerit frigida tanto min⁹
de ea ſufficiet. Amplius ſcias ꝙ bibere vinũ poſt
cibũ digeſtione iam inchoata facit cibũ deſcende=
re de ſtomacho indigeſtũ ⁊ facit accidere opilatio
nes ⁊ earũ egritudines ⁊ ſilr̃ putrefactionē. Am=
plius ſcias ꝙ vehemẽter famelic⁹ nõ dꝫ primo re/
cipere cibũ ſubtilē: q̄d ſi cõtingat ſtomach⁹ terrebi
tur a groſſo nec poſtea groſſũ recipere aut dige=
rere poteſt: ⁊ ſic cib⁹ groſſus corrũpet̃. In tali igit̃
caſu premittẽdus eſt cibus groſſus paulatim ante
ſubtilē: nõ enĩ poſtea terrebitur ſtomachus a ſub=

Famelicus ex groſſis cibariȷs eſt reficiẽdus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tili. Cauſa autē huius accidentis eſt ex eo ꝙ in ſtomacho vehementer vacuo ⁊ inanito eſt calor intēſus cui cibus ſubtilis nō eſt proportionatꝰ. Unde recepto cibo ſubtili ꝑpter ſtomachi forte deſiderium ⁊ cibi ſubtilis paucā reſiſtentiā diſpergitur cibus ad omnes partes ſtomachi: ⁊ ſic quedā repletio fantaſtica cauſabitur: ⁊ ſic os ſtomachi claudetur. ⁊ terrebitur natura a cibo ſuperueniente groſſo niſi tm̄ interueniat ſpacium ꝙ predicta repletio fantaſtica ſedetur que nō cantabitur ſi cibus groſſus recipiatur primitus in ſtomacho vehementer vacuo ⁊ famelico. Nā cibus groſſus non diſpergitur propter eius inobedientiā ad ſingulas partes parietum ſtomachi ſicut diſpergebatur ſubtilis.

Regula nūeri comeſtionum.

Amplius ſollicitandum eſt in numero comeſtionū et in hoc eſt multū conſideranda conſuetudo / ⁊ obſeruanda vel paulatim ſi ſit mala omittenda. Qui igitur in die ſemel comedere conſueuit non ſubito ſe transferre debet ad duas comeſtiones: nec contra: ſubita em̄ mutatio nocet. Et in hoc multū cōſiderare debet medicus: verum experimētuȝ illud quod poteſt ratione sciri: hic breuiter eſt dicendū. Quidam em̄ ſunt quibus vnica comeſtio in die naturali videtur ſufficere: verbigr͞a: quoruȝ virtutes ſunt ſatis fortes ⁊ mēbra non multuȝ reſolubilia. Et parū exercitantes ſe ⁊ qui ſufficiētē cibū vnica comeſtione ſumere poſſunt: ⁊ in humoribꝰ phlegmaticis habēt abundantiā. Et vniuerſal͞r quorum corpora humida ſunt: ⁊ cū hoc cibaria qbꝰ vtūtur ſint aliqual͞r groſſa ⁊ viſcoſa ⁊ multū nutriētia et nō faciliter reſolubilia. Talibꝰ em̄ ſufficit cibus ſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mel in die naturali:niſi cõſuetudo ſit ad cõtrariũ. Sũt autẽ alij qb⁹ nõ ſufficit vnica comeſtio in die naturali:ſicut illi quoꝝ ꝟtutes ſunt debiliores ꝛ calor eſt fortis ad digerẽdũ ꝛ reſoluẽdũ:ꝛ quoꝝ corpora ſunt reſolubilia ꝛ macillẽta ꝛ ad ſiccitatẽ naturalr̃ vel accidentalr̃ declinãtis ꝛ vtẽtis cibo ſubtili facile reſolubili ꝛ digeſtibili:ꝛ in quãtitate minori ꝛ cũ hoc multuꝫ exercitãtia. His igit̃ cõpetit bina comeſtio in die naturali. Mediocrib⁹ vero et tẽperatis ſufficit comedere ter in duob⁹ dieb⁹ ſic ꝙ inter vnã comeſtionẽ ꝛ aliam interueniat ſpacium ſexdecim horarũ. Sunt autẽ quidã quibus nõ ſufficit bina comeſtio in die naturali. Sed debent cibari ter vel quater in die: ſicut ſenes conualeſcẽtes ꝛ pueri ꝛ vniuerſaliter debiles. Senes eñ ſunt ſicut lucerna extinctioni parata. Unde ſi eis cib⁹ nõ ſepe adminiſtretur eoꝝ calor cõſumitur extinguit̃ ꝛ ſi vna vice multum adminiſtretur eoꝝ calor ſuffocatur: vnde iſti indigent ſepe comedere parum. Cõualeſcẽtes ſunt huiuſmodi: indigẽt eñ cibo vt deueniant ad proprium ſtatũ: ſed qꝛ eoꝝ calor debilitatus non poſſunt multũ cibum digerere. Bonum eſt igitur ꝙ partiatur eoꝝ cibus vt corp⁹ confortetur ꝛ calor naturalis non laboret in digerendo ꝛ eadem ratio eſt in pueris. Complexionib⁹ igitur hominum conſideratis dicemus ꝙ phlegmatici melius poſſunt ieiunare ꝛ cholerici minime: ſanguinei autem et melancholici mediocriter niſi ꝙ melancholici magis ſe tenent ex parte phlegmaticorum: et ſanguinei ex parte cholericorum. Et inter hos omnes temperati mediocres exiſtunt.

Senes ꝛ pueri et ꝯualeſcẽtes ſepi⁹ ꝛ parco medere debent.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Etatuꝫ conſide-ratio. De etatibus etiã patet ꝙ infantes ⁊ ſpecialr animoſi minꝰ poſſunt ieiunare ⁊ ſenes a ſenectute maxime ⁊ mediocres ſe habent medio modo. Hec igitur ſunt que ſcḋm rationẽ dicere poſſumus de numero comeſtionũ. Eſt autẽ diligenter notãdũ ꝙ ſunt quedã cibaria que nõ ſunt ſimul edenda puta lac ⁊ acetũ ⁊ vniuerſaliter acetoſuꝫ: nec lac ⁊ piſces: nec lac acetoſuꝫ cũ raphano / nec carnes volatiliũ poſt riſuꝫ conditũ cũ lacte / nec vti debemus oleo vel pinguedine in condimento ciboꝝ que in ereo extiterunt vaſe. Amplius multũ eſt conſiderandũ quando cõpetunt cibaria groſſiora in mane vel veſpere

Groſſa cibaria. Et ſaluo iudicio meliori puto ꝙ niſi reuma impediat ꝙ veſpere groſſior cibus ⁊ maior in quantitate cõpetit ⁊ ſpecialiter ſuppoſita noctiũ longitudine ſufficiẽti ⁊ ꝙ homo dormiat de nocte. Nã digeſtio fit in quiete ⁊ in ſomno quieſcunt virtutes animales ⁊ fortificantur naturales. In ſomno eñ melior fit digeſtio in ſtomacho: in epate ⁊ in toto corpore: ſed ſuſpecti de reumate abſtineãt a cena aut parũ cenent ⁊ longe a ſomno. Amplius diligenter eſt notandũ ꝙ aliquis volens ſanitatẽ conſeruare non multũ bibere debet: nec in principio mẽſe / nec in medio / ſed differre debet potũ vſqꝫ prope finem comeſtionis: et tunc tantum bibendum eſt ꝙ vera ſitis ſedetur. Eſt autem vera ſitis quedaꝫ eſtuatio in ſtomacho cauſata ex cibo recepto qui habet quodammodo ſtomachum calefacere ⁊ exſiccare. Eſt enim fames appetitus calidi ⁊ ſicci: ⁊ ſitis frigidi ⁊ humidi: ⁊ quia talis eſtuatio maxime cõtingit circa finẽ comeſtionis: ideo tunc eſt bibendũ et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non ante niſi parũ. Sciendũ autẽ ꝙ triplex eſt potus: quidã eñ eſt permixtiuus / alius ſedatiuus: et alius eſt ſitis delatiuus. Potus igitur permixtiuꝰ poteſt recipi ſimul cum permixtiuo cibo. Unde ſal uo meliori iudicio puto ꝙ talis potus non debet differri vſqꝫ ad finẽ comeſtionis: ſꝫ debet recipi in principio medio vel fine. Et iſte potus maxime cõpetit quando ſumuntur cibaria groſſa actualiter ſicca ⁊ virtualiter: ſicut patet in laborantibus comedentibus panẽ ſiccũ. Sed potus ſitis ſedatiuus regulariter ⁊ in hominibus bene diſpoſitis debet differri vſqꝫ ad finẽ comeſtionis: tunc eñ eſt vera ſitis propter eſtuationẽ cibi calidi ⁊ ſicci. Non eñ multũ rationabile eſt ꝙ ſimul vigeat ſitis ⁊ fames quia ſunt appetitus ad contraria. Potus autẽ delatiuus maxime cõpetit cõpleta prima digeſtione ⁊ tunc regulariter non eſt malũ bibere vt cibus facilius tranſeat a ſtomacho ad epar et preparetur ſtomachus ad recipiendũ aliũ cibũ. Et ſi forſan cõtingat aliquẽ ſitire non precedente comeſtione et ſine fame poteſt prenoſticari a medico ſitiꝫ illa eſſe innaturalis: ⁊ in tali caſu interdũ poteſt cõpetere ante cibũ: ſed quia hoc exit limites regiminis ſanitatis non plus loquimur de iſto. Potus autẽ qui regulariter cõpetit in regimine ſanitatis non eſt aqua ſed vinum vel aliquid proportionabile vino puta ceruiſia vel cerusariuꝫ / vel pomeriũ / vel mellicratum / vel aliquid ſimile: quibus omnibus vinuꝫ eſt melius. Et quia de his omnibus inferius tractabitur in ſpeciali volo tranſire. Uinuꝫ autẽ quo vti debemus in regimine ſanitatis non ſit acutum

Triplex potus.

Potꝰ permixtiuꝰ.

Potꝰ ſedatiuus

Potꝰ delatiuus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec igneum/nec groſſum/nec dulce:et in eſtate ſit
album vel roſeum. ⁊ in hyeme rubeuʒ vel ſubrubeū
⁊ ſit claruʒ ⁊ ſubtile ⁊ ſaporis amicabilis ⁊ odoris
Opinio ſuauis. Et eſt hic diligenter notandū ꝙ quorūdaʒ
aliquoꝝ magiſtroꝝ opinio eſt ꝙ magis eligēdum eſt vinuʒ
debile ſine aque admixtione ꝙ̄ forte cum aqua fra
ctum ⁊ ſpecialiter corporibus tēperatiſ cholericis
⁊ ſanguineis:ſed iſtoꝝ opinioni nullatenus acquie
ſco. Nā vina debilia cuiuſmodi ſunt gallicana mul
tum ſunt corruptibilia. Unde facillime corrūpun
tur. Et huius rei ſignuʒ eſt ꝙ ſi vinum debile galli
canum dimittatur in aere per noctem in mane in
uenitur. Unde puta ꝙ vinum forte fractum cum
aqua multum eſt conuenientius in ſanitatis regi
mine niſi caſu in quo vinum debilius non ſit adeo
debile ꝙ ſit nimis corruptibile in natura ſua ſicut
Nectar non com petit. vina gallicana. Ex his igitur patet ꝙ nectar non
cōpetit in regimine ſanitatis in via potus. Et vni
uerſaliter vina ſapientia naturam alicuius phar
macorum/vel ratione vaſis/vel ratiōe permixtio
nis. Etiam patet ꝙ vinum nouum defecatum ſeu
clarificatuʒ magis competit in regimine ſanitatis
De ſiti mēdoſa ꝙ vinum antiquum. Et eſt notandum diligenter ꝙ
interdum aliquis patitur ſitim mendoſam in qua
non eſtuat orificium ſtomachi:ſed guttur ⁊ pulmo
areſcit ⁊ os ⁊ palatum/vel propter puluerem aut
motum aeris ⁊ calorem ⁊ ſiccitatem. Et in tali ca
ſu nō expedit bibere ſed ſufficit gargariʒare vinū
bene lymphatum aut aquaticum propter partes
predictas humectandas:vel ſi magis placet ſuc
coſos fructus maſticare et abijcere vel modicum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſucci deglutire propter gutturis aſperitatē ⁊ ariditatem erit expediens. Amplius ſcias ꝙ in tali ſiti interdum iuuat attractio aeris frigidi per os et nares. Et eſt diligenter notandū ꝙ ſm diuerſitates complexionis etatis: ⁊ ſic de ſingulis attenditur diuerſitas in adminiſtratione vini vel potuum aliorum. Quibuſdam enim complexionibus competunt vina fortiora ⁊ quibuſdam debiliora: ⁊ quibuſdam plus: quibuſdam vero minus: ⁊ quibuſdā groſſiora: ⁊ quibuſdam ſubtiliora. Et ſimiliter intelligitur de etatibus ⁊ alijs. Homines igitur calidioris complexionis indigent vinis debilioribus ⁊ ſubtilioribus: ⁊ indigent maiori ꝗtitate. Et homines frigidioris complexionis indigent vinis fortioribus ⁊ minoris quantitatis. Amplius habentes neruos debiles indigent vinis debilibus: ⁊ habentes cerebrum forte ⁊ neruos fortes ſecuriꝰ poſſunt vti fortioribus. Amplius debiles indigent vinis ⁊ potibus magis nutritiuis ⁊ fortes minꝰ. Amplius melancolici indigent bonis vinis. Tum quia frigidi ⁊ vinum calefacit. Tum qꝛ triſtes: ⁊ vinū letificat. Tū qꝛ habēt paucos ſpūs: ⁊ eos vinū multiplicat. Quantitas autē mediocris potus quem homo habet recipere in menſa ad ſitim ſedendam ⁊ ad cibi permixtionē eſt quatuor librarum minutarum: ſicut quidam ſapiens teſtatur ⁊ experiētia docet. Sed quantitas potus offerendi ſicut nec aliorum poteſt literis certis ſcribi: ſed coniectura veritati propinqua. Quidam enim ſunt quibus ſufficit minor quantitas: ⁊ quibuſdam maior. ⁊ in hoc multū debet attendi ꝗtitas cibi ⁊ qualitas.

Cōſideratio circa etatē ⁊ ꝯſuetudinem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nā ẽm aliā ⁊ aliā cibi q̄titatē ⁊ qualitatē diuerſificabitur potus q̄titatis: ſicut etiā diuerſificatur ſitis naturalis. Unde qui plus comedunt ⁊ cibaria maiorē eſtuationē in ſtomacho inducētia plus ſitiunt ⁊ indigēt ampliori potu. Et q̄to ſitis eſt maior ⁊ intenſior ceteris paribus potus debet eſſe debilior ⁊ in q̄titate maior: ⁊ econuerſo. Amplius in exhibitione potus debet multū conſiderari qualitas ⁊ quantitas ſtomachi capiētis. Habentes eñ ſtomachū ſiccū multū ſitiunt: ⁊ magnā quantitatē potus ſuſtinere non poſſunt. Et contrarium eſt de habentibus ſtomachū humidum. Nā iſti parum ſitiunt: ⁊ magnā quantitatē potus ſuſtinere poſſunt Hec igitur generalia ſufficiunt de cibo et potu: q̄ inferius de his tractabitur in ſpeciali.

## ¶ Capitulum ſeptimum De ſomno ⁊ vigilia.

Conſequens eſt determinare de ſomno ⁊ vigilia et contraria. Nam regule ex his ſunt in regimine ſanitatis plurimum neceſſarie. Eſt igitur diligenter notandū ꝙ ſomni vtilitas in ſanitatis regimine ſi debite adminiſtretur eſt valde magnum bonum. Eſt igitur perpendere q̄to ſomno natura iuuetur. Nam per ſomnum calor naturalis qui operatur circa materiam nutrimenti in interioribus confortatur in quibus viget alimēti digeſtio: ⁊ ſic melior fit digeſtio. Amplius per ſomnum quieſcunt omnia membra exteriora a ſuis operationibus. Et quia digeſtio fit in quiete magis tunc viget digeſtio. Amplius per ſomnum virtutes animales que fatigate ſunt

Utilitas ſomni.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

refocilliantur et confortantur ſiquidem erant fati gate per motum per quietem ſomni fortificantur. Unde in omni motione corporis cum ceperit quis dolere ſtatim quieſcere remedium eſt. Non eſt aūt vera requies niſi in ſomno. Nā in vigilia organa ſenſuū ſunt in actu ſecundo ꝛ ſic non poteſt corpus vere quieſcere. Unde etiā mēbra motiua non vere quieſcere poſſunt in vigilia propter colligantiam ꝛ propinquitatē ad organa ſenſuum qui ſunt in actu ſecundo: propter hoc igitur non poteſt homo eſſe diu ſine ſomno. Si enim ſomnus fuerit moderatus cibus digeritur ꝛ corpus impinguatur dolor diſſoluitur: animus confortatur: calor naturalis augmentatur humores tēperantur ꝛ mens clarificatur. Amplius ſomnus eſt calefaciens ꝛ humectans: digeſtio autem viget per calidum ꝛ humidum. Et ſic apparet ꝙ ſomnus bene adiuuat digeſtionē. Et quia ſenes ſunt frigidi ꝛ ſicci ꝛ male digerunt indigent maxime ſomno: quapropter Galienus in etate ſenectutis prouocabat ſomnum cū comeſtione lactucarum: ſed quia lactuce ſunt frigide ipſas cū aromatibus comedebat. Et ſicut ſomnus debito modo exhibitus multas habet vtilitates: ſic et vigilia moderata ꝛ debito modo exhibita. Nam deſiderium auget ꝛ famen excitat partes exteriores confortat ꝛ ſpūs ad exteriora mouet ſine quibus non poſſunt membra exercitari quod tamen exercitium eſt multum neceſſarium. Et ſicut ſomnus et vigilia moderata ſanitatem conſeruāt ſic etiam ſi indebito modo exhibeantur ſanitatem corrumpunt. Unde inmoderatus ſomnus prepa-

Sōnꝰ calefacit ꝛ humectat.

De vigilia.

Nocumentum somni.

rat corp⁹ ad appoplexiam:epilepſiam ⁊ paraliſi3 et ſtuporem. Et vt ſit ad vnu3 dicere generat egritudines humectantes et reumata et ſplenes ⁊ neruos laxat:et pigriciam efficit ⁊ deſiderium deijcit apoſtemata et febres frequēter generat. Vigilia aute3 immoderata corpus deſiccat ⁊ virtutes animales debilitat ⁊ digeſtione3 diminuit ⁊ preparat corpus ad egritudines conſumptiuas. De vigilia autem in naturali que eſt res contra naturam ⁊ de ſomno innaturali:et ex quibus cauſis poſſunt prouenire non eſt hic dicendum quia hoc exigit regimē ſanitatis:⁊ ingreditur cura3 egritudinis. Sufficit autem ad preſens ſcire ꝙ ſomno ⁊ vigilia in corporibus ſanis poſſumus vti bene ⁊ male. Dicamus igitur modum vtendi ſomno. Sciendum igitur ꝙ poſt comeſtione3 competit ſomnus non quidem immediate ſed tantū immorandum vt cibus deſcendat ab orificio ſtomachi. Nec eſt poſt immediate laborandum nec mente ſtudendo diſputando vel legendo vel corpore exercitando. Hec em̄ impediunt cibi digeſtionem ſed quieſcendum eſt: ⁊ audienda ſunt aliqua muſicalia quib⁹ homo nō ſit multum intentus vel alique hyſtorie. Quod ſi forſan tardetur cibi deſcenſ⁹ ab orificio ſtomachi parum ⁊ lente eſt deambulandum quouſqꝫ ſentiat cibum deſcendiſſe ab orificio ſtomachi. Si eni3 ꝗs ante deſcenſum cibi a ſtomachi orificio dormire ꝑſumat:generatur rugitus ⁊ inflationes ⁊ dolores in ventre ⁊ etia3 ſomnus laboroſior ⁊ digeſtio corrumpitur. Et poſtqꝫ cibus deſcendit et fumi mulcebres ⁊ ſuaues fuerint eleuati ad cerebrum indu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

centes ſomnum: tunc nature eſt ſatiſfaciendum et dormiendum. In eſtate quidem in loco frigidiori non reumatico cum pedibus non calciatis. Nam dormire pedibus calciatis inducit viſus debilitatem et totius corporis eſtuationez. Amplius omnia membra totius corporis debent eſſe cooperta et melius ꝙ in vigilia: ſpecialiter caput ꝛ puluinare debet eſſe altum ne cibus regurgitet ad orificiū ſtomachi et in principio ſomni parum dormiendū eſt ſupra latus dextrum. Hoc enim eſt iuuans ad perfectum cibi deſcenſum et parum ad digeſtionem. Quidam autem magni aſſerunt huius contrarium. Dicunt enim ꝙ decubitus ſupra dextruz latus iuuat ad digeſtionem: quia tunc epar ſupponitur ſtomacho ſicut ignis lebeti. Hec autem imaginatio eſt falſa. Nam epar non digerit cibum in ſtomacho calefaciendo ad modum ignis: ſed amplectendo cibum in ſtomacho ſicut gallina ouum. Et quia dormiendo ſupra ſiniſtrum latus perfectius amplectitur: ideo perfectius digerit. Non igitur dormiendum eſt ſupra dextrum niſi parum propter deſcenſum et deinde ſupra ſiniſtrum propter digeſtionem. Et in fine digeſtionis dormiendum eſt aliquantulum ſupra dextrum vt facilius deſcendat cibus de ſtomacho ad epar: ꝛ ſuperfluitates prime digeſtionis liberius deſcendant. Quātitas aūt ſomni ſicut nec aliorū non poteſt certis litteris denotari. Debet autez ſomnus eſſe tantus ꝙ prima digeſtio ſit cōpleta: ꝛ ꝙ cibus trāſierit ad epar; vbi eſt locꝰ ſecunde digeſtionis. Nec eſt forte malum intantum prolongare ſomnum ꝙ ſecunda

Locus dormiendi.

Quātitas ſōni.

Tēpus ſomni.

digeſtio ſit completa. Hoc autē tēpus diuerſifica bitur ſm̄ diuerſitatē cōplexionum etatum et ſic de alijs. Nam qui ſunt calide complexionis ⁊ habent digeſtiuā bonā ⁊ comedunt cibaria facilia ad digerendum et non comedunt multū in quātitate tales cito digerunt. Unde in talib⁹ forte ſufficit ſomnus breuis puta ſex horarū vel octo ad plus. Sed illi qui ſunt iſtis contrarij. i. frigide et humide cōplexionis habentes digeſtiuā debilē et comedentes multū et cibaria non obediētia digeſtioni. Tales vtiq̄ indigent ſomno longo puta decē vel duodecim horarū nec tales poſſunt comedere niſi ſemel in die naturali. Alij ſunt qui medij ſunt inter p̄dictos in conditionibus prenominatis ⁊ iſti indigent ſomno mediocri. Amplius in hoc multū cōſiderare debemus fatigationē virtutū animaliu͡z. Nā ſm̄ q̄ fatigatio vel laſſatio fuerit maior et intenſior ſm̄ hoc opus eſt longiori ſomno et ecōuerſo. Et quoru͡z eſt mediocris ſomnus debet eſſe me

Signū. diocris. Signū aūt ſufficiens ſomni eſt totius corporis leuitas ⁊ ſpecialiter cerebri ⁊ palpebrarum: ⁊ oculorū ⁊ deſcenſus cibi a ſtomacho: ⁊ voluntas aſcellandi ⁊ mingendi. Grauitas aūt palpebraru͡z ⁊ cerebri: ⁊ toti⁹ corporis ⁊ ſomnolētia ⁊ eructuatio ſapiens naturā cibi preaſſumpti ſignificat ſomnum non eſſe ſufficientē. Et eſt diligenter notandū q̄ in quantitate ſomni ſicut ⁊ in alijs conſiderare debemus ſm̄ experimentū. Experiatur enim homo quantitatē ſomni vna die. Et ſic etiā conſequēter ⁊ proculdubio perpendat quantū dormire ipſe debeat. Hec aūt experientia debet fieri ſuppoſito

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regimine eodez ꝛ equali ſeu tẽperato in predictis
diebus. Et eſt diligenter notandũ ꝙ homines tẽ-
perati vel prope ſuppoſito regimine equali in ce-
teris tantũ appetunt ſomnũ quãtũ opꝫ ꝛ eſt eis ne-
ceſſariũ. Nã optima natura tm̃ appetit q̃tũ eſt ei
neceſſariũ. Et hoc eſt verũ niſi conſuetudo obuiet.
Sed in corporibus lapſis non eſt confidendũ in ap-
petitu. Quidã eñ plus appetunt ſomnum q̃ opꝫ
ꝛ quidam minus ſicut in exercitio ſuperiꝰ memini
me dixiſſe. In corporibus igitur tẽperatis vtenti-
bus regimine tẽperato poteſt dici ꝙ quãtitas ſom-
ni eſt equalis quãtitati vigiliaꝝ vel ꝓpe. Ampliꝰ
eſt ſciẽdũ de qualitate ſomni ꝙ ſomnus quãto ꝓ-
fundior tãto melior ꝛ loquor de ſomno naturali:
de ſomno enim innaturali vt ſtupore non loquor.
Et nota ꝙ conualeſcentes ꝛ exercitati forti exer-
citio ꝛ multũ comedentes dormiunt forti ſomno ꝛ
ꝓfundo. Amplius eſt ſciendũ ꝙ corporibus tẽpe-
ratis non cõpetit dormire ſupra ventrẽ ꝓpter col-
li tortionem ꝛ ſtomachi cõpreſſionẽ lꝫ in habenti-
bus digeſtiuã debilẽ cõferat digeſtioni. Amplius
ſciendum eſt ꝙ nullo modo dormiendũ eſt ſupine.
Hoc enim preparat corpus ad egritudines prius
nominatas puta ad incubũ ꝛ appoplexiam et ſtu-
porẽ ꝛ ſimilia. Hec eñ figura dormiendi facit ſu-
perfluitates declinare ad poſteriora ꝛ ſic retinen-
tur ꝛ nõ incedunt ꝑ ſuos cãnales qui ſunt in ante-
rioribus ꝛ fiũt cã ꝑdictarũ egritudinum. Amplius
ſciendũ ꝙ ſomnus naturalis ꝛ bonus eſt ille qui diẽ
non impedit. Nã dormire de die corpus ꝑparat ad
malas egritudines q̃ ſuperius dicte ſunt. Nã dies

Pronoſticatio egritudinum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tertia primi. eſt luminoſa cũ ſtrepitu ⁊ apta exercitio ⁊ vigilie ⁊ nox eſt apta ſomno. Tũ qꝛ frigidioꝛ : tũ qꝛ obſcurioꝛ:tũ qꝛ q̄eſcẽtioꝛ:⁊ quo ad aiam ⁊ quo ad corpꝰ Noc igiẗ tp̄s eſt magis aptũ ad doꝛmiẽũ ⁊ dies ad laboꝛandum. Et ideo concluditur ꝙ verſus noctẽ melius eſt plꝰ recipere de cibo ⁊ ſpecialiter niſi noctes ſint valde bꝛeues qꝛ melioꝛ fit digeſtio ĩ nocte ratione ſomni ⁊ quietis ⁊ frigiditate aeris. Sed ſuſpecti de reumate ⁊ paſſionibus oculoꝝ ⁊ auriũ et ceteroꝝ ſenſuũ abſtineãt a cena. Et eſt diligenter notandũ ꝙ cõpleto ſomno ſtudendum eſt diligenter emundare coꝛpus a ſuꝑfluitatibus multiplicatis non ſolũ per ſeceſſum ⁊ vꝛinam:ſed etiã ꝑ alias partes tuſſiendo ⁊ raſcando ⁊ nares mundando ⁊ caput pectinendo ⁊ manus ⁊ faciem cum aqua tepida lauando.

¶ Capitulum octauum de accidentibus anime.

Emiſſio ſuꝑfluitatum. SIcut accidentiũ anime coꝛrectio ad philoſophũ moꝛalem ꝑtinet vt anima bonis habitibus infoꝛmetur:ſic ad medicum vt coꝛpus in debita ſanitate cõſerueẗ :quot eñ modis alteratur ex neceſſitate coꝛpus tot ſunt pꝛocurationum genera: ⁊ qꝛ anime accidentia ex neceſſitate alterãt coꝛpus ⁊ eoꝛum coꝛrectio ⁊ moderatio ad medicum pertinet. Nam ſicut mali homines ſunt maliciã cõplexionis ſequentes ſic plerũꝗ eos ſequitur complexionis malicia. Unde iracundi ex frequenti ira vltra modum caleſiũt ⁊ ſimiliter ſuo modo intelligaẗ in alijs:hm̄oi aũt anime accidentia quoꝝ coꝛrectio quodãmodo ꝑtinet ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

medicũ ſunt ira: gaudium: timor: triſticia: tedium ꝛ verecundia. In ira quidem mouetur calor ꝛ ſpiritꝰ ſubito ꝛ impetuoſe ad extra non totaliter relinquendo radicem ſed accenditur in radice primo et poſtea mouetur ad extra. Sed in gaudio calor et ſpiritus mouẽtur paulatim ad extra ꝛ interduʒ totaliter radix puta cor relinquitur denudatum. Vñ mulieres ꝛ debiles corde ex continuo gaudio ſincopiʒant qđ non contingit ex ira. Unde contingit hoiem mori ex gaudio ꝛ non ex ira. In timore calor ꝛ ſpiritus ſubito mouẽtur ad intra ꝛ in triſticia paulatim: ſed in tedio ꝛ verecundia duobus mouẽtur motibꝰ: modo ad intra modo ad extra ſicut patet in tedio quod eſt triſticia de eo qđ futurum eſt ꝛ inducit vigilias: dato eniʒ ꝙ calor moueatur ad intra ex eo ꝙ triſtatur: mouetur tamen ad extra ex eo ꝙ futurum eſt. Unde triſticia talis vigiliam inducit: ſed triſtitia de eo ꝙ iam preterijt īducit ſomnum ꝛ ſimiliter in verecundia ſpiritus primo mouetur ad intra ꝛ deinde redit ratio ꝛ conſilium ꝛ dilatatur illud quod eſt conſtrictum ꝛ egreditur exterius ꝛ rubificat calorem. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ anime accidẽtia alterãt corpꝰ. Vñ igiẗ ira calefacit corpꝰ qꝛ accẽdiẗ calor ꝛ ſpiritꝰ ĩ corde ꝛ diſpargiẗ ad ſingula mẽbra: ꝛ ꝑcipue in habẽtibꝰ calorẽ fortẽ ꝛ multos ſpiritꝰ. In habẽtibꝰ eñ calorẽ debilẽ cũ iraſcunẗ ꝛ vindictã appetũt calor nõ põt cũ feruore diſpergi ad extrema corporis: ꝛ ſic remanẽt exteriora mẽbra albeſcentia ꝛ frigida non obſtante ꝙ calor ſit accenſus in corde. Vñ videmus multos iratos appetẽtes vindictã, in actu ire liue-

De gaudio.

Verecũdia.

Triſticia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcere: in talibus non eſt ira perfecta ſed eſt quodãmodo timoꝛ cũ ira. Sed gaudiũ coꝛpus infrigidat per viam reſolutionis ⁊ diſtractionis caloꝛis ⁊ ſpiritus a fonte caloꝛis. Sed timoꝛ infrigidat ſubito ꝑ viam ſuffocationis. Sed triſticia infrigidat paulatim ⁊ ꝑ viam deſiccationis ⁊ phthiſis. Non ſolum aũt ꝓdicta accidentia anime que ſe tenent ex parte appetitus iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis alterant coꝛpus ſed etiam quedã imaginationes q̃ ſe tenent ex parte virtutis cognitiue: ſicut videmꝰ manifeſte ꝙ videre res rubeas ⁊ ipſas imaginari mouet ſanguinem: imaginatio facit caſum. Et ſi quis imaginetur doloꝛem quem patitur ſocius in aliquo mẽbꝛo incurrit doloꝛem. Unde imaginatio facit caſuꝫ. Imaginationes igitur impꝛimunt in res naturales: ex his ſatis eſt manifeſtum ꝙ coꝛrectio accidentium anime ſpectat ad mediam. Dicamus igiť ꝙ ira non cõpetit in ſanitatis regimine. Ira enim ſupcalefacit ſingula mẽbꝛa ꝓpter feruorẽ coꝛdis oẽs actus rationis confundit: igitur cauende ſunt eiꝰ occaſiones niſi quãtũ ratio pꝛecipit aduerſus illicita iuxta illud. Iraſcimini et nolite peccare. Nã in licitis ⁊ honeſtis iraſci eſt cõueniẽs interdũ quãuis non conuenit in ſanitatis regimine. Et eſt diligenter notandum ꝙ quidã ſunt frigidi ⁊ maleficiati quibus interdũ iraſci ꝓdeſt in regimine ſanitatis. Ampliꝰ dico ꝙ triſticia non competit in ſanitatis regimine. Nam coꝛrumpit naturam habentis infrigidat enim ⁊ deſiccat ⁊ ꝓpꝛie maciem ⁊ extenuationem inducit: coꝛ conſtringit ⁊ ſpiritũ obtenebꝛat ⁊ ingeniũ hebetat ⁊ rationẽ

Imaginatio facit caſuꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

impedit iudiciũ obſcurat memoriã obtũdit. Ideo vitãda ſunt eius obiecta niſi q̃tũ ratio ſuadet ad deteſtationẽ vitio⁊ ad mentis pulchritudinẽ reformandã. Et eſt diligenter notanduꝫ ꝙ quidam ſunt quo⁊ꝫ ſpiritus ſunt adeo mobiles ⁊ calidi: et ſunt adeo pingues ⁊ carnoſi ꝙ eis interdum eſt bonum triſtari vt ſpiritus calor hebetetur et corpus aliqualiter maceretur. De gaudio auteꝫ ⁊ mentis tranquillitate ſciendũ ꝙ gaudium tẽperatũ cõpetit in regimine ſanitatis: ex eo quod eſt vnũ de confortantibus virtutẽ: virtus eñ confortatur tranquillitate ⁊ gaudio ſed gaudiũ non debet eſſe exceſſiuuꝫ: quia inducit ſincopim ⁊ mortẽ: ⁊ maxime gaudium cõpetit his qui multũ curant ⁊ ſollicitudinibꝰ deſtruuntur ⁊ cerebro punguntur. Et ſimiliter his qui ſunt in gaudio continuo ⁊ ĩmoderato interdũ triſtari conuenit. Sed omnimode ho⁊ accidentiũ ſuperfluitas oĩs eſt euitanda. Et ſicut eſt dictũ de accidentibus anime tenentibꝰ ſe ex parte appetitꝰ. Ita ſuo modo poteſt ĩtelligi de affectionibꝰ aĩalibꝰ tenẽtibꝰ ſe ex parte appetitꝰ imaginatiui. Non eñ eſt conueniens in ſanitatis regimine vt aliquis imaginetur nimis intenſe. Nam ex tali imaginatione mouetur ſpiritus motu inordinato et relinquit locũ digeſtionis ⁊ impeditur ſomnus. Et hec breuia ſufficiant de accidẽtibꝰ aĩe dicta.

*Gaudiũ ⁊ letitia ꝯfortãt ꝟtutes.*

*Imaginatio nocte.*

¶ Capitulum. ix.

De temporibus anni.

Ad ſanitatis regimen perfectum: oportet cõſiderare diuerſitatẽ tẽpo⁊ anni. Unde ĩ hoc eſt aliq̃d tẽpori ſicut etati ⁊ cõplexioni. Nõ idẽ eñ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

regimē debet eſſe totaľr ī diuerſis anni tēporibus ſi qdem corpora humana diuerſimode hƀent ſe ī diuerſis tēporibus ⁊ ſm diuerſitateꝫ cōplexionis corpoꝝ attenditur diuerſitas regiminis: propter quod ſciendum ꝙ ſunt quatuor tēpora anni: puta ver/eſtas/autumnꝰ/ ⁊ hyems. Hec autē quatuor anni tēpora ſm aſtrologos ſunt ſm mutationes ſolis in vnaquaqꝫ circuli ſignoꝝ quarta incipientis a puncto vernali ⁊ eſt primus gradus arietꝫ ⁊ hoc initium eſt tredecima die martij vel circa. Et quo libet hoꝝ tempoꝝ ſm aſtronomos durat per tres menſes ⁊ tria ſigna: ⁊ qꝛ ſunt duodecim menſes et duodecim ſigna cuilibet tēpori correſpondēt tres menſes ⁊ tria ſigna. Durabit igitur p̄mū tēpꝰ: puta veris a tredecima martij vſqꝫ ad tredecimū Junij: ⁊ a pͥcipio arietis vſqꝫ ad finē geminoꝝ: ⁊ ſic conſequenter ⁊ ſm hoc oīa anni tēpora ſunt equalia vel ꝓpe. Medicus autē in tēpoꝝ diſtictione nō conſiderat motū ſolis in circulo ſignoꝝ q̄ zodiacꝰ noīatur. Sed conſiderat alterationē in corporibꝰ noſtris contigentē ex tēporibus: ⁊ qꝛ per experiētiā videmus aliquā partē anni calidiorē: ⁊ aliquā frigidiorē: ideo coactus eſt medicus ponere diſtinctionē ī tēporibus anni. Illud ergo tēpus anni in quo eſt maior tēperies in actiuis qualitatibꝰ ⁊ paſſiuis vocatur ver: ⁊ qꝛ talis tēperies non durat ꝑ tres menſes: ſed minus. Ideo ver ſm medicos eſt minoris ſpatij q̄ ſm aſtronomos. Hoc autē tempus ſm medicos eſt ſm diuerſitatē regionū ⁊ annoꝝ: interdū incipit citius: ⁊ interdū tardius: ⁊ interdū plus durat. ⁊ aliquādo minus: ⁊ interdū inci

(margin: qͣtuor tē pora anni)

(margin: de tēpo re veris.)

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pit anteꝙ ingrediatur pͥmū initiū arietis:hoc au-
tē tēpus eſt tēpus floꝝ ꝛ initium pomoꝝ. Deinde
ſeqtur eſtas:ꝛ eſt tēpus calidum ꝛ ſiccū. Hoc qdē Eſtas.
tēpus cōmuniter eſt multo maius vere:ſed in qbuſ
dam regionibꝰ plus durat:ꝛ in qbuſdam minꝰ. Et
ſilr etiā in qbuſdam annoꝝ reuolutionibus:ꝛ ſimi-
liter etiā in qbuſdā regionibus citius incipit:et in
qbuſdaꝫ tardius. Deinde ſeqtur autumnus qꝺ eſt Autūnꝰ
tēpus recte appoſitū veri eiuſdem quātitatis:vel
prope cū eo:ꝛ eſt tēpus ſatis tēperatum in actiuis
ꝛ multū declinās ad ſiccitatē ſicut eſtas precedēs
ꝛ habet magnam diuerſitatē in horis. Unde dies
multū eſt calida ꝛ nox frigida:ꝓpter eñ eius ſub-
tilitatē ꝛ ſiccitatē facile recipit impreſſionē calo-
ris in die:ꝛ frigiditatis ī nocte. Unde multū diſtāt
noctes a diebus in calidō ꝛ frigido:qꝺ tamen non
contingit in vere:qꝛ aer non eſt ita ſubtilis ꝛ ſiccꝰ:
ꝛ non eſt adeo peſſibilis nec tantā recipiens ipreſ
ſionē. Videmꝰ eñ ꝙ aqua calida rōne ſubtilitatis
ꝛ paſſibilitatꝫ citius cōgelat̃ ꝙ̄ frigida vel tepida
ꝛ ſilr intelligat̃ de autūno reſpectu veris. Hoc au-
tē tēpus eſt tēpus mutatiōis coloris folioꝝ ꝛ pri Hyems
cipiū caſus eoꝝ. Et deinde ſeqtur hyems:ꝛ eſt tē-
pus frigidum ꝛ humidum cuius initiū eſt finis au-
tumni:puta cum folia ab arboribus ceciderunt:ꝛ
eius finis eſt principium veris:puta cum arbores
incipiunt florere et aues cantare:et breuiter cum
omnia incipiunt pullulare. Finis autem veris eſt
eſtatis initium cum fructus:et ſpecialiter poma
incipiunt apparere et herbe ſemen producere.
Unde ſciendum ꝙ tunc eſt tempus veris cum flo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res ſunt in principio augmento ⁊ ſtatu: ſed cū flo-
res declinant ⁊ fructus ſunt in principio augmen
to ⁊ ſtatu eſt tēpus eſtatis. Et cū herbe declinant
ad ſemina ⁊ ſemina ſunt in principio augmento ⁊
ſtatu eſt tēpus autumni: ⁊ cū ſemina declināt ⁊ ra-
dices ſunt in principio augmento et ſtatu tunc eſt
tēpus hyemis: ⁊ quia virtus citius deficit in flori-
bus ⁊ ſeminibus ꝙ in herbis ⁊ radicibus: ideo ver
⁊ autūnus ſunt breuiora tēpora ꝙ hyems ⁊ eſtas.
Unde ſm medicos nō multū approbo dictū illorū
qui ponunt dictoꝝ tēpoꝝ certa principia ⁊ deter-
minatos fines: puta feſtū clementis eſſe principiū
Dubiū bonum. hyemis ⁊ cetera. Sed circa dicta eſt vnū dubiū val
de magnū. Nā qua ratione ver ponitur tēperatum
in paſſiuis qualitatibus: puta in humido ⁊ ſicco et
in actiuis. ſ. calo ⁊ frio ſic videtur ꝙ autumnus de
bet eſſe tēperatus in paſſiuis ſicut ponitur tēpera
tus in actiuis ⁊ ſpecialiter qꝛ ſolis aſpectꝰ eſt idē
aſpectꝰ videt̄ eſſe cauſa eiuſdem cōplexionis. Et
cōfirmatur: nā illa que ſunt eiuſdē cōplexionis in
actiuis debent eſſe eiuſdē cōplexionis in paſſiuis:
quia menſure qualitatū actiuarū videntur ꝓpor-
tionari menſuris qualitatū paſſiuarū. Unde ſi ver
⁊ autumnus ſunt eiuſdē cōplexionis in actiuis: ra
tionabile eſt ꝙ ſint eiuſdē in paſſiuis. Dicatur ad
hoc breuiter ꝙ non eſt ſimile de vere ſequente hyē
mē ⁊ autūno ſequente eſtatē. Nā caliditas ſupue-
niēs hyemi potentior eſt in deſiccādo ⁊ in tēperan
do humiditatē ꝙ frigiditas ſupueniēs eſtati in hu
Cōparatio bōa. mefaciēdo. Uidemus eñ ꝙ pānus lineus humidꝰ
in aere calo citius deſiccatur ꝙ pannus ſiccus hu-

mectatur in aere frigido. Amplius ſiccitas autū-
ni non eſt qualitas pure poſitiua: ſed dicit priua-
tionē humiditatis vaporoſe diſperſe in aere. Mo
do cōſtat ꝙ facilius deuenitur ab habitu in priua
tionē quā a priuatione in habitū: ⁊ ideo facili⁹ ob-
tēperatur humiditas hyemis ꝙ̄ ſiccitas eſtatis: ſꝫ
quia iſta materia de qua hic loquor eſt extra regi-
men ſanitatis: ideo tranſeo de illa. Sufficit em̄ ad
preſens ſcire que ſunt anni / tēpora / ⁊ eorū diſtin-
ctiones ꝙ̄tū ſpectat ad medicū. Modo reſtat dice
re quid eſt propriū ſingulis tēporibus de regimi-
ne ſanitatis incipiētes a vere. Dicamus ꝙ ver aſ-
ſimilatur morbo de repletione. Unde iſto tēpore
corpora maxime ſunt repleta. Et ex iſto concludi
tur ꝙ illud tēpus eſt magis minutioni aptū: ⁊ pur-
gationi aliquo tēpore alio: ⁊ hoc eſt ei ꝓprium: et
ſpecialiter qꝛ tēpus eſt tēperatū: ⁊ tales euacua-
tiones fieri debent in tēpore tēperato. Amplius
qꝛ in hoc tēpore cōmouent̄ humores: ſuſpecti igit̄
de egritudinib⁹ repletionabilibus fleubothoment̄
⁊ purgent̄ in vere: ⁊ ꝓpter eandē rationē in eodeꝫ
tēpore vomitus ꝓuocet̄. Et qꝛ in hoc tēpore cor-
pora ſunt calidiora ⁊ humidiora ꝙ̄ oporteat: ⁊ tē
pus etiā decliat ad calidū ⁊ humidū reſpectu alio-
rū tēpoꝝ nō eſt vtēdū reb⁹ multū calefaciētib⁹ ex
carnib⁹ ⁊ potib⁹: vñ eſt ſubtiliādū regimē: corpora
em̄ plena nō indigēt multo cibo ⁊ potu. Et dꝫ eſſe
exercitiū iſti⁹ tēporis mai⁹ exercitio eſtatis: ⁊ min⁹
exercitio hyemis. Ampli⁹ qꝛ hoc tēpore calor inci
pit inualeſcere / ⁊ ſanguis ⁊ ſpūs ꝑ corp⁹ cōmoueri
bonū eſt abſtinere a calidis ⁊ a ſalſis acutis. Et bo

De quatuor tpibus āni.

Regimē in vere.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num eſt ſumere in potu ſyrupos extinguētes inflā
mationē: puta ſyrupuʒ / nenufarinū / violarū / roſa
rū / oxizacaram / ⁊ ſimilia. Et eſt diligēter notādū
ꝙ ſuppoſito ꝙ corpus ſit ſanuʒ: ⁊ ex tēpore prece
dente nō ſit in corpore repletio derelicta. Tunc di
co ꝙ iſto tēpore poteſt multū dari de cibo: ⁊ ciba-
ria groſſiora ꝙ̄ in eſtate ⁊ plus ꝙ̄ in autūno / ⁊ mi
nus ꝙ̄ i hyeme / ⁊ minus groſſa. Nā iſto tēpore vir
tus eſt fortis ⁊ calor innatu: ⁊ adhuc a corporibus
multa reſolutio fit a calore innato: ⁊ ex fortitudi-
ne caloris ⁊ obedientia corporis ratione humidi-
tatis: ſed q̄ꝛ communiter hoc tēpore corpora ſunt
plena: ⁊ habent virtutes fortes. Bonū eſt parū co-
medere ⁊ longis interuallis. Unde mihi apparet
ꝙ eccleſia bene ordinauit ieiuniū in iſto tēpore nō
tamē eſt rationabile ꝙ in iſto tēpore homo ſe mul
tum repleat vnavice ſicut faciunt cōmuniter ieiu-
nantes: meli⁹ eſt eñ hoc tēpore cibū partiri ꝙ̄ mul
tū vnavice recipere. In eſtate autē nō eſt exercitā
dū nec tm̄ comedēdū / nec groſſa cibaria / nec cali-
da / nec dulcia / nec vnctuoſa / nec ſalſa. Amplius vi
no miſcēda eſt multa aqua ⁊ dimittat̃ vinū vet⁹ et
forte: ⁊ vt ſit ad vnū dicere totū eſtatis regimē ad
frigiditatem ⁊ humiditatē dʒ declinare. Amplius
comedēdū eſt ſepe ⁊ parum in vice. Amplius ciba
ria ſint facilis digeſtionis ⁊ cibaria recipiantur in
eſtate nō ſolū virtual'r frigida ſʒ etiā actu frigida.
Amplius aqua frigida eſt bibēda ⁊ cuʒ ablutione
vtēda. In autūno autē multū ſollicitari debemus
de bono regimie. Nā hoc tēp⁹ ꝓpter ſue cōplexio
nis malitiā ⁊ corpoꝝ noſtroꝝ debilitatē nō ſuſti-

de q̄drā geſima.

regimē i eſtate.

regimē i autūno ſta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

net erroꝛē in regimine/nec permittit vti largis nu
trientibus nec dietā deſpicere. Et qꝛ hoc tēp⁹ eſt
valde ſiccum ꝛ coꝛpoꝛa ſunt multū debilia ꝛ exte=
nuata:noſtra intētio dꝫ eſſe tota in coꝛpoꝝ hume
ctatione ꝛ virtutū cōfoꝛtatione. Hoc igitur tēpo
re oīa ſiccantia coꝛpus ſunt euitāda:ꝛ ſiľr virtutē
debilitantia. Cauēdum eſt igitur a coitu:qꝛ coꝛp⁹
deſiccat ꝛ debilitat,ꝛ ſiľr a curioſitatib⁹ ꝛ ſollicitu
dinib⁹ mētis ꝛ a potu multe aque frigide et ipſius
balneatione:ꝛ ſup caput infuſione ne ex aqua op/
pilatio cōtingat. Hec eñ eadē facit cadere in fe/
brē. Amplius euitare debet famē ꝛ ſitim:nō etiaꝫ
repleatur multo cibo in vna hoꝛa:vinum autē me
diocriter ſit limphatū. In pluribus autē regimen
autumni eſt ſimile regimini eſtatis quouſqꝫ adue=
niunt pluuie q̄ poſtqꝫ aduenerint a multo malo ſe=
curos nos reddēt. Plus autē ſollicitādū eſt ī hoc
tēpoꝛe humoꝛum coꝛrectione ꝛ coꝛpoꝝ confoꝛta
tione qꝫ in humoꝝ euacuatione. Et qꝛ ī autumno
eſt multa fructuum copia cauendum eſt ab his q̀
generāt humoꝛē coꝛruptioni aptū:ꝛ hoc tēp⁹ aſſi=
milaꝛ moꝛbo de coꝛruptiōe. Amplius multū cauē
dum eſt a noctiū frigoꝛe ꝛ diei caloꝛe. Et qꝛ egri/
tudines huius tempoꝛis male ſunt peſſime:ſi quis
incurrat egritudinem ſtatim in pꝛincipio eidem
eſt obuiandum antequam confirmetur. Amplius
vinum quod bibatur in autumno debet eſſe a=
quaticum : ſed non tantum ſicut in eſtate. Et
ſi videamus humoꝛes aliquos peccare : bonum
eſt vt euacuentur ante aduentum hyemis : ne
pꝛopter frigiditatem hyemis conſtringatur: et

Fruct⁹ ſunt vitādi.

Pꝛincipijs obſta.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Regimē ſint cauſa malarū egritudinuꝫ. In hyeme autē pl⁹
i hyeme pōt comedi: ꝛ cibaria groſſioꝛa / ꝛ calidioꝛa: ꝛ ma/
ioꝛibus interuallis. Unde ſi aliquis ſit frigide com
plexionis poteſt hoc tēpoꝛe vti alleis / ꝛ cepis / ꝛ ſi
napi / ꝛ eruca. Sed iuuenes ꝛ calide complexionis
eis vti non debēt. Nā ſi in preſenti eis non noceāt
in poſterū adueniente eſtate deuenient ad malas
egritudines / niſi ſuccurratur cū minutione vel pur
gatione. Sunt autē in hyeme quidā multuꝫ come
dentes ꝛ auide: ꝛ multū vinū bibentes ꝛ parū exer
citantes: ꝛ iſti ſunt minuendi in principio veris. ꝛ
ſi eoꝝ nutrientia ſint groſſa ꝛ mala ſuccurrendum
eſt cū ventris ſolutione. Amplius ſciendum ꝙ iſto
tēpoꝛe plus exercitandum eſt: hoc etiam tēpus eſt
multum ſanitatis conſeruatiuum. vnde in eo non
egrotat quis niſi a foꝛti cauſa: ꝛ qui foꝛſan ſuſtinet
erroꝛē regiminis. Et qꝛ iſto tēpoꝛe multiplicatur
fleuma in coꝛpoꝛibus noſtris bonum eſt ꝙ alimen
ta ꝛ fruct⁹ qb⁹ hoīes nutriunt nō ſint frigida ꝛ hu=
mida: vn̄ ſunt euitāde lactuce ꝛ attriplices ꝛ poꝛ=
tulace. Sꝫ debem⁹ vti feniculo / petroſilino / ꝛ bo=
raginib⁹ / ſaluia / mēta. ꝛ ſilr ſic intelligat de fructi
bus. Uinū autē quo vtēdum eſt hoc tēpoꝛe debet
eſſe roſeum nō album cū aqua pauca. In hoc tēpo
re autē cauēdū eſt a minutione: ſed interdū poſſu/
mus vti purgatiōe niſi ſit frig⁹ nimis intēſuꝫ. Am
plius in hyeme nullo modo eſt vomēdū. Ampli⁹ in
hoc tēpoꝛe multum cauendum eſt ꝙ partes pecto
ris nō ſint expoſite frigoꝛi: ꝛ ſilr cerebꝛū ꝛ extrema
coꝛpoꝝ: ꝛ ſpecialiter pedes. Sunt autem quidam
frigidi et maleficiati qui peius ſe habent in hye=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me ꝙ eſtate:habent enim calorē ita debilem ꝙ frigiditate hyemis calefaciēte per antipariſtaſim nō cōfortātur:ſed debilitantur:q2 frigidū non ſolum circūſtat:ſed vſ ad interiora penetrat ⁊ ſic calorē offuſcat ⁊ hebetat:huius ſimile habeam⁹ de quibuſdā ſerpentibus qui in hyeme accūbūt in cauernis tan mortui propter frigiditatē cōtinentis:⁊ aduenienteeſtate mouentur comedunt et melius habent.

¶ Capitulum decimum de granis panificijs.

Quia ſermones vniuerſales in operationibus ſunt inutiles niſi applicentur ad particularia. Superius aūt determinatuꝫ eſt de nutrientibus in generali intendo cōſequenter determinare de nutrientibus in ſpeciali. Et primo de cibis : ſcd̄o de potibus tā naturalib⁹ ꝙ artificialib⁹. Quo ad cibos erūt nouem capitula. Primū capitulū de granis panificū ⁊ pane. Secundū de leguminibus. Tertiū de fructib⁹. Quartū de oleribus. Quintū de radicib⁹. Sextū de animalibus. Septimum de animaliū ſupfluitatibus. Octauū de piſcibus. Nonū de ſaporibus ⁊ condimentis. Sciendum igitur ꝙ panis poteſt fieri ex frumēto :et ordeo ⁊ auena et ſiligine ⁊ milio ⁊ panico et riſo. Non ſolum autem ex his granis fit panis/ſed ex illis poteſt fieri panicium. Fit autem panicium ex grano decocto in aqua vſ ad cōſiſtentiā ſimilem panibus: vnde granū decoquitur in aq̄ perfecte vſ ad ſpiſſitudinem:et tunc optime permiſcetur cum aqua/⁊ reponitur in ſcutellis : vel in ſciſſoribus:⁊ dimittitur infrigidari : et tunc habet

Diuiſio ciborꝫ. De pane et panico.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quaſi figuram panis: ꝛ poteſt inſcindi ſicut panis: hoc autem panicium melius poteſt fieri: ꝛ conuenientius ex granis minutis: puta ex milio: ꝛ panicio/ ꝛ riſo: ex eo ꝙ perfectius commiſceri poſſunt cum in aq̄ decoquunt: hoc aūt panitiū nō eſt multū ī vſu nec etiā multū cōpetit ī regimine ſanitatis ꝓpt̄ defectū fermēti et ſalis. Vñ puto ꝙ idē eſt iudiciū de panicio ſicut de potagio ex hisfacto.

De potagio.

Frumentum autem coctum in aqua nō cōpetit in ſeruādo ſanitatē. Nā opilationes ꝛ lumbricos multiplicat: ꝛ ad calculū p̄parat. Et ſimiliter intelligat̄ de pultibꝰ ꝛ de oī cibo facto ex paſta azima. Sed amidū leuius eſt ceteris ꝓpter maiorē deſiccationē ipſius frumēti ꝛ humiditatis ꝑfectiorē digeſtionē. Predictus cibus eſt multi nutrimēti: ꝛ difficile reſolubilis: vñ multū exercitātibus ꝛ fortiꝰ minus nocet: ſed tēperato corpori nullatenus cōpetit. Et ſi interdū cōtingat vti ferculo de frumēto: primitus frumentum decoquatur in aqua: deinde cōdiatur in brodio carniū laudabilium / vel lacte amygdalino: ꝛ erit cibus cōueniēs illo modo ieiunioꝝ tp̄e: qꝛ tarde reſoluit̄ ꝛ digerit̄ / ꝛ multuȝ nutrit.

De ordeo auena ꝛ riſo

Et ſimiliter pōt fieri ferculuȝ ex ordeo: ꝛ auena: ꝛ riſo ſunt laudabiliora fercula ꝙ̄ de frumēto: ſed tale ferculū de milio ꝛ panico nō approbo / qꝛ miliū ꝛ panicū pauci ſunt nutrimēti ꝛ difficilis digeſtionis ꝛ generāt humorē melācolicū ꝛ ſtringūt ventrē. Verū eſt ſi poſt decoctionē in aqua ponat̄ vinū ꝛ bibat̄ abſtergit ſtomachū ꝛ eius ſuperfluas humiditates deſiccat: ꝛ ſudoreȝ ꝓuocat: ſed qñ ex milio ꝛ panico fit talis cibus: oportet ꝙ ſint exco-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ticata et tūc vocatꝛ piſtum in lingua noſtra :ſed co
ctū p̄mixtū cū vino ⁊ aliquātulo ſalis vocatꝛ piſtuꝫ
in vino ſeu piſtinū/ ⁊ iſte cibus eſt in vſu apud illos
de ciuitate vnde fui oriundus ⁊ eſt ciuitas Medio
lanē̄ſ. Laudabilior panis eſt qui fit ex frumēto et Panis
deinde ex ordeo ⁊ poſt ex auena. Panem ex alijs optim⁹.
granis nō approbo in regimine ſanitatis. Cauen
dū eſt autē ne predicta grana vetuſtate corrupta
ſint:igitur nō debet eſſe frumentū antiquū : nec im Qualitas frumenti.
maturum:nec nimis nouū nec ex mala meſſe colle-
ctū ⁊ debet granuꝫ eſſe frumēti groſſum: ⁊ pōdero
ſum ad rubedinē declinans:⁊ debet eſſe panis cum
quātitate aque moderata ſic ꝙ non ſit nimis mol-
lis/nec nimis ſpiſſus ſiue durus:⁊ debet eſſe fermē
tatus cū aliquātulo ſalis ne opilationes generet ⁊
vermes ⁊ lapides in renibus ⁊ veſica/⁊ vt facilius
digeratꝛ:⁊ nō debet calidus eſſe / nec vetuſtate in-
duratus. Sic igitꝛ coctus in priori die. Multū ca-
ueri debet ꝙ ignis coquēs nō ſit nimis fortis : nec
nimis debilis:⁊ qđ ſit ex lignis conueniētibus non
ſapientibus naturā farmacoꝝ vel metalloꝝ. Et ſi
queras nutritionē maiorē:⁊ puriorē mundificetur
a furfure totaliter ⁊ ſi velimus ventris ſubductio
nē aliqualē dimittam⁹ aliquā partē furfuris. Fur Furfur laxat.
fur em̄ parū nutrit;⁊ vētrē ſubducit ⁊ farina econ
uerſo. Ampli⁹ ſciēdū ē ꝙ mica panis ē melioris ⁊
maioris ⁊ velocioris nutrimēti ꝙ̄ꝫ exterior cruſta.
Hec em̄ generat humorē melācolicū et non multū
cōpetit ſanis niſi habētibus ſtomachuꝫ humidū ⁊
volētes demacrari ⁊ in fine comeſtiōis pl⁹ cōpetit
iuuat em̄ cibi deſcēſū ⁊ ꝯfortat orificiū ſtomachi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Capitulum ſextum de leguminibus.

Onſequenter de leguminibus eſt dicē
dū. Sūt aūt leguminū que ſunt in vſu
Quinqꝫ ſpecies leguminū Gal. i. de alimētis. quinqꝫ ſpecies.ſ.cicera/piſa/fabe/fa-
ſeoli/lentes:ꝛ ſi ſint alie ſpecies pote-
runt ad has reduci. Horū autē leguminum omniū
ſubſtātia eſt inflatiua ꝛ difficilis digeſtionis/ꝛ eiꝰ
nutrimētum eſt melancolicū: vnde nō multū cōpe
tūt temperatis corporibus q̄diu manēt in latitu-
dine ſanitatis. Horum igitur leguminū ſubſtantia
eſt vitanda. Horum autē leguminuꝫ brodium ſeu
decoctio eſt ventris ſubductiua ꝛ venarū deopila
tiua vnde ſatis cōuenit tēporibus in quibus ho-
mines vtuntur cibis groſſis ꝛ opilatiuis puta tem
Brodiū pore ieiuniorum. In iſto enim brodio cōuenienter
facto: vt ſtatim diceť nō ſunt nocumēta que ſunt
in ſubſtantia. Unde in eo non eſt inflatio nec diffi-
cultas nutritionis/nec malicia nutrimēti. Fit aūt
hoc brodiū hoc modo. In ſero enim ponanť cice-
ra vel piſa in aqua feruēti/ꝛ in eadē lōgo tempo-
re manibꝰ cōfricētur. Deinde in p̄dicta aqua tota
nocte tēperenť:ꝛ in eadē die ſequēti bulliāt dua-
bus vel tribus bullitionibus:ꝛ poſtea colētur ꝛ co
latura reſerueť:ꝛ appropinquāte hora refectionis
p̄pareť cū cynamomo:et croco,ꝛ aliquātulū vinū
Pureta addať/ꝛ deinde vnico feruore bulliat:ꝛ ꝓpineť in
principio refectionis. Brodium autem ſeu pure-
ta cicerū ꝛ piſorum rotundorum alborum eſt me-
lius et conuenientius ꝛ nature amicabiliꝰ:ꝛ ſimi-
liter eorum ſubſtantia. Fabarū aūt ſubſtātia cete-
ris leguminibus eſt deterior:ꝛ ſpecialiter cū corti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ce exteriori. Est enim magis ventoſa ⁊ difficilio- ris digeſtionis / ⁊ magis melancolica. Est diligen- ter notādū ꝙ cortex exterior eſt precioſioris nu- trimēti ꝙ̄ medulla ⁊ ventrē ſtringit ⁊ medulla la- xat: et hoc eſt verū in omnibus leguminibus vnde nō eſt artificiale comedere ſimul cū cortice / qꝛ vnū laxat ⁊ aliō reſtringit ⁊ ſic in corpore fit motus agi- tatiuꝰ: ⁊ hoc eſt verum de leguminibus ſpecialiter habentibus multū corticē cuiuſmodi ſunt fabe et cicera nigra. Et eſt vna maneries piſorum alborū rotūdorū hn̄tiū corticē exteriorem valde paucum ⁊ ſubtiliū: ⁊ iō ſecuriꝰ pn̄t comedi cū cortice / ꝙuis melius ſit ꝙ depurētur a cortice ⁊ qꝛ legumina re- cētia minꝰ habēt de cortice et ei minor diuerſitas eſt inter corticē ⁊ medullā / et facilius digeruntur. Ideo forſan ſcd̄m aliquos magis cōpetūt corpori- bus humanis: ſed bene verū eſt ꝙ legumina recen- tia ſunt ſupfluitatū plurium ⁊ ſunt corruptibilio- ris ſubſtātie ⁊ habito reſpectu ad hoc minus cōpe- tūt corporibus ſanis. Dicamus igit̄ ꝓ veritate ꝙ legumina ſicca expoliata a cortice exteriori ſunt ſaniora ꝙ̄ recētia nō depillata / ſed viridiora ſunt ſaniora ſiccis nō depillatis. Bonū autē eſt ꝙ viri- dia decoquant̄ cū brodio carniū laudabilium / vel cū lacte amigdalarū ⁊ addito zinzibere albo ⁊ cro- co. Et ſi ꝯtingat legumina ſicca comedere nō de- coquātur cum brodio carniū laudabiliū ſed bonū eſt ꝙ comedantur cum oleo oliuaruz / ⁊ cepa alba in eodē frixa minutim inciſa. Et eſt diligēter notā- dum ꝙ ſi contingat legumina ſimul cum alijs cibis comedere ⁊ ſpecialiter cicera non debent comedi

De fabis.

Piſa rotunda.

Aui. ij. cañ. de cicee.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in ꝑncipio mēſe nā propter eoꝛū ventoſitatē eleuāt alios cibos poſteri⁹ ſumptos ad oꝛificiū ſtomachi ⁊ ſic īpedit̄ digeſtio. Ampli⁹ legumina ſunt difficilis digeſtionis ⁊ ſumpta cū coꝛtice exterioꝛi vētrē ꝯſtringūt ⁊ talis cibaria in ſanitatis regimine nō debēt ſumi in pꝛincipio menſe. Amplius dicendū ꝙ nō debēt ſumi in fine mēſe poſt alios cibos. Nam ratione ventoſitatis quaꝫ habēt ſunt cauſa eructationū vētoſarū q̄ eleuantur ad oꝛificium ſtomachi et aperiunt ipſum ⁊ ſic exalat caloꝛ a ſtomacho ⁊ ꝑ conſequens impeditur digeſtio. Amplius legumina ⁊ ſpecialiter cū coꝛtice exterioꝛi nō ſunt cū alijs cibis bñ ꝑmiſcibilia ⁊ ſpecialiter ſi recipiātur ante vel poſt ⁊ ſic remanebunt in ſtomacho cuꝫ eoꝛū malicia. Sed ſi recipiātur in medio tunc poterūt cuꝫ alijs cibis ꝑmiſceri ⁊ ſic coꝛrigitur eoꝛuꝫ malicia. Ferculum ergo de legumine nō ſit pꝛimū nec vltimum ſed mediū vt melius malicia eoꝝ coꝛrigatur ex ipſis cum alijs cibis melioꝛi commixtione. Amplius ſcias ꝙ ſi legumina comedantur poſt alia fercula inducunt ſomnia mala et melancolica et ideo nunq̄ꝫ comedantur vltime ſed in medio / cum enim digeſtio in ſtomacho fiat per viam ebulitionis ſi recipiantur in medio cum alijs cibis facilius et melius permiſcebuntur vt manifeſtum eſt conſideranti et leguminum malicia melius ⁊ facilius coꝛrigitur.

Legumina ſōnia inducunt.

## ¶ Capitulum duodecimum De fructibus.

DE fructibus ſciendum q̄uis in via nutrimenti non competunt in ſanitatis regimi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne: quia nutrimentum fructuum non eſt laudabile: generant enim ſanguinem putrefactibilem et parum nutriunt et ſunt multarum ſuperfluitatum tamen multi homines exiſtentes in latitudine ſanitatis vtuntur interdum fructibus propter vtilitatem quam ſperant conſequi in eorum vſu. Ex quo concluditur quod non debent ſumi in quantitate magna illud enim quod medicinaliter ſumitur et non vice cibi non debet ſumi in quantitate magna / nec debet vſus continuari. Sunt autem quinque vtilitates propter quas fructus comedi poſſunt in ſanitatis regimine preſeruatiuo. Quarum prima eſt mitigatio et feruoris ſanguinis extinctio / et corporis humectatio ſeu frigidatio. Fructus autem ad hoc deputati / ſunt fructus humidi et frigidi et ſpecialiter recentes et huiuſmodi fructus ſunt pruna perſica / ficus et vua et ſpecialiter melones: cucumeres: et citruli: et ſi velimus hunc ſanguinis feruorem mitigare in partibus pectoralibus et ſpecialibus vtemur cucumeribus et melonibus poſt cibum et ſpecialiter cum dubitamus eſtuationem in pectoribus / et in cerebro ex aliquo cibo ſuſcepto / ſicut ex aſſaturis et frixis contingere conſueuit. Si autem velimus coleram que eſt in venis alterare et feruorem ſanguinis in epate et ſplene / et alijs membris mitigare tunc predicti cibi ſumantur ante cibum: et ſuperbibatur aqua frigida vt citius tranſeant ad venas et magis infrigident / vel vinum limphatum quod magis approbo / tales autem fructus maxime competunt in eſtiuo / tempore et tempore

Vtilitates fructuum.

Coleram mitigãt.

autumni. His enim temporibus corpora ſunt magis ſitibunda ⁊ magis inflammata / ⁊ magis abundantia in humore colerico. Et ſimiliter conueniũt magis colericis ⁊ iuuenibus ⁊ ſanguineis. Eſt aũt diligenter notandum ꝙ melones citruli ⁊ cucumeres ſunt multum difficilis digeſtionis / ⁊ eorum humor eſt paratus ad putrefactionem ⁊ generat febres cronicas. Vñ verum eſt ꝙ ſitim ſedant ⁊ feruorem ſanguinis mitigant ⁊ ſtomachum cõfortãt et cucumer meli⁹ valet ꝙ͂ melõ ⁊ citrulus. Aduertendum eſt tamen ꝙ predicti fructus non ſint immaturi ⁊ vetuſtate corrupti ⁊ hoc eſt obſeruandũ in omnibus fructibus. Sunt autem quidaꝫ fruct⁹ qui proueniunt ad perfectam maturitatem ſupra arborem ex qua perfecta maturitate nigreſcũt / et efficiuntur aranearum cibus ⁊ talium vſus non eſt conueniens aliquo modo. Preparant enim humores ad corruptionem / ⁊ bubones / carbunculos et antraces multiplicant in corporibus eis vtentib⁹ ⁊ huiuſmodi ſunt mora celſi qñ diuti⁹ ꝙ͂ oportet ſupra arborem dimittuntur / ⁊ huiuſmodi ſunt vna maneries ceraſorum groſſorum que vocantur galeſionis in lingua noſtra. Unde cũ percipimus fructus predictos vel alios ad tantam maturitatem perueniſſe ꝙ ex eis aranee nutriantur nullo modo vtenduꝫ eis eſt. Et vniuerſaliter dico ꝙ nõ eſt vtẽdum aliquo fructu in cuius interioribus inueniantur vermes / ⁊ ille annus eſt epidimialis ⁊ plurimũ in quo fruct⁹ inueniuntur vermibus pleni. Secunda vtilitas propter quam interdum vtimur fructibus eſt ventris ſubductio ⁊ laxatio. Sunt eñ q̃dã

Melones. Citruli. Cucumeres.

De epidimia.

Secunda vtilitas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qui naturaľr ⁊ accidentaľr ſunt conſtipati plus q̃ oportet quibus conuenit vti q̃buſdam fructibꝫ vẽtrem laxantibus. ⁊ huiuſmodi fructus ſunt ficus / vua / pruna / ⁊ mora celſi ⁊ ceraſa matura ⁊ perſica mollia. His autẽ fructibꝫ vtendum eſt ante cibum nec ſtatim eis comeſtis eſt comedendus alius cibꝫ ſed aliquantulum eſt immorandum ⁊ ſuprabibendum eſt brodium vel vinũ limphatũ / vel aqua frigida vt q̃dam dicunt ꝙ forte verum eſt in hominibus colericis ⁊ habitantibus regionẽ calidam ⁊ in iuuenibus ⁊ tempore calido: ſed cõmuniter meliꝫ eſt ſuperbibere aliq̃d brodium carniũ laudabilium vel vinum limphatum dulce.

¶ De vuis.

Bene eſt autem diligenter notandum ꝙ vua eſt triplex / imatura et fit agreſta ex ea: ⁊ matura viridis et recẽs ex qua fit vinum: ⁊ ſicca q̃ paſſula vocať. Prima q̃dẽ vẽtrẽ nõ ſubducit ſed reſtringit magis ⁊ appetitũ reducit ⁊ ſtomachi calorẽ refrigerat ⁊ multũ valet in fluxu vẽtris colerici. Sed vua matura ſpecialiť alba ⁊ recẽs valde ⁊ ſine nucleis ⁊ cortice vẽtrẽ laxat ⁊ ceteris fructibꝫ plurimi ⁊ melioris nutrimẽti exiſtit ſicut ⁊ ficus. Vñ verum eſt ꝙ ventoſitatem generat ⁊ inflationes ⁊ ventris dolorẽ: ⁊ ſi remanſerit per duos dies vel tres ſuſpenſa meliꝫ nutrit ⁊ minus laxat nec tm̃ inflat: ⁊ habentes ſtomachum plenum cibo ⁊ immundum malis humoribus nullo modo comedãt vuas ſpecialiter recẽtes ⁊ ſine arillis: velociter eñ in ſtomacho immundo corrumpuntur ⁊ in ſtomacho pleno cibis: q̃ nimis

Triplex vua.

Vua matura.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cito digerūtur ꝛ poterunt exire de ſtomacho poſt earū digeſtionē: quia alius cibus nonduȝ digeſtus eſt: ꝛ ſic in ſtomacho corrūpuntur ꝛ aliuȝ cibū corrūpunt: ꝛ ſimiliter intelligitur de alijs fructibꝰ laxatiuis. ꝛ ſi aliquis velit ſumere vuā viridem ꝛ recenteȝ: bonum eſt ꝙ primitus infundatur in aqua feruenti per horā: ꝛ deinde ponatur in aquā frigidam. Sed vua paſſa magis attinet caliditati ꝛ cōfortat ſtomachū ꝛ epar ꝛ opilationes remouet: et dicitur ꝙ epar impinguatur ex eis ꝛ maxime ſi mūdentur ab arillis.

Vua paſſa.

## De ficubus.

Quo ad ficus diligenter eſt notanduȝ ꝙ humida ꝛ recēs velociꝰ nutrit ꝛ citiꝰ trāſit de ſtomacho ad epar ꝛ magꝭ humectat epar. Sȝ ſicca minꝰ ꝛ inflatiua ꝛ magis aperiēs opilationes. Unde verum eſt ꝙ propterea ſuā dulcedinē ſi ex eis multum comedatur citius generāt opilationē. Unde bene nota ꝙ ficus ſicce ꝛ paſſule pulmonē ꝛ pectus mundificant ꝛ leniunt.

## De moris celſi ꝛ bathi.

De moris celſi ꝛ bathi ſciendum ꝙ mora immatura non laxat ventrem: ſed magis conſtringunt ventrem ꝛ habēt virtutē repercuſſiuam ꝛ ſtipticā. Sed matura laxant ventrē ꝛ declinant ad humiditateȝ ꝛ caliditatē: ꝛ nullo modo debēt comedi poſt cibū ꝓpter paſſibilitatē ſubſtantie ſue. Dubitātes humorum putrefactionē non vtantur moris celſi nec bathi: eſt enim fructus valde febrilis quicquid

Mora febricitātibꝰ nocent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alij dicant. Et ſimiliter non approbo vſum eorū in
diſpoſitis ad febrem.

¶ De prunis.

Quod ad pruna ſciendum ꝙ pruna matura
ſunt in vſu ⁊ non immatura. Pruna autē ma
tura magis conuenientia ſunt magna ⁊ figure ob-
longe habentia carnē paucā ⁊ duram ad aliqualē
ſiccitatē declinantia ⁊ corticē exteriorē tenuem: ⁊
debent eſſe in ſapore non vere dulcedinis: ſed de-
bet eſſe eorum dulcedo attinens alicui acredini et
huiuſmodi ſunt pruna damaſcena: talia em̄ pruna
infrigidant ⁊ humectant, ⁊ ideo multum conue-
niunt febricitantibus ⁊ ventrem laxant: vt dictuꝫ
eſt. Sunt autē multe alie maneries prunoruꝫ quo
rum vſum non approbo. Sunt etiam quedaꝫ pru Prunel
nella ſilueſtria parua rotunda que creſcunt in ſepi la.
bus que non ſunt ventris ſubductiua: ſed ſunt re-
ſtrictiua ventris: ⁊ ex his fit acaria qui ventris re-
ſtrictionem cauſat: debent autem pruna que ſu-
muntur propter ventris laxationeꝫ primo poni in
aqua frigida per horam: tunc enim perfectius in-
frigidant et humectant: ⁊ coleram quam inueniūt
lubricando ſoluunt: et ſic ſtomachus melius diſpo
nitur ad cibū recipienduꝫ. Et eſt diligenter notan
dum ꝙ pruna humida recētia ſunt magis alterati
ua ⁊ laxatiua ꝗuis ſint peioris nutrimēti ⁊ pluriū
ſuperfluitatū. Sed pruna ſicca magis cōfortāt: et Pruna
melius nutrimētū dāt corpori ⁊ ſicut dictum eſt de ſicca.
prunis: ſic ſuo modo intelligat̃ de ceraſis: veruꝫ eſt
ꝙ ceraſoꝝ humiditas eſt ſubtilis ⁊ minus viſcoſa:
vnde minus nutriunt ꝗ̄ pruna.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## ¶ De perſicis.

Corruptio cibi

De perſicis autē ſciendum ꝙ humoreȝ generant putrefactibilē. Uerum eſt ꝙ appetitum cōfortant nec debēt recipi poſt cibum: q2 tunc corrumpunt ⁊ aliū cibum corrumperēt. Sed debēt recipi ante cibum ſicut pruna: tunc eñ bene digeruntur ⁊ ſtomachū colericum calidum confortant q2 infrigidant ⁊ humectant.

Odor perſicarum.

Et ſcias ꝙ eoꝝ odor valet cōtra cordiacam paſſionē: multum eñ cōfortant habentes eaȝ ⁊ habent proprietatē mirabilē reſiſtendi fetori ꝑuenienti a ſtomacho. Si quis autem habet ſtomachum frigidum vel debilē vel plenum malis humoribus: ſi ſumpſerit perſica in ieiunio bonum eſt ſupbibere aliquantulum vini veteris odoriferi vt facilius digerent ⁊ perſicoꝝ malicia corrigatur ⁊ ſpecialiter ſi ſint dura. Et ſciendū ꝙ perſica matura ventrē ſoluunt ⁊ immatura conſtringunt. In omnibus autē predictis fructibus hoc eſt obſeruandū ꝙ non ſimul recipiantur diuerſe maneries fructuū. Unde q̄ comedit ficus non comedat vuas: ⁊ ſic de alijs. Sicut eñ diuerſitas ciborum eſt vitanda in regimine ſanitatis ſic multo magis diuerſitas fructuum: ſic patet igitur ſecunda vtilitas ꝓpter quā corpora in regimine ſanitatis vtuntur fructibus ⁊ modus vtēdi eis.

Utilitas tertia.

Tertia vtilitas ꝓpter quam homines in latitudine exhibētes ſanitatis vtuntur fructibus quibuſdā ventris cōſtipatio. Sunt autem aliqui q̄ naturaľr vel accidentaliter habent vētrē magis fluentē q̄ꝫ oporteat. Et iſti debent vti q̄buſdā fructibꝰ cōſtipātibꝰ vētrē: ⁊ huiuſmodi ſunt co-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctana/pira/meſpila/poma/ꝛ ſorba. Hij em̄ fru- ctus cum ſumuntur ante cibum ventrē cōſtipāt: nec debent recipi predicti fructus in magna q̄ti- tate: qꝛ ſunt difficilis digeſtionis ꝛ mali nutrimen ti. Unde cibus poſt eos ſumptus citius digeritur q̄ꝫ predicti fructus ꝛ permanet in ſtomacho vltra debituꝫ tēpus: ꝛ ſic corrumpetur digeſtio: ſicut pa tet in carnibus perfecte coctis ſi poſterius in poto bulliant. Tales igitur fructus recipiantur in prin cipio menſe: ꝛ in pauca quantitate. Sed ſi quera- mus vētris laxationē recipiant in fine menſe. Fructus conſtipa tiui.

## ¶ De coctanis.

Inter hos autē fruct⁹ coctana ſunt lauda- biliora. Nam cum ſtipticitate et ponticita te quaꝫ habent ſunt odorifera: ꝛ ideo ſunt ſtomachi confortatiua magis: et ſimiliter cordis. Unde multum competunt in reducēdo ap petitum ex dominio colere defedatum. Bonuꝫ eſt q̄ inuoluantur ſtupis ꝛ decoquantur in prunis ſeu in calidis cineribus: ꝛ tunc frangantur per fruſtra ꝛ ponantur in optimo vino odorifero, ꝛ iſto modo melius nutriunt ꝛ minus grauant ſtomachum ꝛ ci tius digeruntur. Et ſic debent exhiberi habentib⁹ ſtomachum debilem: ſed coctana cruda ſunt maio ris ſtipticitatis ꝛ difficilioris digeſtionis: ꝛ ab ha bentibus ſtomachum debilem ꝛ frigiduꝫ nullo mo do debent ſumi. Prouo cāt ap- petituꝫ.

## ¶ De piris.

De piris autem ſciendum q̄ quāto pira ſunt magis odorifera ꝛ coctanis in ſapore ꝛ ſub ſtātia ꝛ colore ꝑpinqua: tāto ſunt ſtomacho cōue-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nientiora: ꝛ pira minus dulcedine participātia eū predictis conditionibus minus ſunt apta nutrimēto: ꝛ magis ſunt conuenientia ad ventrē conſtringendum ante cibū ſumpta / vel ad laxandum ſi ſumantur poſt alios cibos: ꝛ econuerſo pira dulciora et ſubſtantie melioris ſunt nutrimento magis apta: ꝛ ſpecialiter decoquantur ſicut ſuperius dictum eſt de coctanis. Et nota ꝙ pira ꝛ coctana ieiuno ſtomacho comeſta ſunt cauſa fortis colerice ꝛ incurabilis: ꝛ ſi contingat ꝙ comedantur in ieiuno in aliquo caſu ſuperbibatur vinum vetus odoriferū in pauca quātitate: ſicut de perſicis dictū eſt.

Jeiuno ſtomacho nō comedā tur.

## De pomis.

De pomis autem ſciēdum ꝙ poma dulcis poſſunt comedi ante cibum ꝛ poſt: et magis competunt ad nutriendū ꝙ̄ pontica acetoſa vel ſtiptica: de quib⁹ ponticis ſimilis eſt ratio: ſicut de coctanis ꝛ piris: quo ad operationes: ꝛ quo ad modum exhibendi. Poma autem odorifera confortant cor ꝛ cerebrū et habent proprietatem confortandi principalia membra ſi ſint temperata in caliditate: et hoc eſt verum de pomis acetoſis et ponticis. Sed poma dulcia non multum competunt colericis conuertūtur enim in coleram. Et nota ꝙ poma habent malam proprietatem in generando ventoſitatem in ſecunda digeſtione ꝛ tertia: propter quam dictum eſt a ſapientibus ꝙ poſſunt generare ethicam et ptiſim. Nam ventus generatus ex his habet malam ꝓprietatē ad exſiccandū arterias pulmonis.

Poma ꝯfortāt.

## De meſpilis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De meſpilis autē ⁊ ſorbis ſciendum ꝙ minus competunt nutrimento inter ceteros fructus ſuperius nominatos: qḋ ſatis oſtendit auſteritas ſui ſaporis et duricies ſue ſubſtantie poſtꝙ̄ ſunt in arbore matu rata: igitur ex his minus eſt comedendum ꝙ̄ de ſu perius nominatis ⁊ magis recipi debent via medi cine ꝙ̄ via cibi. Uirtus autem horum fructuū eſt ſtiptica valde: ⁊ ideo ſatis competunt in fluxu ven tris. Sorbe tamen ſunt delectabiliores meſpilis: ſed quia meſpile in arbore nō molleſcunt mollicie ſufficiente ad eſum. Ideo anteꝙ̄ comedantur re- molliantur: et tunc magis ſunt delectabiles guſtui ⁊ minus ſtiptici. Sic igitur patet tertia vtilitas comedendi fructus in latitudine ſanitatis. Quar ta vtilitas comedendi fructus in latitudine ſani- tatis eſt cōpreſſio cibi de orificio ſtomachi ad fun- dum. Sunt autem quidā fructus comprimentes ſua ponticitate ⁊ ſtipticitate: de quibus ſuperius ſufficienter dictum eſt. Et alij ſunt comprimentes grauitate et ponderoſitate: ⁊ groſſicie ſue ſubſtan tie: ⁊ hmōi ſunt auellane ⁊ caſtanee. Nā iſti duo fru ctus nō habēt ponticitatē nec ſtipticitatē: ꝓpter quā cōprimunt cibū nec aromacitatē rōne cui⁹ cō fortāt ſtomachū: ſꝫ deprimūt cibū rōne grauitatꝭ ⁊ groſſiciei ſubſtātie q̄ eſt i eis: ⁊ tales fruct⁹ nō mul tū competunt corporibus ſanis debilitant eñ ſto machū: qꝛ difficilis digeſtionis ſunt ⁊ mali chimi: nec habent dulcedinē ratione cuius ſtomachus in eis delectetur nec ſtipticitatem: et ideo auellane humide ⁊ virides maxime ſunt euitande licet poſ-

In fluxu vētrꝭ cōpetunt.

De ſorbis.

Quarta vtilitas.

Auellana ⁊ caſtanee cōpetūt poſt cibum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt cibum ſumptum comprimere: q̄z nec dulcedi-
nem habent qua placeant ori ſtomachi nec aroma
citatem qua confortant ⁊ corroborant ſpirit⁹: nec
ſtipticitatem nec ponticitatē qua roborant ⁊ for
tificent ſtomachi orificium aggregando partes. ⁊
ideo generaliter ſunt nociue ori ſtomachi: q̄z ſua
frigiditate ⁊ grauitate percutiunt nullum confe-
rendo iuuamentum.

¶De caſtaneis.

SCiendum q̄ ſunt digeſtionis difficilis ⁊ generant humorem groſſum melan-colicum ⁊ opilant venas: ſed inter fructus ſilueſtres caſtanee ⁊ diſtinguntur a glandibus notabile alimentum dant corpori et habent aliqualem ſtipticitatem ⁊ ſpecialiter dum aſſantur: ⁊ ideo competunt poſt cibum.

¶De auellanis.

Preparatio auellanarum.

SEd auellane ſunt minus nociue ⁊ ſi auellane aliquantulū torreantur acquirunt quandam ſtipticitatem ⁊ dulcedinem ratione quarum ſtomachus in eis delectatur ⁊ ab eis confortatur ſicut et caſtanee quando aſſantur acquirunt ſtipticitatem ⁊ dulcedinem maiorē: et ſic a ꝓprietate magis cōpetunt poſt cibū.

¶De nucibus.

Nuces ſicce male.

ET eſt diligenter notandum q̄ nuces ſicce peiores ſunt auellanis. Nā magis vnctuoſe ſunt ratione cuius in colerā conuertuntur ⁊ inducunt capitis dolorē: ⁊ oculos turbant et vertiginē generant: ⁊ ſpecialiter ſumpte poſt cibū ⁊ lingue paralyſim inducunt ⁊ vomitum prouocāt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et habentes ſtomachum colericum maxime debēt euitare nuces ſiccas: ⁊ quanto antiquiores tanto peiores. Recentes autem minꝰ male ſunt: quia nō ſunt tante vnctuoſitatis: ⁊ ideo non generant dolorem capitis nec vertiginem et ſimilia ſicut ſicce et ratione humiditatis lubricantis laxant ventrē: et ſi aliquantulum torreantur ⁊ comedantur poſt cibum comprimunt cibum ſumptum: et ſicce ſumā tur ante cibum cum ficubus ⁊ ruta valent contra venenum. Sic igitur patet ꝙ nuces recentes ſunt magis conuenientes corporibus ſanis ꝗ̄ ſicce: et contrarium eſt de auellanis.

¶ De amigdalis.

Amigdale autē dulces medie ſunt inter auellanas et nuces niſi ꝙ melioris ſunt nutrimenti ſtomacho: magis conuenientes: ⁊ puto ꝙ virides ſunt meliores ad eſum ꝗ̄ ſicce ⁊ antique. Nam ſicce habent quandam vnctuoſitatem ratione cuius poſſunt inducere nocumenta que inducunt nuces. Amigdale tamen dulces ⁊ ſicce non ſunt adeo male ſicut nuces: quia non tantam habent vnctuoſitatem. Unde diligenter notandum ꝙ lac amigdalarum ſiccarum antiquarum non multum competit febricitantibus propter vnctuoſitatem earum: ratione cuius inducit dolorem capitis et ad coleraȝ poteſt conuerti. Sed lac amigdalarum viridiū eſt eis conuenientius. Et ſi velimꝰ ex antiquis lac facere carens vnctuoſitate. Primo torreſiāt aliquā- tulum et deinde infundantur in aqua frigida: et deinde piſtentur ⁊ diſtemperentur cum aqua lau-

Modus faciendi lac amigdalarum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dabili:et deinde cõmoueatur lac fortiſſime ⁊ ſpuma poſt agitationeȝ remoueatur ⁊ lac ſine vnctuoſitate remanebit. Eſt diligẽter notãdũ ꝙ amigdale dato ꝙ habent multas bonas ꝓprietates tamẽ inimicant ſtomacho: ⁊ ſimiliter nuces: auellane: et fiſtici vt dicunt quidam: ⁊ pinee fiſtici tamẽ minus offendunt ſtomachum in ſua eſſentia. Et ſimiliter intelligatur de amigdalis et nucibus: ſed pinee et auellane ſunt in contrarium. Nã cũ modicũ exſiccantur minus nocent ſtomacho. Amigdale ſicce nullo mõ cõpetũt poſt cibũ nec ante niſi ad ꝓhibẽdũ aſcẽſum vaporis vini ad caput: vnde ebrietatẽ prohibẽt. Plus inimicant ſtomacho ⁊ plus ꝓſunt pectori. Fiſtici aũt minꝰ ſtomacho nocẽt: ſed proſunt: vt dicũt alii: ꝓhibẽt enim nauſeaȝ ⁊ ſtomachi ſubuerſionem cõfortãt os eius vel nõ habẽt iuuamẽtũ vel nocumentũ in ſtomacho vt quidã dicũt.

Laudes amigdalarum.

Quinta vtilitas vtendi fructibus in regimine ſanitatis eſt tꝑe neceſſitatis: ⁊ in caſu in quo alij cibi pro nutritione corporis non ſufficerent. Inter fructus humidos ficus ⁊ vua ſunt melioris nutrimenti ⁊ maioris. Reliqui aũt fructꝰ humidi: puta pruna/poma/⁊ pira/⁊ ſimilia parum competunt via nutrimenti: ⁊ ſpecialiter in hyeme. Amigdalis et pineis ⁊ auellanis ⁊ fiſticis ⁊ nucibus vti poſſumus tꝑe neceſſitatis in via cibi et ſpecialiter in hyeme. Amigdale eñ recentes corpus impinguãt eſtuationẽ ſtomachi ſuo tꝑe poſſunt aliqualiter temperate et cum exteriori cortice ſumpte ſtomachi humiditates conſumunt ſeu mundificãt: ebrietatẽ prohibent ⁊ ſumpte poſt cibũ aſcenſum vapo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ris ad caput prohibent. Amplius viſuz confortāt ⁊ pectus mundificāt ⁊ opilatiões laterū aperiunt ⁊ ſuperfluitates vniuerſaliter a viſceribus abſtergūt ⁊ ſubſtantiā cerebri augmētant ⁊ matrici multū cōueniūt bene nutriūt ⁊ ſuauiter dormire faciūt ⁊ vias vrine aperiunt ⁊ gingiuas confortant ⁊ cōſtringunt cum cortice exteriori maſticate: ⁊ quādo ſicce aliqunatulum torreſiunt ſunt conuenientiores ſtomacho q2 earum vnctuoſitas remouetur ⁊ recētes amigdale magis cōpetunt poſt alios cibos ꝙ ſicce ⁊ econuerſo de ſiccis. Melius enim eſt ꝙ ante aliū cibū comedantur: tantarum igitur vtilitatū fructus nō eſt neglig ēdus. Nuces aūt offendunt ſtomachum ⁊ caput ⁊ viſum et linguam ⁊ ſolum habent vnā bonitatez ꝙ a veneno piſciū tuentur ante comeſte. Nō ergo comedantur niſi tpe piſcium ⁊ tunc comedantur ante piſces cū ficubus et ruta vel cū piſcibus vel poſt piſces ⁊ omnibus modis proſunt ſed credo ꝙ plus ꝓſunt ante ſumpte: ⁊ in caſu magis approbo ſiccas ꝙ virides: quamuis via nutrimenti ⁊ quo ad alia virides ſint minꝰ nociue. Euitentur igitur fructus iſti quātum poſſibile eſt. Auellane epar confortant ſed nocent ſtomacho ⁊ capiti ⁊ ſunt ſecundū aliquos ita nociue: ſicut nuces et ſcđm aliquos parum differunt a nucibus niſi ꝙ non ſunt boni chymi. Non eſt autē auellana tante caliditatis ſicut nux et eſt maioris nutrimenti ⁊ minus vaporoſa ventrem ſtringit: et nuces magis laxant ꝙ ſtringunt. Fiſtici autem epar cōfortāt ⁊ ſcđm aliquos ſtomachum vt ſuperiꝰ dictum eſt: et poſſunt comedi ante cibum et poſt q2

Unica bonitas

Auellane.

Fiſtici.

non laxant ventrem nec ſtringunt quidam dicunt ꝙ ventrem laxant. Granum pini eſt difficilis digeſtionis ⁊ multi nutrimenti: ⁊ plus ceteris fructibus oleaginoſis et eius nutrimentũ forte: ⁊ bene mundificat renes ⁊ precipue membra ſpiritualia; ſed ceteris fructibus plus ſtomacho inimicatur.

¶ De dactilis.

De dactilis autem ſciendum ꝙ ſunt indigeſtibiles et caput grauantes et generant humores groſſos ⁊ viſcoſos et venas opilant ⁊ pectus leniunt ⁊ ſcreare faciunt: tuſſim mitigant et dẽtes ⁊ gingiuas putridas efficiunt vt quidam aſſerunt. Dactili autē participãtes quãdam ſtipticitatem ſtomacho ſunt boni et ventrem ſtringunt. Si autem predicti fructus condiantur cũ melle vel zucaro ſtomacho minus nocebunt; ſed tamen corporibus temperatis eis vti non conuenit precipue cum magis condiãtur ad voluptatem ꝙ̃ neceſſitatem.

¶ Capitulum tredecimum
De herbis ſeu oleribus.

De herbis ſeu oleribus que ſunt in vſu primo ponende ſunt regule generales. Prima ꝙ omnes herbe ſimpliciter male ſunt via cibi: nec nutrimẽtũ dant corpori. Omnes enim herbe ꝑ ſuam naturã declinãt ad humores melancolicos vel malos ⁊ hoc etiam faciunt a tota ſubſtantia excepta bugloſſa ⁊ lactuca / he eñ due herbe ceteris herbis via cibi ſunt meliores ſeu minus nociue / herbe eñ frigide puta atriplices / ſpinargia: ⁊ blete generant ſanguinem aquoſum

Prima regula. Oẽs herbe male.

Herbe frigide.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phlegmaticũ ⁊ indigeſtum ⁊ aptum putrefactioni ⁊ ebullitioni omni ratione humiditatis ⁊ paſſibilitatis ſubſtantie ⁊ paucitatis calidi: talia enim cito ſuſcipiunt calorem extraneum herbe calide puta menta / ſaluia / petroſilinum / allia / cepe: ſynapis ⁊ ſimilia generant ſanguinem acutum ⁊ inflammatiuum / pungitiuum calidum ⁊ ſiccum / et ſic via cibi non multum competunt corporibus tẽperatis ſed tamen via medicine ad preſeruandum et alterandum poſſunt ſumi ſicut illi qui ſunt calide complexionis ad alterandum choleraꝫ ⁊ ſanguinem puta vti herbis frigidis in eſtate: ⁊ cõplexionis frigide poſſunt vti in hyeme calidis ad ſubtiliandum ⁊ alterandum.

Herbe calide.

Secunda regula talis eſt ꝙ herbe nõ debent comedi crude niſi interdum lactuca ⁊ portulaca cum aceto ad cõpeſcendũ ſanguinis caliditatem ⁊ eſtuationem ſtomachi ⁊ epatis: debent ſumi in principio mẽſe et ĩ pauca quantitate.

Secũda regula.

Tertia regula ꝙ herbis calidis vtendum eſt tempore frigido ⁊ frigidis calido ⁊ temperatis / puta boragine et bugloſſa omni tempore. In eſtate igitur cũ his addatur lactuca ⁊ ſpinargia ⁊ blete. In hyeme vero creſſones aut petroſilinum: aut pauca folia mẽte et teneritates vrticarum. In vere vero cum boragine ⁊ bugloſſa poſſunt addi ſperagi et lupini poſtꝙ̃ fuerint preluti.

Tertia

Quarta regula ꝙ herbe nõ debent comedi cum ſemine earum perfecte producto ⁊ ſimiliter anteꝙ̃ ad ꝑfectum deuenerint augmentum.

Quarta

Quinta regula ꝙ non debent parari cuꝫ lacte animalium ſed amigdalaꝝ: vel cum aqua decoctionis carnium laudabilium / vel cũ oleo oliua

Quinta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sexta. rum dulci. Sexta regula ꝙ ferculum de oleribus communiter debet ſumi in pricipio mēſe: qꝛ tal a fercula communiter laxant ventrez. Contrarium tamē huius cōuenit in ſubſtantia caulium. Nam dato ꝙ brodium caulium ſit laxatiuum ⁊ ſpecialiter cū parum bulliunt: ſubſtantia tamē ventrem conſtipat: vnde poteſt conuenienter recipi in fine mēſe ⁊ brodium in principio. Unde multuz eſt inartificiale recipere brodiuz caulium primum ⁊ caules ſimul: qꝛ vnum conſtringit et aliud laxat et ſic cauſat̄ in ſtomacho motus agitatiuus: ſed cuz abijcitur prima aqua non erit periculū in ſubſtantia caulium cum brodio ſecundo vel tertio. De alijs autem olerib⁹ humidis vētrem laxantibus non expedit multum ꝙ abijciatur prima aqua niſi forſan intendam⁹ magis ad nutritionem ⁊ velimus impedire laxationē. Sumentes igit̄ caules via cibi non expedit ꝙ prima aqua ebulitiōis remaneat ſic em̄ magis nutriēt et minus laxabunt. Septima regula ꝙ ſi herbe frigide ⁊ humide ſumantur via cibi debent taliter preparari ꝙ earum humiditates temperentur. Unde bonum eſt ꝙ primo coquantur in aqua: et deinde frixentur in oleo dulci. vel ſi totaliter decoquuatur in aqua permiſceantur aliqua habentia virtutem contrariaz. Uerbigratia / cucurbite, ſunt frigide et humide. Unde bonum eſt ꝙ primo decoquantur in aqua ⁊ inde friganturin oleo / vel cum eis permiſceantur aliqua calida et ſicca: puta cepa alba vel feniculus vel petroſilium / ⁊ ſimiliter intelligatur de calidis ⁊ ſiccis per contrariuz. Octaua regula eſt ꝙ illa olera ſunt conuenientiora ad

Septima regula.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nutriendum que minus participant pharmaca / qualitate ⁊ ſunt iſte herbe quarum ſapor eſt minus auſterus / ⁊ dulcedini magis propinquus. Sciendum igitur ꝙ herbe ſeu fructus ex quibus eſt conſuetum fieri ferculum ſunt hec lactuca ;bleta/ atriplex:portulaca:caules:cucurbita:melones:borago/bugloſſa:petroſilinum allium cepe et porrū. Notandum ꝙ ex allio nō fiūt fercula cōmuniter dicūt etiā q̄dā magni ꝙ ex melongenis q̄ cōmuniter vocantur albagnie non debent fieri fercula :qꝛ eorū vſus nullo mō prodeſt. Et audiui ꝙ ſi q̄s ex eis cōtinue comederet pannū ꝙ caderet in inſaniam: quidā tn̄ conſtruunt ex eis cibaria delicata ꝓiecta prima aqua decoctiōis eax:⁊ qn̄ decoquunt cum brodio carnium laudabiliū pinguiū ſunt multū delectabiles ⁊ poſtq̄ ſic factus eſt cibus ille tēperatus eſt vt quidā aſſerunt. Nā eax auſteritas remouet p decoctionē primā et ꝓpter carnes quibus ſecūdo cōdiunt ⁊ q̄uis ſm ſe generāt humorē melācolicū ſicut caules multū tn̄ cōſiderari dꝫ modꝰ ꝑparādi ⁊ illud qd̄ cū eis miſcet ex quo cibi malicia bene pōt corrigi. Et etiam opꝫ multuꝫ cōſiderare amicabilitatē guſtus. Nā qn̄ cibꝰ eſt multū delectabilis leſio ꝑueniēs nō eſt multū manifeſta. Nā qd̄ melius ſapit melius nutrit. Datur enim guſtus ꝓpter alimentū. De iſtis melongenis parū curamus in hoc climate ſeptimo ⁊ in parte occidentis: quia non inueniuntur apud nos/ de alijs tamen aliqua breuia dicemus ⁊ primo dicemus de frigidis.

Octaua regula.

Herbe vſuales.

¶De lactuca.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Gene-rat ſan-guinem.

ET primo de lactuca que etſi pauci ſit nutrimenti ſicut ⁊ alia olera / tamen inter oēs herbas generat meliorē ſanguinem: cū ſanguis generatus a lactuca declinat ad frigidū ⁊ humidū. Cōpetit igitur in cōplexione calida ⁊ tp̄e calido ⁊ ante aliū cibum: ⁊ poteſt homo ſumere eam crudā et coctā; ſed cruda plus alterat ⁊ min⁹ nutrit / ⁊ cocta econuerſo ⁊ non dꝫ ablui / nam ex ablutione efficitur ventoſa ⁊ inflatiua / et intenditur eius frigiditas ⁊ humiditas ex quo redditur indigeſtibilis. Ipſas lactuca in ſua natura cito digeritur / ſitiꝫ ſedat / ardorē ⁊ calorē mitigat ebullitionem humoris temperat; lac in mamillis multū multiplicat / appetitū cibi excitat nō ſoluit nec ſtringit ventrē; nec vrinam prouocat ⁊ in medio potationis vini comeſta nō permittit hominem inebriari ſomnum prouocat ſed viſum offuſcat.

Prouo-cat ſom num.

Ad ꝓuocandū igit ſomnum multum cōpetit ſenibus ſed qꝛ humida ⁊ frigida debet comedi cū aromatibus tēperantib⁹ eius frigiditatē ſicut Gal'. faciebat tēpore ſue ſenectutis libidinem coitus ſedat. Et eſt notandum ꝙ interdum poteſt comedi poſt alios cibos qn̄ aliquis preſumpſit aliqua cibaria acuta valde ⁊ calida tunc enim poteſt comedi lactuca ad remouendū eoꝝ maliciam.

Duplex lactuca.

Lactuca eſt duplex hortulana ⁊ ſilueſtris. Silueſtris eſt multum frigidior hortulana: ⁊ in virtute opij: vnde non competit via cibi ſꝫ ſolum via medicine.

## ¶ De bleta.

BLeta declinat ad frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ alba eſt melior ad eſum ꝙ̄ nigra ⁊ nullo mō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

debet comedi cruda ſed cocta ꝛ parū nutrit et minus ꝙ lactuca: ꝛ malū humorē generat vel minus bonū ꝙ lactuca: ꝛ ſtomachū debilitat ꝛ inteſtina ꝛ aſſiduatio vſus eiꝰ inducit ventris dolorē pungitiuum ſi comedatur cocta inducit rugitū ꝛ inflationē niſi condiatur cum aliqbus ſpeciebus malicie obuiantibus: immo ſic ſumpta durabit dolorē ventris eum laxando ꝛ venas aperiendo. Et eſt notādū ꝙ bleta eſt humidior lactuca: vnde lactuca eſt quaſi media inter caulem ꝛ bletam.

## De attriplicibus.

Frigida ꝛ hūida.

Atriplices parum differunt a bletis in cōplexione ꝛ operatione niſi ꝙ attriplices ſunt humidiores ꝛ ratione huius ventrem ſubducunt ꝛ parum nutriunt ꝛ ardorē colere mitigant ꝛ vomitū ꝓuocāt ꝛ ſpecialiter eoꝝ ſemen ꝛ parati ſunt corruptioni: ſed ictericis proſunt ad ſalutē nullo modo comedant crudi: ſola eñ lactuca et portulaca comedāt vtroqꝫ mō. Debēt autē attriplices cōdiri cū oleo ꝛ ſale ꝛ aceto. Nā ſimplr ſūpti ſūt mali ſtomacho.

## De ſpinargia.

Spinargie ſimiles ſunt attriplicibus niſi ꝙ meliores ſunt ſtomacho: ventrem enim humectant ꝛ huorem aquoſum valde frigidum et humidum generant niſi earum malicia corrigatur ſicut attriplicis. Et nota ꝙ ſpinargia eſt valde bona gutturi ꝛ pulmoni.

## De portulaca.

POrtulaca alimētū parū dat corpori ꝛ illauda prodeſt bile ꝛ frigidū ꝛ humidū aufert ſitim ꝛ cōſtipat gutturi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ventrē: ⁊ aufert dentiū ſtuporē ⁊ eſt bona ſpleni ⁊ precipue ſemen eius: ſed viſuꝫ offuſcat ⁊ appetitum defedat nimius vſus eius ⁊ libidinem aufert et vomitum prohibet.

¶ De cucurbita.

Cucurbita generat humorē aquoſuꝫ nō auſteruꝫ: nec vniuerſaliter participantē pharmaca qualitate ſicut ipſius ſapor oſtendit: parum nutrit et propter paſſibilitatē ſue ſubſtantie parata eſt recipere corruptionē. Unde quando ipſius digeſtio corrumpitur generat humorē malum valde: vnde non eſt recipienda in ſtomacho in mundo. Etiam non debet comedi ſi ſit inconuenienter parata. Nā his duobus modis cito in ſtomacho ſuſcipit corruptioneꝫ ⁊ ad maluꝫ humorē valde conuertitur. Amplius ex ſui natura generat humorem non participantē qualitatis exceſſuꝫ ſi bene digeratur: quod oſtenditur ex ipſius ſaporis inſipiditate: ⁊ ſic etiā ex ſui paſſibilitate facile conuertitur ad naturam illorū qui cum ea permiſcentur in preparatione: vnde ſi permiſceatur cuꝫ ea quod generat humorē ſalſuginoſuꝫ: ⁊ ipſa talē humorē generat ⁊ ſic de alijs. Unde ſe habet reſpectu aliorum ciborum participantiuꝫ qualitatis exceſſuꝫ ad moduꝫ medij ſi cuꝫ eis permiſceatur quod mediuꝫ facile conuertetur ad extrema. Sed quia cucurbita eſt multū aquoſa bonū eſt cū ea permiſceri cepulā herbā feniculū vel calamentuꝫ vel origanuꝫ ꝙ ⁊ etiam primo elixetur deinde frigatur.

Nō laudatur.

¶ De caulibus.

Aules ſcḋm aliquos frigidi ſunt et ſicci: ſcḋm aliquos calidi ſunt ⁊ ſicci. Nos autem dicimus ꝙ via cibi ⁊ eoꝝ ſubſtantiam conſiderando ſunt frigidi ⁊ ſicci: et generant humorez melancolicū: ſed via medicine et quo ad eorum circunferentiam calidi ſunt et ſic ſunt mali ſtomacho paruz nutriunt ⁊ maluz humorem generant: ⁊ peiorē ꝙ̄ lactuca ⁊ viſum obtenebrant niſi oculi ſint valde humidi: tunc eñ poſſunt conferre deſiccando ſomnuz inducunt ⁊ menſtrua ⁊ vrinaz prouocant eoꝝ ſubſtantia poſt primā ⁊ ſecundam decoctionē ventrē laxat. generāt mlīam.

¶ De caulibus ſilueſtribus.

Aules ſilueſtres non ſunt competentes ad eſum ſummitates caulium ⁊ ſpecialiter eoꝝ oculi conuenientiores ſunt ſtiptice ⁊ folijs: ⁊ debent decoqui ⁊ preparari cum carnibus laudabilibus: et efficitur ſatis boni nutrimēti ⁊ delectabilis ad eſuz. Caules multum confortāt iuncturas ⁊ ab intra ⁊ extra. Unde antiquitus mulieres cibabant filios ſuos caulibus vt citius ambularent. Ad iuncturas.

¶ De boragine.

Orago domeſtica et ſilueſtris: ceteris oleribus eſt conuenientior humane complexioni ad eſum. Eſt enim calida et humida temperate: et ceteris oleribus meliorem generat ſanguinem. Et quia borrago participat quadam aſperitate ex qua ad eſum redditur minus delectabilis: bonum eſt ꝙ cum permiſceatur: ex quo predicta aſperitas



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

remoueatur:ſicut ſpinargia ⁊ blete tenerrime.tūc eīm confortat coꝛ et vniuerſaliter oīa ſpūalia:et eſt lenitiua pectoꝛis ⁊ pulmonis ⁊ leticiaꝫ inducit.

Versus Unde verſus. Dicit boꝛago gaudia ſemper ago.

Dicunt qdam ꝙ ſi comedatur cruda generat ſanguinē laudabilē:ſed magis ꝙ decoquatur cū carnibus caponum:⁊ apponatur aliquantulum de petroſilino ad repꝛimendum eius humiditatem:⁊ de ſpinargijs ⁊ bletis ad repꝛimendum eius aſperitatem.

Herbe calide vſuales Alie herbe calide quibus homines conſueuerunt vti ſunt hee/petroſilinū/menta/ſparagi/trifolium/feniculus/apium/naſturcium/oꝛtulanū et aquaticum/ſaluia/yſopus. Et his autem herbis per ſe non fiunt fercula. Nam paruꝫ nutriunt ⁊ generant ſanguinem acutum:⁊ adurunt ſanguinem iam generatū. Unde tales herbe ſingulariter nullo modo ſunt ſumende via cibi:ſed ſolum via medicine:tamen his herbis vtuntur homines ſani ad coꝛrigendum maliciam alioꝛum oleruꝫ in ſalſis ꝓpter aliquas vtilitates ſpeciales quibus homines foꝛſan ab egritudine pꝛeſeruantur.

## ¶ De trifolio.

Et dicamus pꝛimo de trifolio. Hec enim herba calida eſt ⁊ ſicca:⁊ participat amaritudine ⁊ ſtipticitate manifeſte:⁊ ideo via cibi non cōpetit valde autem eſt bonum ſtomacho ſeu crudum ſiue bulitū ſumatur:ſed parū ſuſtinet decoctionis. Poteſt autē conuenienter exhiberi cum oleo aceto ⁊ ſale et ſtomachum confoꝛtat/et faſtidios curat/et appetitum excitat et pꝛouocat conuenienter

pꝛoprietas bōa decoctio trifolij ſi ex ea abluatur locus mor

ſus ſcorpionis/vel vipere curat dolorem. ⁊ ſi nõ ſit locus morſus dolorem ſimilem dolori omnino cau ſato a morſu. Contra morſum ſcorpio- nis.

## De ſperagis.

De ſperagis autẽ ſm ꝙ paucum alimẽ tum dant corpori non bonum poſſunt offerri cum oleo et aceto: ſicut superi⁹ dictum eſt de trifolio: ⁊ ſunt delectabi liores ad eſum ⁊ ſtomachum magis confortantes bulliti in aqua molliunt ventrem ⁊ prouocant vri- nam: ⁊ dicunt quidã q̃d nauſeam inducunt. Urinã ꝓuocat.

## De feniculo.

Feniculus tarde digeritur ⁊ male nutrit ⁊ pa rum. Unde non' competit via cibi ſed confert inflationi ſtomachi. Et ſi bibatur cum aqua frigi- da nauſeam facit. Et ſi teratur cum aqua ſup mor ſum canis rabioſi confert: plus igitur via medici- ne competit ꝙ̃ cibi. Non igitur vtendum eſt eo in regimine ſanitatis niſi ad correctionẽ malicie quo rũdam aliorum ciborum ſicut interdum cum lactu ca comedimus petroſilinum ad reſiſtendum frigi- ditati ⁊ humiditati lactuce: ſicut etiam cum cucur bitis decoquimus feniculum: ⁊ ſimiliter cum rapis ad corrigendum earum maliciam. Contra morſum canis.

## De petroſilino.

Sciendum ꝙ generat ſanguinem valde acutum ⁊ incitat ad iram ⁊ eſt apertiuus et non competit via cibi niſi ad correctio nem malicie aliorum ciborum: ſicut de fe niculo dictum eſt. Herba autem petroſilij in cibis poſita digeſtionem confortat et ventoſitatem ex- Aperit vias vrie



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cludit ⁊ eſt herba ſatis conueniẽs ad ſalſas. Uſus autẽ huius conuenientioꝛ eſt in tempoꝛe frigido ⁊ etate ſenectutis ⁊ regione frigida quam in oppoſitis predictoꝛuꝫ ⁊ fit ex eo epulum cam ſale contra moꝛſum canis rabioſi.

¶De apio.

Facite pilepſiã.

APium ſatis conuenit cuꝫ petroſilino in complexione ⁊ in pꝛopꝛietatibꝰ: ſꝫ ſapoꝛ eius eſt minus delectabilis. Uñ via cibi minus eo vtũtur homines cõmuniter non eſt tamen tãte ſiccitatis ſicut petroſilinum. vnde non tm̃ adurit pꝛopꝛietatem habet in aperiendo opilationes ſplenis ⁊ epatis: ſed nocet capiti ⁊ incitat moꝛbum epilenticum ⁊ maſticatuꝫ facit odoꝛem oꝛis bonum.

¶De naſturcio ſiue creſſonibus

Mundificat ſtomachũ.

SCiendum ꝙ calefacit ſtomachũ ⁊ epar ⁊ confert groſſiciei ſplenis ⁊ ſanguinẽ adurit ⁊ paruꝫ nutrit: ⁊ ipſius nutrimẽtum non eſt laudabile pulmonem mundificat et renes ad coitum incitat appetituꝫ ad cibum excitat: tamen parum ex eo poteſt ſumi in pꝛincipio menſe cum aceto croco et ſale et oleo ad reuocationem appetitus: ⁊ aliter eſt malum ſtomacho: quia ipſum nimis moꝛdicat bibitum ⁊ linituꝫ retinet capillos cadentes.

¶De ſaluia.

Confoꝛtat neruos.

SAluia multum eſt calida et ſicca: ideo nõ multum competit per ſe via cibi. Ipſa enim ſaluia multum confoꝛtat neruos: in ſanitate homines multuꝫ vtuntur ſaluia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

duplíciter. Primo quidem componendo ex ea vi-
nū ſaluiatum:quovino homines in latitudine ſani
tat3 vtunt ſpecial'r in pꝛīcipio menſe. Et competit
huiuſmodi vinum paraliticis epilenticis modera-
te ſumptum:et pꝛecedente purgatione anteceden
tis materie. Amplius vtuntur ſaluia in ſalſis:nam
excitat appetitum et ſpecialiter cum ſtomachus
fuerit repletus malis humoꝛibus crudis et indige
ſtis:⁊ ad eande3 intentionem poteſt ex ea fieri her
bulotum ⁊ comedi ieiuno ſtomacho.

¶ De menta.

MEnta multum calida eſt ⁊ ſicca:et parum
competit via cibi i regimine ſanitatis:ve
rum eſt ꝙ ſtomachum confoꝛtat ⁊ ipſum
calefacit ſingultum ſedat ⁊ digerit ⁊ pꝛo
hibet vomitum ⁊ fleumaticu3 ⁊ ſanguineum:et ad
coitū incitat ⁊ pꝛohibet ſputū ſanguinis. Confert
ad moꝛſum canis rabioſi:⁊ eſt pꝛopꝛia ad illud.

¶ Capitulum.xiiij. De radicibus.

RAdices qbus hoies ſani cōmuniter vtū radices
tur his tēpoꝛibus ſunt hec/poꝛri/allea vſuales
raphanus/cepe/radix paſtinaca/ napi
ſeu rape ⁊ coꝛne. De poꝛris alleis ⁊ ce-
pis bꝛeuiter eſt ſciēdum ꝙ via cibi non competūt
tēperatis coꝛpoꝛibus nec calidis ⁊ ſpecialiter cru
da:parum enim nutriunt ⁊ male nutriunt:⁊ gene-
rant ſanguinē acutū ⁊ pungitiuum:groſſos tamen
ſubtiliāt ⁊ viſcoſos incidunt:⁊ poſtꝙ̄ decocta ſunt
perdunt pungitiuitatem ⁊ adhuc remanet virtus
inciſiua et ſubtiliatiua. Unde magis cocta com-
petunt ꝙ̄ cruda.



BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## ¶ De porris.

Nō pſūt

Porri autem ſunt calidi ⁊ ſicci ⁊ dant corpori alimentum laudabile et oculis nocent et generant ſanguinem nigruз ⁊ melancolicum ⁊ generant ſomnia terribilia et neruos ledunt ratione pungitiuitatꝭ eorum: nocent dentibus ⁊ gingiuis ⁊ nullus colericus nec melancolicꝰ eis vtatur ⁊ ſpecialiter crudis.

## ¶ De cepe.

Cepe calide ſunt ⁊ habent humiditateз ſuperfluam terreſtrem cum humiditate aquoſa ſubtili indigeſta. Si comedantur crude generant in ſtomacho humores malos ⁊ putrefactibiles ⁊ corruptibiles ⁊ gerant ſomnia mala ⁊ terribilia et dolorem capitis. Unde minus vſus earum diſponit hominez ad memoriam deperdendam et pertubat intellectum et perducit ad dementiam. Sed ſi comedantur cocte cum aqua laudabilium carnium laudabiliter iuuant digeſtiuam ⁊ minuuntur earuз nocumenta ⁊ temperant cibaria frigida cum quibus decoquũtur: ſed melius eſt eis non vti.

Pertur bāt intel lectum.

## ¶ De alleis.

Allea calida ſunt et declinant ad aliqualem humiditatem ſed minus ꝙ cepe: valent contra ventoſitatem ⁊ valent in tuſſi ⁊ bene ſcreare faciũt: ſed nocētviſui ⁊ dolorē capitis inducũt. Unͦ allea ſunt tyriaca ruſticorum. Predicta acrumina ſolum cōpetunt his qui

Tyriaca ruſticoꝝ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

phlegmaticum aut groſſum viſcoſum humorē ha buerunt. Cholerici a p̄dictis generibus acuminuꝫ abſtineant. De raphano autem ⁊ radice que ſunt propinqua ⁊ in complexione ⁊ in ꝓprietate. Sciē dum eſt ꝙ multum competunt via cibi: ſpecialiter corporibus cholericis: generant enim ſanguinem acutum ⁊ pungitiuum et eſt raphanus malus ſto- macho faciens eructuationem ⁊ generat humorē groſſum/ ⁊ ſi digeſtius ſit debilis humorem cruduꝫ habet tamen virtutem ſubtiliatiuam ⁊ inciſiuam. Quidam aūt comedunt radicem ⁊ raphanum poſt alios cibos ad confortandum digeſtioneꝫ: de quo admiratur Gal. Unde verum eſt ꝙ experiētia do cet ⁊ dicunt ſapientes ꝙ ſi comedatur poſt alium cibum iuuat ad deſcenſum ⁊ ventrem laxat. Sed ſi comedatur ante alium cibum impellit cibum ad ſuperiora ⁊ vomitum inducit. Bonum eſt auteꝫ ꝙ comedatur cum aceto ⁊ ſale poſt alios cibos et in pauca quantitate verum eſt ꝙ oculis nocet ⁊ capi ti ⁊ valet contra morſum ſcorpionis ſumptus intꝰ ⁊ extra applicatus ⁊ ad coitum incitandum.

Modus comedē di.

De rapis ⁊ napis.

De rapis aūt ⁊ napionibus ſciendum ꝙ in ter radices magis conueniunt ad corpo- ris nutritionem ꝙ ſatis oſtenditur ex ami cabilitate ſui saporis. Hoc enim cōmune eſt omnibus edulijs ꝙ amara ⁊ pungitiua minꝰ ali mentum dant corpori quam dulcia. Et qꝛ napi et rape ſunt ceteris radicibus dulciores ⁊ minus pū gitiue magis cōpetunt via cibi ſed generant ſan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

guinē groſſum melancolicū ⁊ ſunt difficilis digeſtionis ventoſe ⁊ generāt humorem crudū ſi digeſtiua ſit debilis: habent tñ ꝓprietatem mirabilem ad confortationem viſus ⁊ bonum eſt ꝙ depurent a prima aqua ⁊ nullo mō comedi debēt cruda ⁊ napiones ſunt rapis laudabiliores. Et īcitāt ad coitū ⁊ ventrē molliunt ⁊ vias mundificant vrinales.

Incitat coitum

¶ De paſtinacis.

De paſtinacis aūt ſciendum ꝙ ſi fuerint albe poterunt cocte cum carnib⁹ ſumi vel ſine qñ conferunt eadem iuuamenta ventri ⁊ renibus ſicut rape: ſed expedit vt poſt ſumantur: ſed magis nutriunt ꝙ̄ rape ⁊ napones ⁊ indigeſtibilitas ineſt eis ſicut aliis radicibus ⁊ generant humorē groſſum ⁊ crudū ſi digeſtiua ſit debilis ⁊ humor qui generatur ab eis eſt mediocriter malus. Carne autem meliores ſunt paſtinacis: ſed multum nocent capiti humido ⁊ pulmoni.

¶ Capitulum decimumquintum De fungis.

Duplex eſt fungus.

Volo aūt poſt tractatum de radicibus aliquantulū loqui de fungis quia maiorem habēt ſimilitudinem cū radicibus ꝙ̄ cum herbis vel fructib⁹. Sciēdū aūt ꝙ eſt vna maneries fungoꝝ qua hoīes vtuntur: ⁊ ſpecialiter italici via cibi poſtꝙ̄ elixati ſunt vel frixi vel cōditi cum quibuſdā ſpeciebus ⁊ ſunt ſaporis delectabilis ⁊ vocantur apud gallicos cāpanioli ⁊ naſcuntur in pratis ⁊ in terra non corrupta vbi etiam animalia venenoſa non conuerſantur. Naſcentes autem iuxta cauernas animalium venenoſorum ⁊ in locis putridis iuxta plantas ſeu arbores mortife-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ras ſunt mortiferi. Sunt etiam quidaz fungi qui a tota ſpecie ſunt mortiferi. Fungi nõ mortiferi meliores ſunt ſicci q̃ꝫ virides: ⁊ bonũ eſt ꝙ cũ piris ꝑbuliantur in aqua ⁊ cum pulegio frigantur: ⁊ cum oleo oliuaꝝ dulci ⁊ ſupaſpergatur puluis quarũdam specieꝝ: puta zinziberis albi ⁊ cynamomi: et ſic corrigitur eorum malicia / ſunt etiã frigidi ⁊ humidi ⁊ talem humorem generant: ⁊ eoꝝ ſubſtantia eſt multum putrefactibilis. Et ſimilter humor generatur ab eis. Male igitur nutriunt ⁊ ſunt difficilis digeſtionis ⁊ digerantur ſi comedantur: ſed generant cholicam: ⁊ ex eis interdum ꝓuenit ſuffocatio anxietas ⁊ ſincopis ⁊ ſudor frigidus: ⁊ cura eius eſt ꝑ oximel diureticum cum decoctione hyſ/ſopi ⁊ pulegij ⁊ ſunt mala ſtomacho / valde: ⁊ bonũ eſt poſt eos bibere bonum vinum. Vſuz igitur fungorum omnino vitupero ſalua reuerentia italicorum qui eis vtuntur ad voluptatem.

Quidaz ſunt mortiferi.

Vſus fũgorũ malus.

## Capitulum decimumſextum de truffis.

Non ſolum aũt homines vtũtur fungis ſed etiam idijs ſeu truffis. Sic autem nominantur ab aliquibus. Alij autem nominant tuberas ⁊ ſunt radices ĩ terra ſine trunco ⁊ folijs figure rotunde coloris rubei ſaporis inſipidi: dulcedini aliquali appropinquantes: ⁊ puto ꝙ alimentum dant frigidum ⁊ humidũ ⁊ groſſum: generant enim humorem non multũ malũ ⁊ comeduntur crude ⁊ cocte. Subſtãtia eoꝝ eſt multũ terrea ꝓpt̃ qꝺ comedantur poſt aliũ cibũ iuuãt ad eiꝰ deſcẽſũ ab orificio ſtomachi. Et dicũt ꝙ-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dam ꝙ generant humorem melancolicum et nihil
Prepa-ratio. eſt eis par. Bonum eſt ꝙ primitun elixentur in aq
cum vitello oui poſtꝙ̄ primitus ſunt excorticati: ⁊
deinde condiantur cum oleo dulci: ⁊ addatur pul-
uis quarundam ſpecierum: et poſt truſflas debet
bibi bonum vinum. Uſus autem continuus eſt pe-
riculoſus corpori humano ex eo quod inducit pa-
raliſim ⁊ appoplexiā: cholicam: ſtranguriam ⁊ ſunt
dure digeſtionis grauantes ſtomachum: ⁊ multū
appropinquantes ad naturā fungorum ſed minus
mali ſunt ꝙ̄ fungi. Eligantur autem truffle que in
ueniuntur in terra arenoſa libera non nimis aquo
ſa: et dicunt quidam ꝙ ſicce ſunt deteriores humi-
dis ⁊ maxime comedantur in vere et generantur i
profunditate terre per viam putrefactionis. Un-
de videtur terra interdum effumare in loco in quo
generantur et niues exiſtētes in illo loco liquefiāt
penitus ⁊ ſic caliditatem quandā habent putredi-
nalem. Et ex hoc opinantur quidam ꝙ ſunt cali-
de complexionis ⁊ ꝙ humorem calidum generāt ⁊
ꝙ incitent ad coitum. Iſta tamen nō approbo q:
dictis ſapientum in iſta materia non concordant.
Securius eſſet eis non vti ſalua reuerentia eis vtē
tium plus ad voluptatem ꝙ̄ propter neceſſitatē
⁊ vtilitatem.

¶ Capitulum decimumſeptimum
De carnibus.

Quia bone carnes bonum ſanguinem gene
rant inter alia cibaria poſito ꝙ bene dige
rātur determinandum eſt de alimēto ſum
pto a carnibus in ſpeciali. Et primo de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alimēto ſumpto a quadrupedib9 domeſticis ⁊ ſil-
ueſtrib9. Et deide de alimēto ſumpto a volatilib9
tam domeſticis ꝙ ſilueſtribus. Primo dicemus de
alimēto ſumpto ex aialiū quadrupedum diuerſita
te; deinde ex membroꝝ eorūdem varietate. Scien
dū ꝙ animalium quadrupedū quedam ſunt boni ⁊
laudabilis nutrimenti: ⁊ quedam illaudabilis. Am
plius quedam ſunt facilis digeſtionis: ⁊ alia diffici
lioris ⁊ tardioris. Amplius quedaꝫ generant groſ
ſiorem ⁊ viſcoſiorem humorem: ⁊ alia ſubtilioreꝫ.
Item quedā carnes multi nutrimēti ſunt alie pau
ci. Carnes autem laudabilis nutrimenti de nume-
ro quadrupedū ſunt carnes capriuloꝝ iuuenū ſil-
ueſtrium ⁊ domeſticoꝝ ⁊ domeſtice ſunt ſilueſtri-
bus meliores. Silueſtres vero ſunt plus debito ſic
ciores: ſed carnes capraruꝫ antiquaꝝ ⁊ hyrcorum
ſunt ſimpliciter illaudabiles: ſiue ſint domeſtice vł
ſilueſtres. Amplius dico ꝙ carnes porcoꝝ nō anti
quoꝝ nō nimis iuuenū / ſed etate mediocriuꝫ: puta
vni9 anni vel duoꝝ tā domeſticoꝝ ꝙ ſilueſtriū ſunt
multū laudabiles corporib9 ſanis ⁊ fortibus: in q̄-
bus viget fortis calor. Et puto ꝙ ſilueſtres ſunt
domeſticis meliores eo ꝙ domeſtice ſunt plus de-
bito viſcoſiores ⁊ humidiores. Predicte autē car
nes ſi aliquātulū ſaliātur anteꝙ comedant: obtem
perat earū viſcoſitas. Et quidā ſimpliciter opinā
tur has carnes meliores eſſe inter quadrupedia: vł
eſſe ſimpliciter cōuenientiores corporibus noſtris
⁊ nobis magis ꝓportionabiles ⁊ magis nutritiuas
Amplius dico ꝙ carnes vituloꝝ lactātiū ſunt val
de laudabiles. Nō laudabiles autem carnes boum

De quadrupedibus.

Caprioli.

Vituli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veterũ: vel thaurorum: vel vaccarũ domeſticarũ vel ſilueſtriũ. Nam ſunt difficilis digeſtionis ⁊ mali chimi: ⁊ humorẽ generãt melãcolicũ. Unde earum vſus inducit leprã ⁊ quartanã: ⁊ ſpleneticã paſſionẽ / ⁊ ſimiles egritudines melãcolicas. Amplius carnes

Arietis. arietũ vnius anni ſpecialiter caſtratorum ſunt laudabiles: ⁊ a quibuſdam ſapiẽtibus que plurimũ approbate. Sed carnes arietũ non caſtratorum antiquorum et ouiũ ⁊ agnorum porcorum non ſunt laudabiles nec in ſanitatis regimine cõueniẽtes. Predicte carnes laudabiliores ſunt tẽporibus quibus habent paſcua meliora: tunc enim ſunt conueniẽtiores eſui. Unde carnes caprarũ ſunt meliores in eſtate in qua pullulationes quibus paſcuntur ſunt perfecte ⁊ ſimiliter quia boues indigent herba profunda pro eorum paſcuis ſunt in eſtate groſſiores ⁊ pinguiores ⁊ eſui conueniẽtiores. Oues autem ſecundum principiũ ⁊ mediũ veris ſunt cõuenientes: nõ enim indigent paſcere herba magna ⁊ profunda parua enim ſufficiẽter nutriri poſſunt. Ex dictis igitur elici põt quod carnes hyrcorum caprarum et arietũ ⁊ boũ ⁊ porcorum antiquorum ⁊ ſpecialiter non caſtratorum ⁊ porcellorum lactãtium ⁊ agnorum non ſunt multum cõuenientes in regimine ſanitatis: ſed carnes vitulorum iuuenum ⁊ arietum aialiũ ⁊ porcorum annorum duorum vel vnius: etiam caſtratorũ ſpecialiter conuenientes ſunt in regimine ſanitatis. Quidam autem opinantur vitulinas meliores ⁊ alii porcinas magis approbãt carnes annalis arietis caſtrati ſed in hoc eſt multum cõſiderãda cõſuetudo ⁊ appetitus hoĩs. Amplius conſueuerũt hoĩes ſani exiſtentes vti carnibus leporinis ⁊ cuniculorum ⁊ ceruorum.

Caprarum

Hyrcorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et iſte carnes ſunt mīce ⁊ talē humorem habent generare. Unde tales carnes du₃ pueniūt ad antiquitatē ſimplicit ſunt euitāde: ⁊ meliores aūt ſunt cū ſint partui ꝓpinque vt ſiccitas eoꝝ obtemperetur ab etate ⁊ p̄dicte carnes ſunt ſimpliciter euitande niſi ſint pingues. Nam ex earu₃ pinguedine obtemperatur ſiccitas. Unde quaſi idem videtur de carnibus p̄dictis ſicut de caprinis ſilueſtribus ⁊ domeſticis ⁊ bouinis. Nā carnes porcoꝝ ꝓportionabiles ſunt carnibus boū ⁊ carnes lepoꝝ ⁊ cuniculoꝝ ꝓportionabiles ſunt carnibꝫ capraꝝ. Sunt alia multa quadrupedia q̄ ſunt eſui incōuenientia ⁊ apud nos nō ſunt in vſu q̄uis tp̄e neceſſitatis homines eis vti poſſint vt vulpiū ⁊ lupoꝝ aſinoru₃ ⁊ equoꝝ ⁊ canū carnes. His enim carnibus homīes apud nos non vtuntur niſi in tp̄e neceſſitatis. Carnes autē vulpinas comedūt q̄dā venatores tp̄e autūni q₃ tūc pingues iueniunt. Impīguatur eñ ab vuis. Similiter carnibus canum iuuenum bene pinguium et caſtratorum vtuntur; quod tolerabile eſt tempore neceſſitatis. Et ſimiliter intelligitur de carnibus luporum. Deteriores autem his carnes aſinorum / equorum ⁊ camelorum et leonum carnes / et quia omnino predicte carnes diſtant a complexione hominis non approbo earum vſum niſi in magna neceſſitate. Carnes autem cuniculorum poſt carnes apri / et porci ſilueſtris / et caprioli ſunt conuenientiores in regimine ſanitatis. Et eſt diligēter notādū q̄d carnes declinātes ad ſiccitatē nō debēt aſſari ſ₃ elixari. Et declinātes ad hūiditatē debēt aſſari: vt earū

Leporis

Tp̄e neceſſitatis

Carnes aſinoru₃

Carnes cuniculorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

humiditas temperetur. Et ideo carnes cuniculoꝝ lepoꝝ: ceruoꝝ: ⁊ vitulorum ⁊ capriolorum debent elixari ⁊ carnes porcoꝝ ⁊ castratoꝝ: arietum aſſari: elixatio enim obtemperat ſiccitatē ⁊ aſſatio humiditatem. Et ex hoc patet ꝙ in temporibus ⁊ cōplexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad ſiccitatem ⁊ aſſate. In temporibꝰ autē ſiccis ⁊ cōplexiōe ⁊ etate ſiccis magis cōueniūt carnes declinantes ad humiditatē. Inter carnes predictas laudabiles quedā ſunt faciliores digeſtionis vt caprioloꝝ ⁊ cuniculoꝝ iuuenū. Et quedam difficilioris digeſtiōis: puta porcoꝝ ⁊ caſtratoꝝ arietū ⁊ aliqualiter antiquoꝝ ⁊ thaurorum iuuenum. Et q̄dam ſunt mediocris digeſtiōis vt carnes vitulorum vnius anni agni caſtrati ⁊ iuuenum lepoꝝ. Amplius carnium predictaꝝ laudabilium: quedā humorem groſſiorem ⁊ viſcoſiorem generant vt carnes porcine vel groſſiorem ſine viſcoſitate vt ceruine ⁊ bouine iuuenes. Et quedam generant ſubtiliorem ſine viſcoſitate vt carnes cuniculorum ⁊ caprioloꝝ. Et quedam ſubtiliorem cū aliquali viſcoſitate vt carnes cuniculorum ⁊ caprioloꝝ. Et quedam ſubtiliorem cum aliquali viſcoſitate: vt carnes agnorum iuuenum. Carnium etiam predictarum laudabilium: quedam plus nutriunt ⁊ quedam minus ⁊ alie mediocriter. Exemplum primi: porcus. exemplum ſecundi cuniculus exemplum tertij caſtratus aries. Amplius carniū predictarum laudabilium conuenit diueſitatē mēbrorum cōſiderare. Et primo quidē diuerſitatem mēbrorum que attenditur ſm intra et extra ⁊ ſm

Diuerſitas membrorum.

ante ꝛ retro:ꝛ ſm dextrum ꝛ ſiniſtru;. Quo ad pri mum ſciendu; ꝙ cõmuniter ꝛ regulariter membra exteriora ſunt magis laudabilia in ſanitatis regi- mine ꝗ̃ interiora. Mẽbra eñi interiora puta cere- brum/cor/pulmo/ſtomachus/epar/ſplen/ꝛ teſti- culi:renes ꝛ inteſtina non ſunt laudabilis nutrimẽ ti vel ſimpliciter/vel non ſicut exteriora. Sũt eñi difficilis digeſtionis ꝛ generatiua groſſi humoris Unde de cerebro eſt ſciendu; ꝙ eſt ſtomacho ma- lum nauſeatiuum ꝛ ꝛ fleumaticũ:ꝛ groſſi humoris generatiuum. Unde ſi bene digeratur alimentum dat corpori notabile:ſed nullo modo comedi deb; poſt alios cibos. Bonu; autẽ eſt ꝙ cũ origano vel calamento vel cum aliquo obtẽperantibus ei⁹ hu miditatẽ/viſcoſitatẽ/ꝛ frigiditatem:in quibus ſit virtus inciſiua ꝛ calefactiua apparet. Et ſicut eſt dictum de cerebro:ita intelligendu; eſt de oñibus medullis ꝛ nucha. Et conueniens eſt ꝙ ſi comedã tur ꝙ primitus aſſentur ſuper carbones vt earum viſcoſitates ꝛ humiditates obtẽperentur. Notan dum ꝙ comeſtio cerebelloꝝ ꝛ ſpecialiter capriolo rum conueniens eſt contra venena ꝛ cõtra morſu; venenoſoꝝ animaliũ. De corde ſciẽdu; eſt ꝙ diffi- cilis eſt digeſtionis ꝛ tarde pertranſiens. Si aute; bene digeraꝶ alimẽtũ nõ paucum dat corpori nec mali chimi:ꝛ ſpecialr̃ cor eduli. Sciẽdũ aũt ꝙ cor cerui ꝟtutẽ h; tyriacalẽ. De pulmone autẽ ſciẽdũ ꝙ eſt facilioris digeſtionis ceterꝫ interiorib⁹ qđ de clarat ei⁹ raritas ꝛ mollicies:ſ; alimẽtum dat fleu maticũ ꝛ paucũ:ꝛ puto ꝙ nõ multũ malũ ꝛ ſpecia liter pulmo eduli. Stomach⁹ autẽ ꝛ guttur ꝛ inte-

De cerebro.

de corde

De pulmone.

De ſtomacho.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtina:ꝛ matrix ſunt difficilis digeſtionis ꝛ tarde:et
De sple ne epate — non ſunt generātes bonū ſanguinē. Splenis autē
caro eſt peſſima:ꝛ ei⁹ caro eſt cachochimica:ꝛ eſt
mali ſanguinis generatiua ꝛ ſaporis indelectabi-
lis. Epar eſt dure digeſtionis:ſed multū nutrit et
generat ſanguinē cōuenientē ſuppoſito ꝙ nutrimē
testiculi. — tū ſit ex ficub⁹ ꝛ paſſulis multꝭ. Teſticuli autē ſunt
indigeſtibiles ꝛ cachochimi:ſꝫ ſi bene digerantur
bene nutriūt. Meliores autē ſunt porcoꝝ teſticu-
li. Inquātū eñ porcoꝝ caro ea que aliorum eſt me
lior intātum etiā teſticuli. Et hic eſt diligēter no-
tādum ꝙ teſticuli animaliuꝫ ꝑfectoꝝ in qb⁹ eſt iaꝫ
fermētatuꝫ ſemē ꝛ generatuꝫ nō ſunt boni nutri-
menti. Habent eñ aliqd fetens inſinuans naturaꝫ
ſpermatis:ſicut renunculi habēt aliquid fetēs inſi
nuans naturā vrine in eis generate ꝛ conſeruate.
Unde ꝛ propter hāc cauſam renunculi nō generāt
ſanguinē ſimpliciter bonum:ſed teſticuli animaliū
iuuenum adhuc coire nō potētium in qbus adhuc
nō eſt ſperma fermētatū ſunt ſatis laudabilis nu-
trimēti ſi bene digerant᷑. Quo ad mēbra exteriora
ſciēdum ꝙ ceteris paribus anteriora ſunt meliora
poſteriorib⁹:qꝛ magis a ſupfluitatib⁹ depurata ꝛ
forti calori ꝓpinquiora ꝛ magis mobilia:ꝛ cōmu-
niter min⁹ pinguia. Et ſilr dextera pars eſt melior
ſiniſtra:et vniuerſalr partes carnee meliores ſunt
nō carneis. Partes eñ ꝓuate carnib⁹ ſunt ſicut pe
des ꝛ oſtrorum ꝛ aures:ꝛ inter alias partes pedes
ſunt laudabiliores/ꝛ deinde aures. ꝛ oēs iſte ſunt
difficilis digeſtionis ꝛ pauci nutrimēti. Laudabi-
liores autē ſunt pedes porcoꝝ iuuenū. De coquā-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur autē ⁊ elixent̄ ī aqua: ⁊ poſt comedant̄ cū ace-
to vel ſinapio. Et interdū decoquant̄ cū olerib⁹: et
interdū cū ordeo: ⁊ efficiunt̄ digeſtibiliores: ⁊ ptiſa
na efficit̄ laudabilior ⁊ magis ſubductiua ventris.
Pedes autē porci ⁊ extremitates eduli lactātiū co
lericis cōferūt: ⁊ ſpecialr̄ ſi in tēpore calido maxi-
me cōdiant̄ in ſulſo. De partib⁹ autē carneis ſcien
dum ꝙ caro eſt duplex. vna eſt glādulosa ſicut ma- Duplex
millarū ⁊ teſticuloꝝ inguinū / ⁊ aſcellarū fauciū: ⁊ caro.
lingue ⁊ ſimiliū. Oib⁹ autē carnib⁹ laxis ⁊ glādulo
ſis cōmune eſt delectabiles apparere ſm eſuz. Nō
autē ex ipſis alimētū bene q̄dē digeſtū eſt bonū hu
morē gn̄at. qđ aūt min⁹ bn̄ digeſtū ē: humorē fleu-
maticū aut crudū gn̄at. Ex ptib⁹ q̄dē humidis fleu
matic⁹: ex duriſ autē crud⁹. Alimētū autē vbeꝝ q̄ſi
hꝫ lac inſinuat aliq̄d dulcedinis: ⁊ ꝑpter hoc dele-
ctabile eſt ipſis leccatorib⁹. Nō autē de teſticulis
eſt dicēdū: dictū eſt ſuperi⁹. Nutrimētū autē ligue
medium eſt inter nutrimētū carnis firme nō ſpon-
gioſe: ⁊ nutrimētum carnis ſpongioſe. Non eīn eſt
adeo laudabilis nutrimēti ſicut caro firma nō ſpō-
gioſa: nec adeo mala ſicut ſpongioſa. Lingua vero De lin-
vituli vel cerui eſt laudabilior ſicut teſticuli porco gua.
rum iuuenū ſunt laudabiliores. Et adhuc ſunt me-
liores teſticuli galloꝝ ſaginatorū: ⁊ pulmo eduli
alijs pulmonib⁹ laudabilior: et epar eduli eſt alijs
laudabilius. Et ſtomach⁹ galloꝝ ⁊ cerebrū cunicu
loꝝ: ⁊ cor ceruoꝝ eſt laudabili⁹ alijs. Carniū autē
nō ſpōgioſarū: nec glādulosaꝝ eſt melior q̄ cordi ꝓ
pinq̄or: cuiuſmodi ē caro coſtaꝝ: ⁊ q̄ ē iuxta oſſa: ⁊
q̄ eſt ī pte anteriori ⁊ ī parte dextra: ⁊ q̄ eſt pinguis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pinguedine moderata. Carnes autē maxime diſtātes a corde: in parte ſiniſtra: ꝛ ſine oſſibus ſunt minus bone ſicut carnes natis ſiniſtre. Eligantur igitur carnes in q̄bus ſunt oſſa / pingues / propinque cordi / anteriores ꝛ dextre. Eſt hic diligēter notādum ꝙ cuniculus hꝫ partes poſteriores ſatis bonas eo ꝙ illas partes ſemper eleuat ſup partes anteriores: ꝛ ſic ꝑ accidens pars poſterior eſt magis depurata a ſuperfluitatib⁹ vt q̄dā dicunt. ꝛ cū hoc ille partes ſunt magis pingues in cuniculis: ſed in hoc eſt materia cōſiderādi. Nunc reſtat dicere de volatilib⁹. Volatilia q̄ cōmuniter ſunt in vſu ſunt hec: gallus: gallina: capones: ꝛ anſeres: anates domeſtice: perdices: faſiani: pauones: grues: malardi: ꝛ ſimiles aues ſilueſtres degentes in aq̄s vt anates. Et etiā turtures: colūbe iuuenes / ſtrunelli / alaude / pulueri / paſſeres / ꝛ relique aues minute q̄ capiuntur in bladis: vt turdi meruli. Volatiliū autē que enumerata ſunt: quedā ſunt laudabilis nutrimēti: quedam illaudabilis. Et quedam ſunt facilis digeſtionis: ꝛ quedam difficilis. Et quedam ſunt temperate complexionis: ꝛ quedam diſtemperate. Laudabilis nutrimenti ſunt galline ꝛ earum pulli: capones iuuenes: ꝛ antiqui bene pingues et perdices iuuenes / ꝛ allaude / ꝛ turtures / et pulueri / coturnices / ꝛ aues parue que capiuntur in bladis. Alia autem volatilia ab iſtis ſunt illaudabilis nutrimenti difficilis digeſtionis ꝛ inequalis complexionis: puta carnes anſerū / anatū / ꝛ pauonū / ꝛ malardoꝝ. Et vniuerſalr̄ carnes auiū habētiū collū lōgū: ꝛ roſtrū lōgū degētiū in aquis oēs ſunt i[llegible]

*Propetas cuniculorum*

*De volatilibus.*

*Aues degētes in*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

laudabilis nutrimēti ⁊ difficilis digeſtionis:⁊ ge= nerāt humorē melācolicū. Silr ſtrunelli meruli et turdi ſunt graues ad digerēdum ⁊ groſſe nature. Paſſerū autē carnes ſunt calidiſſime:⁊ a tēpera= mēto longiſſime ⁊ multū excitātes coitū. Vñ non multū cōueniunt in regimine ſanitatis. Inter car= nes volatilium laudabiliū in regimine ſanitatis q̄= dam ſunt tēperatiores ⁊ tēperamento propinquo= res. Alie ſunt minus tēperamento propinque. Tē peratiores quedam ſunt galline iuuenes ⁊ gallina rum pulli ⁊ iuuenes pingues capones que tamen ad aliqualē caliditatē ⁊ humiditatē declinant. Si militer ⁊ perdices iuuenes ⁊ coturnices. Perdices tamē declinant ad aliqualē frigiditatē ⁊ ſiccitatē ⁊ ſunt ſicut galline deſerte. ⁊ habent ꝓprietatē cō ſtringēdi vētrē ⁊ elixe. Coturnices autē ſunt ſatis tēperate. Dicunt q̄dā ꝙ ex comeſtione coturnicis fit ſpaſmus ⁊ tethanus:ſed aliquātulū declināt ad caliditatē ⁊ ſunt ſubtilis ſubſtātie generantes bo= nos humores ⁊ multū cōpetunt ſanis ⁊ conualeſcē tibus. Reliqua autē volatilia ſuperius enumerata plus diſtant a tēperamēto: puta carnes colūbarū iuuenū ⁊ turturū iuuenū. Nā harū antiquarum car nes ſunt euitāde ꝓpter earū nimiā caliditatē ⁊ ſic= citatē ⁊ digeſtionis difficultatē. Antiqua autē co lūba mirabilē hꝫ ꝓprietatē in epilēticis ⁊ paralyti cis ⁊ turtures in acuēdo ingeniū. Hoꝝ tamē pulli ſunt cōueniētiores corporib⁹ ſanis:ſꝫ declināt ad ſiccitatē ⁊ caliditatē. Vñ euitari debēt in regioni bus calidis cōplexione, etate / ⁊ tēporib⁹ calidis. Aues parue q̄ capiunt in bladis vt allaude decli=

aquis il laudabi= les ſunt.

Volati= lia lau= dabilia.

Contra epilep= ſiam.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Diſvolatilia pauci ſunt nutrimēti.

nant ad ſiccitatē et caliditatē: ſed nō tm̄ vt turtu-
res ⁊ colūbe. Et eſt diligēter notādū ꝙ genus vo
latiliū omnium eſt pauci nutrimenti ſi cōparentur
generi peditātium: ⁊ maxime porcorum quoꝝ car
nes nullum aliud nutrimentū excedit in bonitate.
Sed volatilium caro eſt digeſtibilior: ⁊ maxime p̱
dicum ⁊ gallinarū: galloꝝ iuuenū / ⁊ columbarū / ⁊
allaudarū / ⁊ auium paruarū q̄ capiunt in bladis.

De mēbris volatiliū.

De interioribus volatilium reſpectu mēbroꝝ ex-
terioꝝ proportionabiliter dicendum eſt ſicut in pe
ditantibus dictum eſt. De inteſtinis volatilium ſi-
militer eſt ſciēdū ꝙ ſunt ſimpliciter ineſibilia: qua
rum tamen auium ventres eſibiles ⁊ delectabiles
ſunt valde: ſicut vētres anſerum impinguatoꝝ gal
loꝝ ⁊ gallinarum quoꝝ alimētum infuſum fuerit
in lacte: ſicut autē eoꝝ ventres ſic ⁊ epata non ſo-
lum ad eſum delectabilia ſunt: ſed maxime nutriti

Teſticulus galli

ua. Teſticuli galloꝝ iuuenum etiam ſunt boni nu-
trimēti ⁊ multū facilis digeſtionis. Cerebella vo-
latiliū laudabiliora ſunt cerebellis quadrupedum
quāto ſicciora eis. Ipſoꝝ autē volatiliū q̄ ſunt mō
tana cerebra ſunt antiquoꝝ cerebris meliora pro
portionabilr̄ alijs partib⁹. Criſtas ⁊ barbas gallo
rū nō collaudauit aliq̄s nec vituperauit. De parti
bus autē exterioribus volatilium ꝓportionabili-
ter eſt dicendum ſicut in peditantibus dictum eſt.
Partes enim anteriores ſunt meliores poſteriori
bus ⁊ dextra q̄ ſiniſtra: ⁊ pinguis mediocriter q̄
pinguedine denudata ⁊ propinqua cordi q̄ remo
ta ⁊ oſſuoſa parū q̄ oſſibus denudata. Unde ſcien

Ala bōa

dum ꝙ ale volatilium ⁊ ſpecialiter iuuenum pin-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

guium ydonee ſunt ad digeſtionē ⁊ nutritionem: ⁊ ſimiliter gallinarum ⁊ galloꝝ pinguium ⁊ iuuenuꝫ ſimiliter ⁊ caponū. Optime quidē ſunt ille ale que ſunt nutritoꝝ bene ⁊ iuuenum: peſſime vero q̄ macilentoꝝ ⁊ prouectoꝝ. Et eſt diligenter notanduꝫ ꝙ volatilia que ſunt dure carnis vt pauo ⁊ anſer ⁊ antiquus capo, ⁊ anas, ⁊ grus indigent multa mora poſt eoꝝ occiſionē anteq̄ꝫ decoquant̄ ⁊ comedātur: ⁊ oppoſitum eſt de volatilibus mollis carnis ⁊ facilis digeſtionis. Non enī indigent multa mora poſt eoꝝ occiſionem anteq̄ꝫ decoquantur. Et quāto carnes volatilium ſunt groſſiores ⁊ minus putrefactibiles tanto indigent maiori mora vt carnes eoꝝ molleſcant: ⁊ fiāt magis apte ad decoctionem ⁊ digeſtionē: vt eorum aromaticitas reducatur de potentia ad actum ex longa mora. Et pauones maxime indigent longa mora inter volatilia omnia: et deinde agrones et grues: et deinde capones antiqui: deinde galline et galli iuuenes. Cetera autem volatilia pauca vel nulla mora indigent. Bonum igitur eſt ꝙ pauo conſeruetur per tres dies vel per duos ⁊ campo iuuenis vel galline iuuenes per duodecim horas ad minus et cāpo antiquꝰ ꝑ vigintiduas: ⁊ grues ⁊ agrones ꝑ duos dies vel diē cum dimidio. Amplius diligēter eſt notādum ꝙ modus decoctionis multū eſt cōſiderandus in carnibus pēditantium et volatilium. Nam que decoquuntur in aqua dulci dāt corpori humidius alimentum et facilius digeruntur. Aſſata autem ⁊ frixa ſicciora ſunt ⁊ tale dāt corporibꝰ nutrimentum: ſimiliter domeſtica ceteris paribus dant

De mora poſt occiſionem.

Modus decoctionis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aliis humid⁹ nutrimētum ⁊ faciliōris digeſtionis ⁊ plurium ſuperfluitatum ꝙ ſilueſtria. Et habitātia in montanis ⁊ in locis ſiccis dant corpori ſicci⁹ alimentum ⁊ minorum ſuperfluitatum ⁊ magis mundum ⁊ minus reſolubile et difficilius conuertibile ꝙ habitātia in locis aquoſis ⁊ humidis. Et debet hec comparatio fieri in eadem ſpecie ⁊ ceteris paribus ex parte etatis habitudinis ⁊ ſimilium. Et quia limacie videntur habere conuenientiam cum carnibus peditantium: ⁊ quidam ex eis quotidie comedunt breuiter hic de eis eſt tranſeundum inquantum habent alimenti virtutem. Sciendū igitur ꝙ carnem habent duram ⁊ propter hoc indigeſtibilē: ſi tamen digeratur maximi nutrimenti exiſtit. Et quia aqua decoctionis earum eſt ventris ſubductiua propter hoc aliqui cōdientes hoc brodium cum oleo ſale ⁊ vino vtuntur brodio ad ſeceſſum eorum que ſecundum ventrem. Si autem velis ſolo nutrimento eius vti carnē huius animalis decoctam in aqua tranſpone in aliam aquam. deinde iterum illud decoques. ⁊ ſic ſecundo ⁊ tertio decoques ꝙ tenera fiat caro preparata enim ſic reſtringit ventrem ⁊ alimentum ſufficiens corporibus exhibet intantum etiam ꝙ multum competit volētibus impinguari. Multas bonas alias proprietates quas memini me ſcripſiſſe in conſilio per me ordinato ad emoptoycam paſſionem: in quo etiam loco ſufficientius electionem. require limatiarum et modum preparationis et iuuamenti eorum.

De limacijs.

## Capitulum. xviij. De piſcibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

C Onſequenter determinandū eſt de pi- Piſces
ſcibus. Sciendum igit̄ ꝙ piſces reſpe- ſunt na-
ctu carniū ceteris parib⁹ minoris ſunt ture fri-
nutrimēti ⁊ facilioris digeſtionis ⁊ nu gide.
trimētuz eoꝝ eſt magis ſup̄fluū ⁊ fleumaticū ⁊ fri-
gidū ⁊ humidū ⁊ min⁹ manſiuuz. Et quidā dicūt ꝙ
ſunt ad digerendū duri ⁊ longā faciūt morā in ſto-
macho ⁊ ſitim generāt: ⁊ ſi ſint ad digerēdum duri
⁊ longā morā faciūt in ſtomacho hoc eſt ratiōe fri
giditatis ⁊ viſcoſitatis: ⁊ quia in eoꝝ digeſtione la
borat ſtomach⁹ ⁊ interdum corrūpuntur in ſtoma
cho ⁊ qualitatē quandaz ſuſcipiunt putredinalem
⁊ ſitim generāt. Et vt ſit ad vnū dicere carniū lau
dabiliū nutrimentū melius nutrimento piſciū. Et
eſt ſciendum ꝙ piſces marini ſunt meliores piſcib⁹
aque dulcis ceteris paribus. Eoruz enim nutrimē
tum minus eſt ſuperfluicum ⁊ fleumaticū ⁊ nature
carniū magis propinquum: ſed q̄ꝛ ceteris paribus
piſces marini ſunt durioris carnis piſcibus aque Piſces.
dulcis: ideo ſunt difficilioris digeſtiōis ⁊ reſolutio marini.
nis ⁊ pluris nutrimenti ⁊ purioris. Vnde iudicio
meo meliores ſunt in regimine ſanitatis q̄ piſces
aque dulcis. Et eſt diligenter notandum ꝙ in pi-
ſcibus tā marinis q̄ aque dulcis eligendi ſunt quo
rum caro non eſt viſcoſa ſed frangibilis: nō multū
groſſa ſʒ ſubtilis: nō grauis odoris ſed ſuauis: nec
cite putrefactionis ſed ſufficiētis durationis: non
mali coloris ſed albi ⁊ quoꝝ habitatio non eſt in
lacubus: ſtagnis: nec in locis ſordidis nec in aquis
habentib⁹ multas herbas: qui etiam non ſint ma-
cri nec valde iuuenes nec valde magni. Et q̄ ſunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Piſcis ſquamoſus melior.

velocis mot⁹ ⁊ pauce viſcoſitatis. Et ſi piſces marini qui capti fuerint in fluminibus multū diſtantibus a mari: tales vtiqꝫ piſces primis cōditionibus ſuppoſitis pre ceteris erunt eligendi. Ampli⁹ ſuppoſitis predictis cōditionib⁹ quanto ſquamoſiores tāto meliores. Et ſimiliter intelligatur de ſpinis. Hec eñ ſignificant puritatem ſubſtātie piſcis. Inter piſces marinos capti ⁊ nutriti in mari profundiori ⁊ magis agitato ⁊ ad qḋ eſt curſus plurium fluuioꝝ plurimum ſunt ⁊ meliores. Et ex hoc concludit ꝙ piſces capti ⁊ nutriti in mari mortuo non ſunt ita laudabiles ſicut qui capti ſunt in alio mari. Et ſimiliter capti in mari meridionali nō ſūt adeo ſani ſicut ī ſeptētrionali: quod magis eſt agitatū. Eſt eñ magis tēpeſtuoſum ⁊ velocioris fluxus ⁊ refluxus. Et ſimiliter intelligitur de piſcib⁹ aque dulcis. Naꝫ ceteris paribus quanto aqua eſt ꝓfundior ⁊ mobilior tanto piſcis in ea nutritus ē melior. Ex his igitur elici poteſt ſufficiēter qui piſces ſunt vituperabiles ⁊ laudabiles de piſcibus q̇ ſunt in vſu. In his partibus gallicanis.

Electio piſcium.

Et primo dicemus de piſcibus marinis, deinde de piſcib⁹ aq̄ dulcis. Dicamus igitur ꝙ beſtiales ſicut porc⁹ marinus: canis marinus delphin ⁊ morus non multuꝫ competunt in ſanitatis regimine. Sunt enim difficilis digeſtionis ⁊ groſſi humoris ⁊ multe ſuperfluitatis.

Piſcis beſtialis

Nec in carnibus predictorum piſcium apparent cōditiones ſuperius enumerate: puta albedo ſubtilitas frangibilitas ⁊ quātitatis mediocritas motus velocitas ⁊ odoris ſuauitas. Et ſi hos piſces ⁊ conſimiles comedi contingant nō ſtatim ſūt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

comedēdi aut coquendi poſtq̄ capti ſunt ſed ob=
ſeruādi ſunt per aliquos dies quouſq; eoꝝ carnes
molleſcant ⁊ tremeſcant ſine ſubſtantie corruptio
ne. Amplius predicti piſces meliores ſunt ſemi ſal
ſi q̄ recentes. Piſces autem perfecte ſalſi non cō=
petunt in ſanitatis regimine ſicut nec carnes. Naꝫ
male nutriunt ⁊ parum et tarde. Et de alijs piſci=
bus marinis ſciendum q̄ conſideratis conditioni=
bus ſupradictis laudabilibus mihi apparet q̄ ro=
getus ⁊ gornatus inter piſces marinos ſunt lauda
biliores: nam eorum caro eſt alba ſatis ſubtilis et
frangibilis boni ſaporis ⁊ odoris delectabilis ⁊ eo Roget⁹
rum ſubſtātia apparet puriſſima. Et poſt hoc pla gornat⁹
gitia ⁊ ſola: ſed horum caro eſt magis viſcoſa ⁊ mi ⁊ ſūt lau
nus frangibilis ⁊ minus alba ⁊ magis groſſa ⁊ mi dabilio=
nus ſubtilis nec horum ſapor aut odor eſt ita dele res.
ctabilis. Et forte piſcis merlengus eſt laudabilior
poſt rogetū. Non eñ eſt tante groſſiciei ⁊ viſcoſi=
tatis ſicut plagitia ⁊ ſola ⁊ eius ſubſtantia eſt ſatis
frangibilis ſed cōſideratis ſapore ⁊ odore cuꝫ co
lore ⁊ ſubſtantie puritate ⁊ nobilitate deficit in bo
nitate a rogeto ⁊ goranto: ⁊ ſimiliter intelligatur
de allece. Et morua iuuenis ſatis appropinquant Merlen
predictis in bonitate cōſideratis p̄dictis conditio gus.
nibus eſt tñ groſſior ⁊ viſcoſior predictis piſcibus. Morua.
Salmones aūt ⁊ turboti ⁊ maquerelli ⁊ cōgri mul Salmō.
tū deficiūt a bonitate rogetoꝝ. Sūt eñ multū groſ
ſiores ⁊ viſcoſiores ⁊ magis ſunt ſupfluitate pleni.
Vñ nō cōpetūt niſi exercitantib⁹ fortib⁹ iuuenib⁹
robuſtis cū q̄buſdam ſalſis eorum groſſiciei viſcoſi
tati ⁊ frigiditati repugnantibus. Rogia eſt pro=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pinquior predictis immediate in bonitate & malicia. Sepia autem ceteris enumeratis eſt deterior ſicut facile eſt videre cōſideratis conditionibus ſuperius enumeratis. Omnes enim piſces ſuperius enumerati meliores ſunt frixi vel aſſati ꝙ̄ elixati. Et elixati in vino cū quibuſcūqꝫ ſeminib⁹ vel herbis eoꝝ viſcoſitati & frigiditati repugnantibus ꝙ̄ in ſimplici aqua cocti. Cutis aūt piſcium ſpecialiꝶ frixoꝝ in multo oleo ſimpliciter eſt euitanda. Et vniuerſaliter eorum interiora euitanda ſunt ꝙ̄uis quorūdam piſciuꝫ epata ſimiliter & capita ſunt guſtui multum delectabilia: ſicut patet de epate morue & capite eius: & de oculis quorundam aliorum: ſicut melius me nouerunt leccatores. Preter aūt hos piſces marinos quidaꝫ alij de genere oſtracordermacum qui ſunt in vſu. Nos aūt ſolum facimus mētionē de oſtreis & molis quibus ſolis gallici vti cōſueuerūt. Aqua decoctionis earū quandam habet viſcoſitatem ratione cuius ventrem laxat: ſed predictoꝝ caro ꝑfecte cocta in pluribus aquis per decoctionē depurata inter alios piſces ſufficiēter nutrit ſicut de limacijs dictum eſt: & ventrē ſtringit & inter alios piſces plus ſtomachuꝫ cōfortat & minori frigiditate participat. Humor tñ a talibus generatus ſicut & ceteroꝝ piſcium eſt crudus vel fleumaticus: crudus quidē oſtracordermacū habētiuꝫ carnē durā & fleumaticus oſtracordermacū habentiū carnem minus duram cuiuſmodi ſunt & oſtree & mole que ſunt in vſu. Humor igitur ab his generatus fleumaticus eſt ſed minus ꝙ̄ ceterorūꝫ piſciū.

De piſcibus aque dulcis qui apud nos ſunt in vſu

Rogia ſepia.

Modus preparādi.

Natura oſtreorū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicamus ꝙ conſideratis cõditionibus ſuperiꝰ enu
meratis: puta coloris albedie / frãgibilitate: ⁊ ſub
tilitate ſubſtãtie ⁊ ſapore: ⁊ odoris ſuauitate ⁊ me
diocri quãtitate: et cõpetẽti ſquamoſitate ⁊ velo-
ci motu: ⁊ aqua in qua reperiri cõſueuerũt bonita-
te meliores ſunt piſcibus qui capiũtur in aqua pe
troſa currente verſus ſeptẽtrionẽ profunda multe
agitationis ad quam non confluunt ſordicies ciui
tatũ in qua etiã nõ ſunt herbe male. Et mihi appa
ret ꝙ parca ⁊ lucius mediocris obtinẽt primũ gra
dũ ſuppoſito ꝙ ſint pingues. Et deinde vẽdoſie: et
deinde locia; ⁊ ꝗuis carpo ſit ſquamoſior predi-
ctis / tamen non habet carnem adeo albã: nec fran
gibilẽ: nec ſubtilẽ ſicut lucius et parca / et ſepius re
perit i ſtagnis. Anguilla aũt dato ꝙ ſit laudabilis
guſtui tamẽ conſideratis conditionibus predictis
piſciũ eſt mala. Sed lãprede parue ſunt laudabi-
liores anguillis ⁊ minus periculoſe. Nõ eñi ſunt tã
te viſcoſitatis nec groſſiciei ſicut patet ad ſenſum.
Et ſicut dicimus de anguilla inter piſces aque dul
cis: ſic intelligimus de lampreda. Unde ſalua reue
rẽtia vtentiũ iſte piſcis eſt valde periculoſus ꝗuis
ſit ori ſaporioſus. Horum eñi piſciũ in aqua ſimi-
lis eſt generatio generationi ſerpentũ in terra. Un
de multũ dubitandũ eſt ꝙ nõ ſint venenoſi. Unde
eoꝝ capita et caude in quibꝰ venenũ conſueuit eẽ
⁊ ſimiliter interior ſpina nullo modo ſunt edenda.
Bonum eſt etiã propter eorum viſcoſitatem ꝙ ſub
mergãtur in vino optimo viue et dimittantur ibi-
dem quouſqꝫ mortue ſint: ⁊ deinde preparentur cũ
galentina optimaruꝫ ſpecierum ſm ꝙ coci magno

Parca ⁊ lucius vẽdoſia.

Anguilla.

Lampreda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum dominorũ cõſueuerũt facere. Laudo tñ ꝙ pre bulliantur prio duab⁹ ebullitiõibus in vino ⁊ aqua ⁊ illa abiecta decoquãtur ad pfectionẽ ⁊ fiat galẽ tina vel paſtillatura: vel aſſatura: ⁊ cũ ſalſamento appropriato comedantur. Cõmodius eſt tñ manerię huiuſmodi piſciuz dimittere. Jam eñ multi ex eorũ vſu ſunt periclitati. Unde conſideratis cõditionibus ſupradictis inter oẽs piſces peſſimi ſunt ⁊ minime comedẽdi. De cãcris aũt fluuialibus et marinis quaſi eadẽ ratio eſt ſicut de oſtreis et molis niſi ꝙ difficilioris digeſtiõis ſunt ⁊ pluris nutrimẽti ſunt: ⁊ nõ facile in ſtomacho corrũpũtur ſicut multi alioꝝ piſciũ: ⁊ habẽt quandam viſcoſitatem ratione cui⁹ laxant ventrẽ niſi decoquãtur in pluribus aquis: ⁊ ſic aqua decoctionis eoꝝ fit maxime laxatiua. Et eoꝝ ſubſtãtia ventrẽ cõſtringit ⁊ ſufficiẽter nutrit. Et eſt eius ſatis laudabile nutrimẽtũ inter piſces. Eſt etiã diligẽter notandum ꝙ piſces corp⁹ humectãt: ⁊ lac ⁊ ſperma multiplicãt ⁊ multũ cõpetũt colericis: ⁊ loquor de recẽtibus piſcibus. Nõ ſunt comedendi piſces poſt forte exercitiũ: vel poſt fortẽ laborẽ: qꝛ tũc de facili corrũpuntur. Amplius habẽtes ſtomachũ debilẽ: vel malis humoribus plenũ nõ gaudeã in eſu piſciũ. Amplius ſciendũ ꝙ piſces groſſi ⁊ viſcoſi ſemi ſalſi meliores ſunt recẽtes. Et saliti multi tpis nõ ſunt boni. Ampli⁹ piſces ⁊ carnes nõ ſũt ſimul edẽda: nec piſces ⁊ lacticinia. Nec piſces comedendi ſunt poſt alios cibos. Ampli⁹ piſces laudabiles parũ ſaliti ⁊ in pauca quãtitate ſumpti reuocãt appetitũ: ⁊ ipz corroborãt ſpãlit ſi qs habuerit appetitũ ad eos.

Propietas piſcium.

¶Capitulum decimumnonum.

De animalium ſuperfluitatibus.

Natura ſanguinis.

CONſequenter dicamus de animaliũ ſuperfluitatibus que ſunt in vſu puta de lacte ouis ⁊ ſanguine. Primo ergo dicamus de ſanguine. Sciendũ igitur ꝙ oĩs ſanguis eſt difficilis ad digerẽdũ: ⁊ maxime q̃ eſt groſſus ⁊ melancolic⁹ cuiuſmodi eſt ſanguis boum. Sãguis aũt leporis eſt alij delectabilior. Et ĩ multis eſt in cõſuetudine ipſuꝫ coquere cũ epate ⁊ cũ quibuſdã alijs viſcerib⁹. Quidã etiã vtunt̃ ſanguine porcoꝝ iuuenũ ⁊ magnoꝝ caſtratoꝝ: ſed ſanguis porcoꝝ nõ caſtratoꝝ eſt indelectabilis ⁊ difficilis digeſtionis. Sanguinẽ aũt capriolorũ iuuenum quidã dicũt eſſe delectabilẽ. Ampli⁹ quidã dicũt ꝙ bon⁹ eſt ſanguis gallinarũ et colũbarum impinguataꝝ: ⁊ tñ eſt deterior ꝙ̃ porcoꝝ nõ caſtratorum: nec ad delectationẽ: nec ad digeſtionẽ valet. Multum tñ deficit a ſanguine lepoꝝ: ſꝫ qꝛ oĩs ſanguis eſt indigeſtibilis ⁊ ſuperfluicus ſcḋm quemcũꝙ modũ quiſlipſum preparauerit non eſt vtenduꝫ eo in ſanitatis regimine niſi in caſu neceſſitatis.

Oĩs ſanguis eſt indigeſtibilis.

¶De lacte.

De lacte capre.

DE lacte ſciendum ꝙ lac eſt boni nutrimenti: facilis digeſtionis: ⁊ ſatis nutrit. Eſt autem eligendum lac mediocre et non ſubtiliſſimuꝫ: cuiuſmodi eſt lac cameli: nec groſſiſſimum et pinguiſſimum: cuiuſmodi eſt lac vaccarum / et pecudum. Eligendum igitur eſt lac capre: non enim habet tantum aquoſitatis ſicut lac cameli: quod non eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aptum ad nutriendum ratione nimie humiditatis: nec habet tantum pinguedinis ⁊ groſſiciei ſeu caſeitatis / ⁊ butyroſitatis ſicut vaccarũ ⁊ pecudum. Et cũ componẽtia lac ſunt magis cõmenſurata in lacte ⁊ minus excedentia et exceſſa / magis eſt conueniens in ſanitatis regimine. Lac eñ humidiſſimũ ventris eſt ſubductiuum. Et lac groſſiſſimuz ⁊ pinguiſſimum eſt venarũ opilatiuũ ⁊ ventoſitatum generatiuum ⁊ difficilioris digeſtionis ꝙ ſit neceſſariũ in regimine ſanitatis. Eligaṫ igitur lac capre non nimis propinquuz partui / nec nimis diſtãtis a partu nõ pregnantis: nutrite in bonis paſcuis et in tempore quo reperiũtur meliora paſcua in quo animalia ſunt pinguiora. Et qꝛ lac eſt facilis digeſtionis ⁊ corruptionis nõ eſt comedendũ cum alijs cibis ⁊ ſpecialiter cuz piſcibus. Similiter comedẽdum eſt cũ trahitur ab vbere. Si eniz remanet per tempus notabile corrumpitur a cõtinente. Bonuz eſt etiã ꝙ admiſceatur aliquantuluz mellis vel zuccari vt ipſius corruptio in ſtomacho impediaṫ vẽtoſitatum in lateribus generatio ⁊ dentium et gingiuarũ leſio / ⁊ capitis grauedo. Uſus enim lactis capitis dolorem inducit / ⁊ gingiuas laxas efficit: ⁊ dentes putrefactibiles ⁊ corroſos cauſat. Unde bonum eſt poſt aſſumptionem lactis transglutire aquam mellis et ſimiliter gargarizare / ⁊ ex eo os et dentes lauare ⁊ ſcđo poſt aquam mellis vti eodem modo vino pontico / ⁊ ſpecialiter propter gingiuas ⁊ dentes. Et ſi dubitaremus capitis dolorẽ nullo mõ poſt lac bibaṫ vinum niſi valde aquaticum. Qui autem magis grauantur ex vſu lactis

Lac facile corrũpitur.

Facit dolorem capitis.

Incõmodo lactꝭ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt habentes capita debilis ⁊ venas epatis ſtri-
ctas: ⁊ ſtomachum debilē ⁊ immundum. Uſus con
tinuus lactis ſeroſi non eſt periculoſus omībus ex
vrentibus ſicut lactis non ſeroſi: ſed caſeati pluri-
mum. Nā lac caſeatū plurimum ledit eos ꝗ ſunt di
ſpoſiti ad lapidis generationē ⁊ venaruꝫ opilatio
nē. Pectori autē eſt omne lac bonū ⁊ pulmoni. In
quibus autē dubitatur fluxus ventris abſtineāt
lacte ſeroſo: quia ventrē facile ſubducit. De lacte
autē coagulato ſiue ignito ſiue bullito et decocto
ſciendum ꝙ lac bullitum ⁊ decoctū caret ſubſtātia
ſeroſa. ⁊ ideo efficitur difficilioris digeſtionis ma
ioris opilationis ⁊ vētoſitatis ⁊ groſſioris humo-
ris: nec tm̄ cōuenit in regimine ſanitatis ſicut ⁊ ce-
tera. Et ſilr̄ intelligitur de lacte decocto cuꝫ fer-
ro ignito vel lapidibus ignitis: niſi ꝙ lac iſto mo-
do decoctum acquirit quandaꝫ ſtipticitatē ſeu ſti-
pticam qualitatē ratione cuius ſtomachum cōfor-
tat ⁊ viſcera ⁊ magis ꝙ̄ aliter coctum vel non co-
ctum ſimpliciter. Unde non ita cito corrumpitur
in ſtomacho. Et eſt cibꝰ ꝯueniēs ſatis his aquoſuꝫ
ſtomachis cito deſcēdit cibꝰ āteqū digerat̄ ꝑfecte.
Et quia lac ventrem laxat ratione cuiuſdaꝫ nitro
ſitatis in aquoſitate lactis qua totum lac partici-
pat: ⁊ non ſolum aqua ipſius. Bonuꝫ eſt ꝙ cum la
cte permiſceatur aliqua aqua mixta ſimul cum la-
ctis ſeroſitate per ignitionem vel ebullitionem to
taliter conſumatur: ⁊ ſic preparatum lac erit ven-
tris minime ſubductiuum. Lac autem coagulatuꝫ
virtute coaguli diſtinguentis ſerum a caſeo ſiue ſe
roſitate ſumptum eſt minus conueniens ꝙ̄ lac ſim

Pecto- ri cōfert

De lacte de lacte cocto ignito.

Uētrem laxat.

Lac co- gulatū.

plex propter ipſius groſſiciem: nec eſt ita ſtomacho conueniens et ceteris viſceribus ſicut lac per ferrum ignitum decoctum. ſed ſi comedatur ſeruz ſimul cum caſeo in lacte ſic coagulato: quia eſt eadem ratio de lacte ſimplici ⁊ coagularo niſi ꝙ ratione coaguli minus laxabit ventrem ⁊ plus morabitur in ſtomacho ⁊ erit maioris caliditatis ⁊ ratione diſtinctionis partiuz lactis natura magis laborabit in digerendo. Unde omnibus conſideratis minus competit in regimine ſanitatis ꝙ̃ lac nõ coagulatum. Preter maneries lactis enumeratas eſt vna maneries lactis acetoſi; ⁊ eſt groſſioris ſubſtantie/difficilioris digeſtionis; frigidioris complexionis alijs maneriebus lactis ⁊ minus conueniens corporibus ſanis ⁊ ad frigiditatem declinãtibus ⁊ ſpecialiter ſm ipſorum viſcera non competit: ſed dentibus ⁊ gingiuis ⁊ capitibus ſanoruz corporum minus obeſt. Non enim ſic capitis dolorem inducit nec gingiuas laxat nec dentes ad putrefactionem corroſiuam diſponit: ratione tamen ſue frigiditatis dentes ledit ⁊ neruos ſicut alia frigida. Nam frigidum inimicum eſt neruis dentibus et oſſibus: ⁊ ſpecialiter ſi tota complexio corporis ad frigiditatem declinet ⁊ tempus et etas frigida fuerit ⁊ eo magis ſi cerebrum ⁊ orta ab eo a radicali complexione declinet ad frigiduz. Et vt ſit ad vnum dicere corporibus ſanis non competit via cibi ⁊ minus corporibus frigidis ⁊ ſpecialiter tempore frigido et etate ſenili. Corporibus tamen colericis ⁊ ſpecialiter ſm eorum viſcera ⁊ tempore ⁊ etate ⁊ regione calidis: hoc lac ſatis eſt conueniẽs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et ſufficienter digeritur ⁊ conuenienter nutrit; nec in eorum ſtomachis acetoſabitur. Amplius nec in fumos colericos conuertetur. Calidis igitur corporibus lac acetoſum non ſolum non obeſt ſed ſufficiēter prodeſt. Sed habētes renes calidos ⁊ meatus ſtrictos non debent hoc lacte vti. Naz eius eſt cauſa generationis lapidis in talibus corporibus ⁊ opilationis venarum. Si autem habet meatus amplos ſpecialiter ſm renes ⁊ veſicam: improporционabiliter caliditati generationis lapidis periculum totaliter eſt ſublatum. Lac generat lapidem.

## De caſeo.

De caſeo vero eſt ſciendum ꝙ caſeus recens eſt frigidus et humidus et groſſe ſubſtantie et digeſtionis et opilatiuus ⁊ lapidis generatiuus et non multum competit via cibi in regimine ſanitatis. Et caſeus vetus eſt calidus et ſiccus propter ſal et tendit ad aduſtionem difficile digeritur: parum nutrit et male et minus competit ꝙ̄ recens. Parum nutrit. Et ſi aliquis caſeus eſt bonus: medius eſt inter nouum et veterem: viſcoſum et frangibilem: durum et mollem et parum declinans ad aliqualem dulcedinem non nimis ſalſus nec nimis parum / nec albi coloris / nec ſpongioſus / nec lachymoſus cū inciditur: nec cedens tactui comprimenti ad modum panis bene fermentati non leuis ſed ponderoſus: ſaporis delectabilis ⁊ boni odoris: cuiꝰ i ſto

p.ij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

macho mora non eſt diuturna: ex bono lacte conſenienter factus ſufficienter vnctuoſus. Talis vti ꝙ caſeus bonus eſt ⁊ inter alios magis eſt eligendus: ⁊ poſt cibum ſumptum non multuz nocere poteſt in regimine ſanitatis. Multa vero quantitate quicunqꝫ caſeus ſumptus in via cibi vniuerſaliter eſt malus ſtomachum grauans ⁊ inobediens digeſtioni ⁊ opilatiuus et lapidis in renibus generatiuus: ⁊ humorum groſſoruz in corpore cauſatiuus Solus igitur ille caſeus eſt ſanus quem dat auara manus.

Multa q̄titas mala.

## ¶ De butiro.

De butiro autē ſciendum ꝙ ratione ſue humiditatis et vnctuoſitatis plurime non competit via cibi: immo ſi quis eo vtatur in quantitate notabili abominationē inducit ⁊ facit cibum ſupernatare in orifi cio ſtomachi ⁊ ventrē plus debito laxat ⁊ vomituz inducit. Nullo ergo modo butirum eſt comedendū via cibi ⁊ in quantitate notabili ⁊ ſpecialiter non comedatur poſt alios cibos ſed ad condimentum cibariorum ſatis conuenit ſicut oleum oliuaruz q̄uis butirum ſit calidius oleo ⁊ multum humidum. Et quando vtimur butiro ad comedendum cum alijs cibarijs: ſiue ad condiendum non eſt tantum decoquendum ſicut oleum. Nam eſt maioris paſſibilitatis q̄ oleum. Unde ex magna ebullitione virtus eius totaliter exalat: ſed oleuz eſt magis viſcoſum ⁊ minus reſolubile: ⁊ ideo plꝰ ſuſtinet de ignis acuitate quapropter ex eo ꝑfectiꝰ cibaria ꝯdiunt̄ q̄ ex butiro; iꝫ carētes vtunt̄ butiro loco olei.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶De ouis.

De ouis eſt ſciendu*z* q*uod* oua gallinaru*z* *et* faſiano*rum* iuuenum et pinguium ſunt bona in ſanitatis regimine *et* alijs ouis ſimpliciter meliora: ſuppoſito q*uod* ſint recētia. Et inter oua recētia gallinarū ceteris paribus oua paruula oblonga ſunt meliora. Vn*de* *ver*ſus. Filia presbyteri iubet *pro* lege teneri. Quod bona ſunt oua candida: longa noua. Amplius oua tremula ſunt meliora duris *et* ſorbilibus: et talia oua ſunt multi nutrimēti *et* boni *et* facilis digeſtionis *et* generant ſanguinē maxime proportionalē cordi. Unde conualeſcētibus ſenibus *et* debilibus maxime cōueniunt ſpecialiter vitellum. Et albumē oui nō eſt malū ſi nō ſit induratū. Albū tamē durū ſimpliciter eſt euitādum. Oua autē in cinerib*us* indurata *et* frixa in patella quouſq*ue* ſunt indurata reſpectu tremulo*rum* peſſimum dant corpori nutrimentū *et* ſunt difficilioris digeſtionis *et* multarū ſuperfluitatum. Sorbilia autem ſunt facilis digeſtionis et leniunt pulmonem *et* pectus: ventrē ſubducunt et minus nutriunt q*uam* tremula. Cocta autem et indurata ſunt difficilioris digeſtionis *et* mali nutrimenti *et* tarde pertranſeunt. Meliora autem coctis et aſſatis ſunt que vocantur ſuffocata ſeu in aqua et oleo preparata cum aliqua portione ſalis vſq*ue* ad aliqualem conſiſtentiam decocta *et* non indurata. Nam indurata ſunt ſimilia coctis *et* aſſatis. Sic igitur preparata noſtris corporibus in regimine ſanitatis ſunt conuenientia. Oua autē anſerū: ſtrutionum *et* alio*rum* volatiliu*m* in regimine ſanitatis

Verſus.

Oua tremula.

Sorbilia.

Oua anſerum et anatum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

predictis ſunt minus conuenientia vel ſimpliciter
oua vēti euitanda. Amplius oua que dicuntur oua venti q̄
ſunt ſine coitu maſculi minora ſunt alijs: et minus
conuenientis ſaporis quoniam non completa nec
ita digeſta ſicut alia. Unde puto ꝙ in regimine ſa
nitatis ſunt minus conuenientia.

## ¶ De melle ⁊ zuccaro.

Quia in regimine ſanitatis vtimur melle ⁊
zuccaro: ideo de iſtis duobus conſequen-
ter eſt aliquid dicēdū q̄tū ſufficit ad regi-
men ſanitatis. Sciēdum igitur ꝙ parum
nutriunt: ſed eoꝝ nutrimētum eſt ſatis laudabile.
Et nutrimētum mellis calidius eſt nutrimēto zuc
cari ⁊ ſenibus ⁊ fleumaticis ⁊ natura frigidis con-
uenietius. Corporibꝰ autē calidis natura ⁊ iuueni
bus nō conuenit mel. Nā in corporibus taliū in co
Mel et lerā rubeam faciliter cōuertetur ⁊ corpus non nu
zuccarū triet: ſed a ſua cōplexione naturali diſtrahet: zuc-
generāt carum etiā talibus corporibus ratione ſue paſſibi
coleram litatis in coleraȝ conuerti conſueuit. Corporibus
igitur in caliditate notabiliter lapſis non compe-
tit mel: nec corporibus etiam temperatis in etate
tempore et regione calidis: q̄uis zuccarum poſſit
talibus corporibus aliquando conuenire. Coleri-
cis tamen iuuenibus et in eſtate non competit: ſed
in alijs competit: puta fleumaticis ⁊ melancolicis
et ſanguineis et temperatis in quibus non eſt tan
te caliditatis dominium ꝙ zuccarum in eis ad co-
Electio leram conuertatur. Eligatur autem mel vernale:
mellis. ſaporis dulcis: coloris palearum inter album ⁊ ru

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

beum: ſubſtantie non liquide ſed viſcoſe ſit mel roris quod eſt mel apum temperatius. Hoc tamen mel apud nos non colligitur nec inuenitur; ſed in partibus meridiei valde calidis et ſpecialiter in montepeſſulano. Multum etiam conſideranda eſt natura arborum: ſuper quibus inueniatur mel roris. Nam ſm ꝙ arbores ſunt alterius nature: ſic et mel. Si enim inueniatur mel ſuper arboribus calidis erit calidius: et ſuper temperatis vel frigidis erit minus calidum. Et ſimiliter intelligatur de melle apum. Multum enim conſideranda ſunt loca habitationis apuꝫ: et ex quo rore: et ſuper qua ſpecie floris vel arboris nutriūtur. Eſt autē quoddam genus mellis quod eſt acre: cuius natura eſt venenoſa: quod eſt ſimpliciter euitandum. Mel coctum cum aqua vel ſine aqua et deſpumatuꝫ: plus nutrit et minus ſubducit: et eſt minus ventoſum. Et ſi quis aſſiduet mellis crudi comeſtionem inducit vomitum. Mel autem cuꝫ aqua coctum eſt magis vrine prouocatiuum quā decoctū ſine aqua. Mel acre. Mel coctum.

## Capitulum vigeſimum.

## De ſaporibus ꝛ condimentis.

Conſequenter eſt dicendum de condimētis et ſaporibus. Ea enim ex quibus cibaria condiuntur ſunt in ſanitatis regimine non modicum vtilia: tamen quia per condimenta guſtui efficiuntur delectabiliora: et per conſequens digeſtibiliora. Nam quod eſt delectabilius eſt ad digeſtionem melius: tum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia per condimēta additur bonitas ꝛ corrigitur malicia. Ea autē ex quibus cibaria cōmuniter cō diuntur: ſunt ſal: oleum: ſagimen ꝛ butirum. Experientia eñi docet ꝙ comeſtibilia que comeduntur ſine ſale ſunt ori inſipida: ꝛ ſtomacho minus acceptabilia. Sal igitur comeſtibilis addit bonitatem ſaporis ꝛ maliciā exiſtentem in comeſtibilibus ab humiditate quadã indigeſta ꝛ aquoſa aufert. Et ſic perfectius cum ſale digeruntur ꝛ decoquuntur ꝙ̄ ſine ſale. Salis eñi proprietas eſt humiditatem extraneam deſiccare: et deinde fortius quod manet conſtringere et adequare. Et ex dictis poteſt elici ſufficienter que cibaria in eorum condimento indigent pluri ſale et que pauciori. Nam cibaria ſuperfluica ꝛ humida et cum hoc groſſa: indigent pluri ſale. Cibaria autem ſicca aut non ſuperfluica ſubtilia: indigent in eorum cōdimentis minimo ſale et intermedia eorum indigent mediocri ſale. Ex dictis igitur elici poteſt que carnes ſunt cōuenientiores ſaliture: ꝛ que minus. Et ſimiliter de piſcibus. Nam carnes minime apte ſaliture ſunt carnes ſubtiles: ſicce non ſuperfluice: vt carnes volatilium: puta gallinarum et perdicum: et faſianorum et allaudarum ꝛ cuniculoꝝ ꝛ leporum iuuenum et ſimiliũ. Et ꝑ oppoſitū carnes ſuꝑfluice ꝛ humide ſaliture ſunt maxime ꝯueniētes: puta carnes porcine. Carnes autē bouine non ſunt ita cōueniētes ſaliture. Nā dato ꝙ ſunt groſſe ꝛ ſuperfluice: nō tñ ſunt humide ſed ſicce. Et ſil'r intelligatur de piſcibus. Nam piſces habētes carnes ſubtiles nō ſuꝑfluicas nullo modo cōueniunt ſaliture, ꝛ ſpeciali-

Proprietas ſalis

De piſcibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ter ſi ſint parui ſicut ſunt piſces petroſi ſicut parca ⁊ vendoſia: ⁊ ſimiles piſces. Piſces autem beſtiales habentes carnem duram ⁊ ſuperfluitatem ⁊ cum hoc humidã ſunt ſaliture maxime cõuenientes ſicut patet de porco marino ⁊ balena. Nam ſal ſi non ſalſia preualent: dum ſalitura non ſit longi tẽporis. Sic igitur patet ꝙ ſalis condimentum in ſanitatis regimine eſt neceſſarium. Amplius in defectu carnium ad condimentum oleꝝ ⁊ leguminũ non ſufficit ſal ⁊ aqua: ſed indigemus oleo ⁊ butyro vel ſagimine. Nam qꝛ legumina ⁊ olera ſunt nature melancolice ⁊ terreſtris: bonum eſt ea condiri cũ aliquo vnctuoſo eoꝝ terreſtreitatem obtemperante: ex quo etiam ſapoꝛ eoꝝ efficitur delectabilioꝛ ⁊ ſuauioꝛ/ ⁊ per conſequens ad digerendum ⁊ nutriendũ melioꝛ. Oleum aũt oliuarum inter olea ex quibus cibaria condiuntur eſt dulcius tẽperatius ⁊ nature amicabilius. Oleum aũt nucum multum eſt calidũ ⁊ ſiccum ⁊ ſimiliter oleum lini: nec eoꝝ ſapoꝛ eſt ſic nature amicabilis. Oleum aũt papaueris quo vtũtur aliqui eſt boni ſapoꝛis ⁊ odoꝛis. Sed declinat ad frigiditatem. Unde ſic nõ competit in regimine ſanoꝛum. Oleum autem amigdalarum dulcium eſt ſatis laudabile: ⁊ ꝓpinquum temperamẽto. Et in defectu olei interdum vtimur butyꝛo: ſicut ſupꝛa dictum eſt in capitulo de lacte ⁊ animalium ſuperfluitatibꝰ. Sagimine aũt ⁊ ſpecialiter poꝛci interdum vtimur ad condimentum cibarioꝛum ꝓpter defectum et ꝓpter quaſdam cauſas que ſuperiꝰ dicte ſunt. Sapoꝝ delectamenta ad voluptatem magis ꝙ ꝓpter neceſſitatem a leccatoꝛibus fue

Piſces beſtiales

Oleũ oliuarum.

Oleũ nucum.

Oleũ papauerum

Oleum amigdalarum.

Sagimen.

Pro leccatoꝛibꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

runt primitus adinuenta. Unde non multum ſunt
neceſſaria in ſanitatis regimine: immo interdũ ta
lium ſaporum delectamenta inferunt nocumenta.
Nam ꝓpter talium ſapoꝝ placentiam hõ plus co
medit ꝙ natura requirat. Unde homo exiſtens ſa
nus ⁊ in naturali diſpoſitiõe tales ſapores non ap
petit nec via cibi: nec via potus ſicut conſideranti
patet. Et ſi aliq̇s ſanꝰ tales ſapores appetat hoc
forte eſt ex conſuetudine. Et qꝛ conſuetudinẽ iaꝫ
inductam difficile immo impoſſibile ⁊ dãnoſuꝫ eſt
ſubito permutare. Dandum eſt enim aliquid con=
ſuetudini. Ideo intendo hic breuiter de ſaporibꝰ
pertrãſire. Primũ aũt qḋ in ſaporibus omnibꝰ eſt
obſeruandum: ſuppoſita corpoꝝ ſanitate eſt ꝙ ex
eis parum ſumatur ⁊ quanto ſapor plus diſtat a tẽ
peramento a natura cibi ⁊ potus: tanto minus ſu
matur de eo: ⁊ quanto ſapor eſt temperatior ⁊ na=
ture cibi vel potus propinquior tanto plus poteſt
ex eo ſumi. Amplius conſiderandũ eſt ꝙ tempori=
bus calidis ſapores declinent ad frigus vel ad ca
lidum valde parum: ⁊ in tempore frigido econuer
ſo. Materia igitur ſaporum in eſtate ſit veriutum
vel aggreſta de ſummitatibus vitis: vel acetum:
vel ſuccus limonum: vel citrangulorum vel grana
toꝝ cum zuccaro ⁊ aqua roſata: ⁊ amigdalis ⁊ pa
nis aſſatus infuſus in aliquo ſupradictoꝝ: ſine al=
leis ⁊ ſpeciebus calidis. Et interdũ in ſaporibus q̇
fiunt in eſtate põt addi aliquantulum ſerpilli ⁊ pe=
troſilini ad obtẽperãdum frigiditatem ꝑdictoruꝫ.
Sapo= res eſta= tis.
Materie aũt ſapoꝝ cõpetentium tẽporibus frigi
dis ſunt ſinapiuꝫ: eruca zinziber: piper: cinamomũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gariophili:allea:ſaluia:menta:ſerpilum ⁊ petroſi-
linū vinum:aqua carnium:acetum non forte ſed ꝓ
pinquum nature vini. Et in temporibus mediocri
bus ſunt ſapores mediocres eligendi. Amplius di
uerſificantur ſapores rōne cibariorū ꝓ quibus fiūt.
Nam alia ⁊ alia cibaria indigent alio ⁊ alio ſapo-
re:ſicut ſciūt dn̄orū coci. Caſtratorū igitur elixato
rum ⁊ ſimiliter vitulorū ⁊ capreolorū ⁊ hmōi ſapor
conueniens eſt ſalſa viridis. In eſtate quidē et ag
greſta cū paucis ſpeciebus ſine alleis: puta cum pe
troſilino:zinzibere albo ⁊ aggreſta:⁊ aceto:⁊ pane
aſſo infuſo in aceto vel aggreſta:in hyeme fit eadē
ſalſa cū pluribus ſpeciebus ⁊ pauco alleo:⁊ opti
mo vino:⁊ pauca aggreſta:vel pōt ſufficere ſinapi
um vel eruca. Sapor aūt carnium bouinarum ⁊ eli — Sapores hyemis.
xatarum eſt piper bulitum quod fit ex pipere ⁊ pa
ne aſſo ⁊ aqua carnium:et pauca aqua in hyeme.
Et in eſtate cum pipere pauco ⁊ multa aggreſta.
Et idem ſapor eſt ſatis conueniens carnibus por-
cinis ⁊ ſpecialiter in hyeme:⁊ poteſt ſufficere ſina-
pium vel eruca. Sed quando comeditur eruca de
bet piſtari cum amigdalis:⁊ diſtemperari cum ace
to in eſtate et hyeme cum optimo vino. Poſſunt
etiam carnes porcine frigide comedi in eſtate cū
aceto ⁊ petroſilino in principio refectionis. Sunt
autem predicte carnes paſtillate:⁊ ſpecialiter por
cine ⁊ bouine. In hyeme quidem apponatur cepe — De paſtillis.
album cum puluere ſpecierū forti ⁊ cum aggreſta.
Et in eſtate cum puluere ſpecierum dulci in pau-
ca quantitate / ſine cepis cum veriuto ⁊ caſeo bu-
tyroſo. Vel poſſunt apponi cepe parue ⁊ in parua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quantitate. Si autem peſtillatura ſit ex carnibus ſubtilioribus nõ apponatur cepe: ſed in eſtate lac amigdalarum cum aggreſta ꝛ pauco puluere ſpecierum dulci ꝛ in fine poteſt apponi ouum cõquaſſatum cuꝫ aggreſta: ſed in hyeme loco aggreſte apponatur vinum ꝛ plus de ſpeciebus. Aſſature autem cuniculorum et pullorum iuuenuꝫ conueniens ſapor eſt: ſalſa camelina ĩ aqua baſis ꝛ cinamomũ ꝛ panis mica cum aggreſta quidem in eſtate: ꝛ cuꝫ vino in hyeme. Aſſature porci ſapor cõueniens eſt liquor deſcendens conquaſſatus cum optimo vino ꝛ cepis in hyeme: et in eſtate viridis ſalſa ſuperius nominata. Et poteſt ſufficere ſinapium in hyeme: vel eruca modo predicto preparata in eſtate. Aſſature autem perdicum: faſianorum: et colũbarum / ꝛ turturum nullo alio ſapore indigent niſi ſale. Caponum autem ꝛ gallinarum elixatarum conueniens eſt ſapor aque decoctionis eoruꝫ cum aliquantulo puluere ſpecierum dulci: et precipue ſi i predicta decoctione addatur faluia: hyſſopus: petroſilinum per hoc in hyeme: ꝛ in eſtate ſufficit ſola aqua cum aliquantulo croci addito ſucco ſummitatum vitis. Sed caponum et gallinarum pinguiũ paſtillatarum ſapori nihil penitus eſt apponendum: niſi aliquantulum pulueris ſpecierum: et et in fine aggreſta ſupradicta in eſtate ꝛ optimum vinum in hyeme. Sapor eorum conueniens in aſſatura in hyeme (alba allea dicitur) bullita cuius compoſitionem coci ſciũt. Vel poteſt ſufficere vinum cum eis conquaſſatum cum aliquantulo pulueris ſpecierum laudabilium: ꝛ ſpecialiter vinum

Aſſaturas.

De elixatis.

Saporãdi modꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dulce. Sed in eſtate ſit vinum debile vel aggreſta: et minus apponatur de puluere ſpecierum. Aſſature anſerum ⁊ anatum: ⁊ ſimilium in aquis degentium ſapor eſt piperata nigra ⁊ bullita. In hyeme quidem ſine aceto ⁊ aggreſta ⁊ cum vino. In eſtate cum vino et aggreſta; et pauciori pipere ꝙ in hyeme.

Sapor auiū degentiū in aquis.

De saporibus ⁊ condimentis piſcium.

De piſcibus aūt ſciendum eſt generaliter ꝙ quanto ſunt groſſioris carnis: ⁊ difficilioris digeſtionis ⁊ plurium ſuperfluitatum ⁊ humidioris nature tantum indigent saporibus calidioribus ⁊ acutioribus. Et hoc eſt veruꝫ non ſolum in piſcibus: ſed in carnibus. Unde ſequitur ꝙ piſces beſtiales et ſpecialiter porcus marinus ſiue aſſatus, ſiue elixatus indigent ſalſa fortiori ⁊ acutiori. Et huiuſmodi ſapor eſt piperata nigra bullita ⁊ al[l]eata alba bullita. Et quāto piſces marini ⁊ dulcis aque magis appropinquāt ad predictos piſces: tāto magis indigent saporibus ſimilibus. Anguilla autē ⁊ murena: ⁊ lampreda requirūt pro ſapore galentinam ex fortibus ſpeciebus/ cuius compoſitionem nouerunt coci magnorū dominorum. Anguille aūt ⁊ murene interdū comedūtur in aſſatura: et tunc ſapor conueniens eſt ſalſa viridis cū fortibus ſpeciebus ⁊ vino in hyeme: ⁊ cū debilibus ſpeciebus ⁊ agreſta/ ⁊ aceto ī eſtate. Et ſimiliter intelligatur de congro. Sapor autem ſalmonum elixatorum eſt piperata nigra bullita. Fortis quidē in hyeme: ⁊ debilis in eſtate: ſicut de porco marino ſuperius dictum eſt. Merlengorum eli/

Anguilla ⁊ murena.

Merlengus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

patorū vel aſſatoꝝ:vel frixoꝝ ;⁊ alia hmōi ſapoꝛ eſt ſinapium dulce:vel eruca ſuperiꝰ deſcripta. Rogetorum et goꝛnatoꝛum ſapoꝛ cum elixātur eſt ſalſa camelina. In hyeme quidem acutioꝛ:⁊ cuꝫ vino in eſtate quidem obtuſis ſpeciebus aggreſta. Aſſatoꝛum autem ⁊ frixoꝛum ſapoꝛ eſt ſalſa viridis ſuperius nominata. In hyeme quidem eſt acuta ſpeciebus:⁊ cū vino. In eſtate vero obtuſa ſpeciebus et cum aggreſta ⁊ aceto. Vel aſſatoꝛum ſalſa conueniens ⁊ apud gallicos vſitata eſt vinum in quo diſparatum eſt zinziber album / bullitum / ⁊ ſuper aſſaturam pꝛoiectum ⁊ hoc in hyeme. Sed in eſtate fit idem cum aggreſta ⁊ pauco zinzibere. Frixorum piſcium paruoꝛum aque dulcis ſapoꝛ conueniens eſt ſalſa viridis. Sed elixatoꝛum in aqua ſapoꝛ conueniens eſt ſinapium:vel eruca:vel cepe album decoctum cum eiſdē. Lucius elixatus vel barbellus ſimiliter pꝛe ſalſa requirunt ſalſam viridem ſuperius nominatam. Et ſimiliter ſi frixentur vel aſſentur / vel vinum :vel aggreſta in quibus diſtemperatum ſit zinziber album bullitum:⁊ ſuper aſſaturam pꝛoiectum. Cancroꝛum ſapoꝛ eſt acetuꝫ ſimplex in eſtate:⁊ in hyeme vinum vel acetum cū puluere quarūdam ſpecierum. Oſtrearum autem ſapoꝛ ſi frixentur eſt aggreſta ſimplex in eſtate / ⁊ cū puluere quarūdaꝫ ſpecierū in hyeme. Poteſt etiā ex eis fieri potagium vel ferculum croceum vel album cum amigdalis. Hec igitur ſufficiant de ſapoꝛibus.

Cancer.

Capitulum .xxi. De potibus naturalibus ⁊ artificialibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſtq̄ determinauimus de cibis in ſpeciali:cō ſequenter eſt determinādū de potibus. Sciendum igitur q̄ quidā eſt potus q̄ē ē medicina pure:quidem eſt potus pure ꝛ quidam ē potus ꝛ medicina ſimul. Potus quidā pure medicina ē ſicut ſirupus digeſtiuus vel laxatiuus:vel nectar ſeu claretum ex forti vino ꝛ ſpeciebus quod datur in fine ad confortandum virtutem digeſtiuam in ſtomacho ſolum. Potus autem qui ē potus ꝛ medicina ſimul ē (verbigratia) ſirupus violarū roſarū vel nenufaris qui in eſtate exhibentur ad ſitim cōpeſcendā:ꝛ malā diſcraſiā accidentalē remouendā. Potus aūt pure potus ē qui datur ad cibi delationē vel permixtionē vel eſtuationē vel ſitis a cibo inducte remotionē:ſicut ſuperius memini me dixiſſe in capitulo de comeſtis ꝛ bibitis in generali. Potus aūt pure potus ē duplex. Naturalis ꝛ artificialis. Naturalis ē duplex ſcilicet vinū et aqua. Iſti potus ſunt in vſu apud nos. Et inter potus de his ſapientes latini arabes ꝛ greci fecerunt mentionē Quis alique gentes vtātur lacte loco potus ꝛ alique oleo:ꝛ alique ſirupis quibuſdā in ſanitatis regimine. Sed q̄ꝛ hoc modo nō eſt conſuetum apud nos ꝛ puto q̄ nō eſt artificiale de his potibus nullā facio mentionē. Potus aūt artificiales qui apud quoſdā noſtrum ſunt in vſu ſunt hi:ceruiſia / vel ex ordeo vel ex auena pomeriū / ceraſiū / boſchetū ſeu mellicratū / potus artificialis. Sed q̄ꝛ de aqua ſufficienter dictū eſt in primo capitulo ſcd̄e partis huius operis de ipſa ad p̄ſens nihil penitus eſt dicendum. Sed de vino de quo ſuperius in capitulo de

Pot⁹ artificialis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

comeſtis ⁊ bibitis dictum eſt in generali. Sciendū ꝙ ꝗuis in ſitis extinctione aqua ſit conuenientioꝛ potus ꝙ̃ vinum/tamen omnibus conſideratis vinum eſt potus conuenientioꝛ in regimine ſanitatis ꝙ̃ aqua. Naꝫ dato ꝙ in ſitis repreſſione que eſt appetitus frigidi ⁊ humidi: huiuſmodi aqua vniuerſaliter melioꝛ ſit: quia frigida ⁊ humida naturaliter/tamen in cibi permixtione ⁊ eiuſdem delatione ad partes coꝛpoꝛis extremas vinū ꝑualet aqua Nam vinum ratione ſue ſubtilitatis in ſubſtātia ⁊ actione facilius cibis permiſcetur/⁊ ſpecialiter qꝛ natura magis delectatur in eo/ideo citi⁹ attrahit ipſum ⁊ alijs cibis ꝑmiſcet. Et ſpecialiter qꝛ hec ꝑmixtio fit per viam cuiuſdam ebullitionis: quā vinum magis iuuat ratione virtualis caliditatis/et aqua īpedit ratiōe frigiditatis. Et ſic ꝑꝫ ꝙ vinū ꝑualet aqua in ciboꝛum permixtione. Et ſimili modo preualet in eoꝛum delatione.

Uinum optimus penetratoꝛ.

Nam vinum eſt optimus penetratoꝛ/quod ei attribuitur ratione ſubtilitatis ſue ſubſtātie/⁊ ratione ſue caliditatis virtualis. Talia enim ſunt multum penetratiua/⁊ per conſequens vinum eſt magis delatiuum ꝙ̃ aq̄ in qua nō eſt virtualis caliditas nec ſubſtātie igneitas ⁊ aereitas. Unde aqua moꝛa transeundo impedit omnem curſum ſicut memini me ſuperius dixiſſe in capitulo pꝛimo ſecunde partis huius operis. Amplius motus alimēti ad membꝛa eſt a virtute attractiua. Et quia membꝛa magis diligunt vinum ꝙ̃ aquam/plus iuuabit ad delationem nutrimenti ad membꝛa ꝙ̃ aqua. Amplius ex alio/aq̄ non eſt ita conueniens pot⁹ vt vinum/quia aqua

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

impedit alimétuz nutrire eo ꝙ non nutrit. Si igiẗ permiſceatur cũ eo quod nutrit: illud vtiqꝫ minus nutriet. Unde quanto cibus eſt magis aquaticus: tanto eſt minus nutritiuus. Bonuz eſt igitur ꝙ vinum permiſceatur cum cibo quod non ſolum impedit nutritionem: immo multuz iuuat quia vinuz eſt maxime nutritiuum ⁊ maxime reſtauratiuum ⁊ velociſſime nutrit. Amplius vinum confortat calorem naturalem ⁊ ſpiritus: ⁊ totum corpus calefacit que multum faciunt ad nutritionẽ. Et aqua ratione ſue frigiditatis paralyticat et mortificat: et omnes anime operationes deſtruit. Unde non ponit pedes in operationibus nature per ſe. Unde ipſius ſolius non videtur aliquis vſus niſi forſan ꝙ in acutis bibatur morbis. Amplius vinum habet alias bonitates quas nõ habet aqua. Eſt eñ bon⁹ penetrator in toto corpore ⁊ fleuma groſſum incidit ⁊ reſoluit ipſuz: ⁊ colerã rubeam cum vrina ⁊ ſudore extrahit: ⁊ colerã nigrã calefacit ⁊ facit exire: ⁊ flectit ipſius nocumẽtum: ⁊ materias coagulatas diſſoluit. Amplius ingenium clarificat: iram compeſcit: triſtitiam remouet: gaudium inducit: libidinem incitat: ⁊ immundicias expellit: audaciaz cauſat: auariciam fugat: liberalitatez inducit. Et vt ſit ad vnum dicere: vinum reddit hominẽ virilez ⁊ ſm corpus: ⁊ aqua femineum. Unde ceteris paribus nõ bibẽtes vinuz ſunt effeminati reſpectu bibẽtiuz vinũ. Uñ cõpertum eſt ꝙ qdã nõ bibẽs vinũ primo: ⁊ poſtea cõſuet⁹ bibere vinũ: melior ſm animã ⁊ ſm corpus effectus eſt. Sic igitur potus vini conuenientior eſt in ſanitatis regimine ꝙ̃ potus

Uinũ ſili⁹ nature dicit̃.

Uinũ cõfortat ꝟtutes.

Laudes vini.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Indebite ſūptū mlta mala facit.

aque. Jmmo non approbo potū aque ſimplicis in ſanitatis regimine. Has bonas ꝓprietates vinū habet debito modo exhibitū. Et ſi indebite exhibeatur vſqꝫ ad ebrietatē rationē rationalis aīe ꝛ lumen extinguit virtutē beſtialē irrationabilē induci concupiſcibilē ꝛ iraſcibilē cōfortat ꝛ rationi inobedientē reddit Et ſic remanet corpus ſicut nauis ī mari ſine gubernāte: ꝓpter quod fauet cui nō eſt fauendū: et laudat quod nō eſt laudādū. Et interdū facit loqui peſſima cū ira ꝛ ſuperflua ſupbia et finaliter facit operari peſſima puta adulteria et turpiſſima homicidia. Amplius indebite ſumptus cerebrū ꝛ neruos mirabiliter ledit: ꝛ paralyſim: et ſtuporem: ꝛ ceteras humorales egritudines inducit. Et vt ſit ad vnū dicere: cito tales moriuntur ꝛ ſeneſcunt ꝛ talibus melius eſſet ꝙ biberent aquā ꝙ̄ vinum. Ut igitur non cadat error ex vini adminiſtratione cuius debite adminiſtrati tot ſunt iuuamenta ꝛ indebite non minora nocumenta ponende ſunt regule que obſeruande ſunt in potu vini. Prima regula eſt ꝙ vinū ſtomacho ieiunio et corpore famelico non eſt bibendū. Facit enī cadere in ſpaſmū: ꝛ mentis leſionē ꝛ alienationē. Et ſi aliquē cōtingat ſitire ieiunio ſtomacho ſciat hanc ſitim non eſſe verā nec naturalem. Nam ſitis vera ꝛ naturalis eſt ꝓpter eſtuationē factā a cibo preaſſumpto: quod in ꝓpoſito eſſe nō pōt. Jn tali igitur ſiti non eſt bibendū vinū niſi ſimul aliqd comedatur. Pōt tñ ad ſedationē ſitis bibi iulep: aut aliquis ſirupus appropriatus: vel zuccarū roſatū cum aqua. Stomacho vacuo igitur nullo modo bibatur vinum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Secunda regula eſt ꝙ inter duas comeſtiones ci=
bo ſumpto adhuc in ſtomacho non digeſto vinum
non eſt bibendum tum qꝛ digeſtionem interrumpit
tum qꝛ facit indigeſtum cibum de ſtomacho deſcē
dere. Tertia regula eſt ꝙ poſt foꝛte exercitium nō
eſt bibendum vinum. Nam hoc multum ledit ner=
uos ⁊ cerebꝛum. Quarta regula conſideranda in
vino eſt ꝙ vina mixta cum aqua pauca citius ine=
bꝛiant: et ad cerebꝛum et ad neruos citi⁹ penetrāt
⁊ ſpecialiter ſint vina groſſa. Quinta regula eſt ꝙ
malis cibis ⁊ fructibus comeſtis ⁊ digeſtis in ſto=
macho non dꝫ bibi bonum vinuꝫ et ſubtile eo ꝙ fa
ceret maliciam ciboꝛum ad membꝛa citius pene=
trare. Et hoc eſt verum in quantitate notabili: ſed
ſi bibatur in quantitate pauca ad intentionē per=
mixtionis: coꝛriget maliciam ciboꝛum maloꝛum: ⁊
digeſtionem confoꝛtabit. Sexta regula eſt ꝙ ſi in
eadem menſa vinum foꝛte bibatur ⁊ debile incipiē
dum eſt a debili: ⁊ vltimo foꝛte eſt bibendum. Naꝫ
digeſtio in oꝛificio ſtomachi eſt debilioꝛ que vino
foꝛti confoꝛtabitur. Amplius vinuꝫ foꝛte cum ma
ioꝛi delectatione ſuſcipitur: ⁊ ſic ſtomachus totum
cibum perfectius amplectitur: ⁊ os ſtomachi per=
fectius clauditur. Amplius ſi vinum foꝛte reci=
peretur ante: dubitandum eſſet ne ratione ſub=
tilitatis et actionis ante perfectam digeſtionem
deſcenderet a ſtomacho et reliquum cibum indi=
geſtum ſecum traheret. Et ſpecialiter quia ce=
tera membꝛa diligunt vinum foꝛte plus quem de
bile et ſic citi⁹ traherēt ꝗ̄ eſſet opoꝛtunū. Septi=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ma regula eſt ꝙ vinum quod bibitur ad cibi permixtionem debet recipi ſimul cum cibo/nec debet expectari ſitis:q̄ꝛ vinū qd̄ bibitur ad ſitis inducte a cibo extinctionē debet ſumi in fine totius digeſtionis: ꝛ plus vel minus ſm̄ qd̄ maioꝛ vel minoꝛ eſt ſitis. Sed vinum qd̄ eſt potus delatiuus ſumi debet cōpleta pꝛima digeſtione ꝛ parū ante hoꝛā ſuſcipiendi alium cibum ſequētē. Et talis potus ſpecialiter cōpetit quando cibaria pꝛimitus ſumpta fuerint groſſa in ſubſtātia ꝛ actione. Nec debet expectari ſitis ad talē potū ſuſcipiēdū. Nā talis potus pꝛeparat ſtomachū ad ſuſcipiēdum ſequētē cibum ꝛ iuuat tranſitum cibi ad epar: nec debet eſſe talis potus magne quantitatis vt cito poſſit digeri. Nō eñ imaginandū eſt ꝙ ante digeſtionē ipſi⁹ in ſtomacho tranſeat ad epar. Sed ſi talis potus delatiuus eſſet aqua non opoꝛteret expectare ei⁹ digeſtionē ante penetrationē ad epar. Octaua regula eſt ꝙ quādo cibus eſt groſſioꝛ ꝛ ſiccioꝛ: ꝛ frigidioꝛ potus permixtiuus ꝛ delatiuus debet eſſe maioꝛ. ꝛ econuerſo quādo cibus eſt calidioꝛ ſubtilioꝛ ꝛ humidioꝛ: potus permixtiuus ꝛ delatiuus debet eſſe minoꝛ. Et ſpecialr̄ quāto cib⁹ eſt groſſioꝛ ꝛ frigidioꝛ ꝛ digeſtioni inobediētioꝛ: tāto vinū permixtiuum vel delatiuum dꝫ eſſe ſubtilius ꝛ foꝛti⁹. Et quāto cib⁹ eſt ſubtilioꝛ ꝛ calidioꝛ ꝛ digeſtibilioꝛ: tāto potus dꝫ eſſe debilioꝛ. Unde foꝛtius vinū bibendum eſt cū carnibus bouinis q̄ꝫ pullinis: et foꝛtius bibēdum eſt cuꝫ piſcibus q̄ꝫ carnibus regulariter. Nona regula eſt ꝙ quādo q̄s eſt valde ſitibundus: tūc vinū eius dꝫ eſſe ſubtilius ꝛ coloꝛe remiſſi⁹. Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quanto aliqs eſt min⁹ ſitibundus: eius vinū poteſt eſſe fortius ⁊ rubicundius. Vina em̄ fortia conueniētia nō ſunt ad extinguēduꝫ ſitim. Decima regula eſt ꝙ pueri ⁊ nutrices nō debēt bibere vinuꝫ niſi parū ⁊ valde debile ⁊ aquaticum. Senibus autem cōpetit vinum forte ⁊ odoriferū ⁊ saporoſum. Vñ pueris dare vinū ſpecialr forte eſt ignē addere igni Et eſt alia ratio. Nā pueri habent neruos debiles ⁊ cerebruꝫ valde paſſibile ⁊ debile: vnde cito ledūtur a vino. Etiā vinum non eſt bene proportionabile cōplexioni eoruꝫ ratione ſiccitatis vini. Sunt em̄ pueri valde humidi nec comedunt fortia cibaria ad digerēdum: ⁊ cum hoc habent digeſtiuā fortem ⁊ ſpirituum multitudinē. Et ſic pueris ⁊ nouiter natis nullo modo eſt vinum exhibenduꝫ niſi valde parum: ⁊ ſic ad vinum paulatim aſſueſcant. Et quanto magis ꝓcedunt in tēpore tāto magis ⁊ ſecurius poteſt eis miniſtrari vinū. Et ſpecialiter cū comedunt cibaria groſſa ⁊ ad digerēdū difficilia ⁊ ad mēbra difficilius trāſeuntia ⁊ in eis colera multiplicatur quā vinum extrahit cū ſudoribus ⁊ vrina. Undecima regula eſt ꝙ habentes cerebruꝫ debile: naturalr ſiue accidentalr nō bibant forte vinū odoriferū in quantitate notabili: ſed vinū debile ⁊ aquaticū. Et ſilr habentes epar calidum ⁊ ſtomachū abſtineāt a vinis fortibus ⁊ calidis: ⁊ ſilr habitātes i regiōe calida. Silr q̄ ſunt ꝯplexiōis calide ⁊ cōplexiōe totali: min⁹ indigēt vinis fortib⁹ ⁊ calidis ⁊ ſubtilib⁹. Et ꝯtrariū eſt de eis q̄ ſunt frigide cōplexionis ⁊ habitāt regionē frigidā. Duodecima regula eſt ꝙ vina aquatica valde ſunt euitāda



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

via potus. Magis enim ſunt medicinalia ꝙ potatiua: ⁊ vina noua ſunt adhuc indigeſta: ⁊ impura et ventoſa: ⁊ oppilatiua: et diſſenteriam inducunt. Sed vina mediocria etate: non defecata ſunt magis ceteris eligēda. Decimatertia regula eſt ꝙ inebriari vino ſemel vel bis ī menſe ꝯpetit ī regimine ſanitatis vt q̄dā aſſerunt: tū ꝓpter ſomni ꝓlixitatem ex quo virtutes quieſcunt aīales ⁊ fortificātur naturales: tū q2 ſeqtur ſudor ⁊ vrina vel vomitus: ex q̄bus ſuperfluitates a corpore reſoluūtur ⁊ remanet corpus mundū. Hanc tn̄ regulā non approbo niſi ī his q̄ vtuntur malo regimine. In vtentib⁹ bono regimine hec regula non eſt obſeruanda. Et circa hanc regulā obſeruādū eſt ꝙ inebriatio non ſit fortis: cuius nocumentū in cerebro ſit notabile. Nā talis inebriatio plus debilitat virtutes aīales ꝙ quies ſequens confortaret eaſdē. Debet igitur inebriatio eſſe debilis que ſomnū inducat ⁊ ſollicitudinē penitus ammoueat. Fortius enim inebriari vituperabile eſt moribus ⁊ natura. Decimaquarta regula eſt ꝙ ſi bibatur vinū non ſolū in rōne potus ſed ad corpoꝝ nutrionē ⁊ reſtaurationē: ⁊ impinguationē: ſicut cōtingit in macillentis naturaliter vel accidentaliter: tunc cōpetūt vina dulcia ⁊ groſſa ſufficiēter colorata. Talia enim vina ſunt ſufficiēter nutritiua: ⁊ deperditi reſtauratiua et corporuꝫ impinguatiua. Unde conueniētiora ad impinguādum corpora macra. Et per oppoſitū ſi intendamus non nutritionē: nec deperditoꝝ reſtaurationem: nec impinguationē: ſed magis conſumptionē macillentiā ⁊ deſiccationē: vt contingit in his qui

Uinum dulce.

ſunt multũ carnoſi ⁊ pingues:tunc vina ſubtilia in ſubſtantia ⁊ actione non dulcia: ſed ſapoꝛe acuta modicum coloꝛata ſunt eligenda. Et ſimiliter ap=tius ſi ſint venarum ſubtilium et ſtrictarum. In habentibus enim venas ſtrictas dubitandum eſt exhibere vna groſſa: que ſint oppilatiua. Unde ſi quis eſſet macillentus et cũ hoc haberet venas ſtrictas non eſſet ſecurũ ei exhibere vina dulcia groſſa ⁊ rubea. Decimaquinta regula eſt ꝙ ſi vinũ detur propter cibi permixtionem:tunc vina ſubtilia non dulcia:ſed ſapoꝛe amicabilia:odoꝛifera:non auſteraſ: nec pontica:coloꝛe mediocria:ad albedinẽ aliqualem declinantia:ſufficienter foꝛtia eligenda ſunt. Talia enim vina bene ſunt cibarijs permiſcibilia et ſufficienter penetrantia et digeſtionem non impedientia:et ſtomachũ ad ſequentem cibum melius preparantia. Et talis potus cibi debet eſſe ꝑmixtiuus et delatiuus. Si autem detur vinum ad ſitis extinctionem:tunc vinum album ſubtile: debile:nature aque propinquum eſt eligibilius. Tale enim vinum magis humectat:et infrigidat: et per conſequens melius extinguit ſitim. Et quanto ſitis eſt maioꝛ:tanto tale vinum eſt conuenientius. Et in iſto caſu in fine comeſtionis eligibilius eſt vinum dare album aquoſum et ſubtile:quando ſcilicet vinum bibitur ad cibi permixtionem ⁊ ſitis ſedationem. Et ſi vtrumq; vinum bibatur ad vnam intentionem:tunc ſemper incipiendum eſt a debili vt in iſto capitulo ſuperius dictum eſt.

Vinũ album extinguit ſitis

¶Decimaſexta regula eſt quia ſi vinum detur ad ſpirituũ confoꝛmationẽ ⁊ a foꝛtioꝛi eiuſdẽ repara



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionem ꝛ virtutis etiam confortationē:tunc debet dari vinum ſubtile/odoriferum/ſaporis delectabilis/mediocris coloris ſufficientis fortitudinis. Et tale vinū debet ſumi cū pauco cibo. Et debet eſſe depuratū ab vtraqꝫ ſuperfluitate:ꝛ debet ſumi in pauca quantitate. Decimaſeptima regula eſt ꝙ ſi exhibeatur vinū ad ſtomachi ꝛ viſcerū contentiue fortificationē eligemus vina groſſa/pōtica/nigra vel rubea ſicut cōtingit in habētibus fluxum ventris propter debilitatē contentiue ſtomachi. Sed ſi intendamus confortationez digeſtiue ſtomachi cōpetunt vina ſubtilia vel mediocria in ſubſtantia et colore boni odoris ꝛ conuenientis ſaporis ꝛ ſufficientis vigoris ꝛ aliqualis ſtipticitatis. Decimaoctaua regula eſt ꝙ vina alba ſunt debiliora ꝛ magis aquoſa:deinde nigra frigidiora ratione terreſtreitatis ꝛ non aqueitatis. Et rubea et rufa ſunt calidiora ceteris. Et hoc eſt verū cōparando vina eiuſdē territorij adinuicez ꝛ non aliter. vnde vina rubea et rufa gallicana non ſunt ita fortia ſicut ſunt multa vina alba que reperiuntur:ſicut conſideranti eſt manifeſtum. Debet igitur fieri comparatio inter vina eiuſdem maneriei ꝛ territorij. Unde videmus ꝙ vinum primitus eſt valde album:et in temporis proceſſu cum defecatur et purificatur efficitur minus album. Et vinum quod in principio eſt minus rubeum: in temporis proceſſu efficitur magis rubeum. Et hoc eſt manifeſtum ſignum ꝙ nigredo et albedo atteſtantur minori caliditati vini:et rubedo et rufedo maiori. Decimanona regula eſt quod vinum factum debile per admixtio-

Uina gallicana.

nem aque laudabilis eligibilius eſt poſtq̈ natu=
raliter debile:ſuppoſito eodem gradu debilitatis
in vtroq̈. Et ſpecialiter quando debilitas vini eſt
valde magna:ſicut eſt debilitas vinoꝝ gallicano=
rum. Nam vina ſic naturaliter debilia multũ ſunt
coꝛruptibilia et putrefactibilia:ſed vina debilia ꝑ
admixtionẽ aque nõ ſunt putrefactibilia:ſicut ma
nifeſte poſſumus experiri. Nam ſi dimittatur vinũ
gallicanũ in vitro per noctem: in mane ſentitur ſa
poꝛ coꝛruptus / ⁊ apparebit coloꝛ coꝛruptus. Sed
nõ erit ſic de vino debilitato per aque admixtio=
nem. Sed ſecus eſſet vbi non eſſet tanta debilitas
naturalis ſicut per aque admixtionem:tunc enim
eligibilius eſſet vinũ debile naturaliter : quia natu
ra magis laboꝛat in digerendo quod eſt minus ho
mogeneum. Et vinum debilitatum per aquam eſt
huiuſmodi reſpectu vini debilis naturaliter Et hãc
regulã memini me ſuperius dixiſſe in capitulo de
comeſtis ⁊ bibitis in generali. Viceſima regula cõ
ſideranda eſt q̈ cum vinis foꝛtibus: ſubtilibus:et  De vinis fumoſis.
fumoſis bonum eſt q̈ admiſceatur aqua: et ſufficit
ad repꝛeſſionem fumoſitatis vini que tamen nõ fa
cit ſubſtãtiam vini ad cerebꝛum velocius penetra=
re. Unde pauca aque quantitas ſufficit ad repꝛeſ=
ſionem fumoſitatis que tamen non ſufficeret ſub=
tiliare ſubſtantiam vini:vt facilius penetraret ra=
tione cuius penetrationis contingit inebꝛiatio.
Sic igitur appoſitio pauciſſime aque impedit fu=
mationem ad caput:ratione cuius poteſt continge
re capitis grauedo et doloꝛ et nihil iuuat ad pene
trationem ſubſtantie vini ad cerebꝛum ⁊ neruos ra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione cuius poſſet contingere inebriatio. Sed ma
ior quantitas predicta iuuabit ad vini penetratio
nem ad neruos: et ſpecialiter ſi vinum ſit groſſum
et forte ⁊ non impedit vini fortitudinem quin poſ
ſet inebriare. Et ſi plus apponatur de aqua: virtꝰ
vini totaliter deſtruetur: ſic ꝙ inebriare non pote
rit. Sic igitur approbo ꝙ in omnibus vinis ſpecia
liter fortibus ⁊ fumoſis: ſi indigeamus fortitudine
vini ſine fumoſitate aliquid ponatur de aqua. Un-
de etiam poteſt ſuſtineri ꝙ cuiuſcunqꝫ quantitatis
aque appoſitio iuuat ſubſtantie vini penetrationē
Unde ſi bibatur vinum in quantitate immoderata
iuuaret ad inebriationem: ſed ſi bibatur in quanti
tate moderata nō inebriabit. Et ſic iuuabit ad ine
briationem: ⁊ tamen faciet ad fumoſitatem vini re
cipiendum. Bene enim ſtat ſimul ſubſtantiam vini
eſſe magis ſubtilem: ⁊ ratione illius magis pene-
tratiuam. Et ſic indebite ſumptam magis inebria
tiuam: ⁊ tamen eandem ſubſtantiam eſſe minus fu
moſam. Nam fumoſitas plus debetur vino ratio-
ne qualitatis que repreſſa eſt per admixtionem aq̄
pauce: ⁊ inebriatio ei debetur ratione ſubſtantie i
bibentis ſubſtantiam cerebri ⁊ neruoꝝ: cuiꝰ pene-
trationem iuuat admixtio aque modice. Et in hoc
eſt materia ſubtilis cōſiderādi. Uiceſima prima re
gula ꝙ ſi intendamus pectoris ⁊ pulmonis mūdifi
cationē ⁊ ventris laxationem: tūc vina mediocris
ſubſtātie ſapore dulcia ſunt magis eligibilia ⁊ ſpe
cialiter ſi non dubitamus opilationem venarum.
Uiceſima ſecunda regula conſideranda eſt ꝙ vinū
eligibilius ⁊ melius in ſanitatis regimine eſt vinuꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

medium ſeu equale inter vetuſtatē ⁊ nouitatē: clarū: ad rubedinē trahēs: bonū habens odorem ⁊ eq̄lis ſaporis: q̄d nec acre: nec acutū nec dulce nec fumoſum: nec groſſum: nec valde ſubtile: ſed ad ſubtilitatem declinans ſit ꝙ etiā inter fortitudinem ⁊ debilitatē obtinet mediocritatem. quod etiam non creuit in ſaxoſis ⁊ lapidoſis montibus: nec in terra ſimpliciter plana ⁊ arabili: ſed in terra mōtuoſa ſic medio. ca a ſole verſus meridiē diſcooperta. Quod etiam nō creuit in regione nimis calida: nec nimis frigida. Et ex his ꝯcludi poteſt ꝙ vina cyprina: nec greca: nec garnacina cōueniunt in ſanitatis regimine via potus. Nec vina gallicana ⁊ eis ſimilia / ſed talia vina ſicut ſunt vina debilia: ⁊ de berſilitico: ⁊ de ſancto porciano. Nec eñ vina ſunt cōueniētia via potus in regimine ſanitatis cōſideratis eorum coloribus: ſubſtantijs odoribus ſaporibus: ⁊ locis in quibus creuerint: ⁊ conſideratis eorum effectibus quos homines in ſeipſis iamdudum experti ſunt.

De vino medio.

Electio vini.

Vina greca nō cōpetūt.

Iſta laudantur.

Uiceſimatertia regula eſt ꝙ homines qui vtuntur multo vino: vel ex natura: vel ex conſuetudine: vel ex quacūq; alia neceſſitate non debēt vti multo cibo. Uinum enim eſt cibus ⁊ potus. Unde videmꝰ potatores tabernas quotidie ſequentes reſpectu aliorum hominum pauci victus. Quomodo enim natura poteſt digerere multum cibum ⁊ multū potum. Pro certo male. Et bonū eſt ꝙ talis qui vult repleri vino in ſuis cibis quibuſdam diureticis vtatur vt vinum citius tranſeat de ſtomacho / et non accidat repletio nauſeatiua / que ſi accidat prouocetur vomitus / et hydromel bibatur / deinde

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

euomat iterum:deinde lauet os ſuum aceto ⁊ melle. Nec dentes et gingiue propter vomitum remaneant infecte:⁊ faciē cū aqua frigida:vel aqua roſarū irroret parū. Amplius volens repleri vino nō comedat rem dulcē:ſed vnctuoſam:puta micas panis vnctuoſas ⁊ carnes pinguedine mixtas:poſt cibum cum bibere voluerit amigdalis vtatur ⁊ capparibus. Ampliuscaules cocti cuꝫ carne ⁊ oleo ꝑparate ⁊ cōdite⁹ cū ſale eiſdem conueniunt:vt vino repleri poſſint ſine leſione. Et vniuerſaliter omne quod vaporem vini alleuiat valet ad idem:ſicut ſemen caulium rutha ſicca calamētum:ameos ⁊ ſimilia. Amplius ſciendum ꝙ cibaria groſſa in quibus eſt viſcoſitas conglutinatio ⁊ dulcedo ebrietatem impediunt qꝛ tarde penetrant: ⁊ ſic impediunt trāſitum vini ⁊ eius vaporem ingroſſant: Quis ſint cibaria cum quibus nō poteſt recipi vinum ſine leſione que eſt nauſeatiua repletio. Cibaria igitur ſubtilia et vnctuoſa nō dulcia ſunt cum quibus ſine repletione nauſeatiua ⁊ ſtomachi grauamine pl⁹ poteſt homo repleri vino. Sed cibaria groſſa dulcia ⁊ viſcoſa ſunt cum quibus poteſt plus recipi de vino ſine ebrietate non tamen ſine grauamine ſtomachi ⁊ repletione nauſeatiua. Si igitur homo velit bibere multum vinum ⁊ dubitet ebrietatem:vel ꝓpter cerebri debilitateꝫ:vel propter vini fortitudinem:vel propter humorum plenitudinem: vel propter ciborum paucitatē: tunc talis cibus groſſus/dulcis glutinoſus ⁊ viſcoſus eſt maxime neceſſari⁹ ⁊ nō pinguis:ſubtilis ⁊ vnctuoſus. Sed ſi quis nō dubitet ebrietatem ⁊ velit multum bibere reſpectu

Pro optimis potationibus.

De his q̄ ebrietatē impediunt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cibi et dubitet repletionem nauſeatiuam ⁊ ſtomachi grauedinem tunc cib⁹ pinguis ſubtilis vnctuoſus eſt maxime neceſſari⁹. Eſt breuiter hic notandum ꝙ amigdale ſpecialiter amare ciminum ſal ſe ſemen caulium: ſal napticus: ameos in ieiuno ſumpta cum aqua frigida impediunt ebrietatem. Et potus aque frigide cum aceto vel cum vino granatorum paulatim exhibitis: ebrietatem remouet ⁊ ſimiliter odor thuris: camphore ⁊ ſandalorum. Sed quia iam ſumus extra regimen ſanitatis ad propoſitum redeamus. Uigeſimaquarta regula eſt de vinis artificialibus que apud aliquos hoīes ſunt in vſu puta vinum ſaluiatum ⁊ enulatum ⁊ roſatum. De his igitur ſciendum ꝙ cum ſapiant naturā medicinalem non competunt in regimine ſanitatis niſi in pauca quātitate. Uinū igitur ſaluiatū aliquis bibere pōt in hyeme in pauca quātitate. Nā vinū a ſaluia acquirit quandam caliditatem et ſtipticitatē: ⁊ aromaticitatē ratione quoꝝ parū ſumi poteſt ī hyeme ad ſtomachi calefactionē ⁊ eiuſdē / et cerebri et neruoꝝ ⁊ aliorum ratione ſtipticitatis ⁊ aromaticitatis confortationē. Sed multum ex eo ſumptū nō eſt conueniens nec ad ſitis extinctionē qꝛ ſaluia calida eſt ⁊ ſicca in tertio nec ad cibi delationē ⁊ permixtionē qꝛ totū cibū ad nimiā ſiccitatē et caliditatem faceret declinare. Cum enim vinum de ſe ſit calidum et ſiccum: et ſaluia ſit multū calida et ſicca totum aggregatum multum declinabit ad ſiccitatem ⁊ caliditatem quod non eſt bonum in ſanitatis regimine. Amplius ſi bibatur vinum ſaluiatum in magna quantitate: quia vinum

Iſta remouent ebrietatem.

De vino ſaluiato

a ſaluia acquirit quādā duricitatē ⁊ ſubſtantie ſubtilitatē intantum ꝙ eius decoctio prouocat vrinā ⁊ menſtrua erit cauſa deſcēdendi cibū a ſtomacho ante ipſius digeſtionē perfectā ⁊ cauſa tranſitꝰ vini ad cerebrū ⁊ neruos ante digeſtionē eius in ſtomacho et epate. Saluiatū igitur vinum in magna quantitate nullo modo eſt bibendū: ſed habentes neruos debiles vtātur eo in pauca quantitate: qꝛ in magna quātitate plus lederet ꝙ̄ vinū ſimplex. Eſt autē hominū cōſuetudo tale vinū bibere ante alium cibū quod forte ex hoc fit: qꝛ ſaluia habet virtutē incitandi appetitū. Et ſic vinū ſaluiatum primo ſumptū incitabit appetitū ad cibū qui ſumi debet. Amplius vinū ſaluiatū multū confortat neruos totius corporis quod melius ex eo fiet ſi ſumatur in principio ꝙ̄ in fine. Amplius vinū quod recipit in proceſſu debet ſumi ad cibi permixtionez vel ſitis extinctionem propter quoꝝ nullū debet bibi vinū ſaluiatum. Nā quantitas que ex eo bibi debet / debet eſſe minor ꝙ̄ oportet ad p̄dicta. Si tamē poſt oēm cibū parum ſumeretur ex eo cū nebula vel pane toſto ad orificium ſtomachi roborandum et digeſtionem in eo cōfortandum forte eſſet laudabilius ꝙ̄ ſumere claretum vel alia vina acuta valde / vel alia que multū ſunt fumoſa ⁊ capitis repletiua. Bene autem conſiderandum eſt ꝙ vinum ſaluiatū fiat ex ſaluia que in loco creuerit vbi ſerpentes nō fuerint nutriti ⁊ conuerſati. Libenter enim cōſueuerunt ſerpentes morari vbi creſcit ſaluia. Quare vbi ſaluia ſit apponatur ruta: quia ſerpentes fugiunt rutam. Non igitur recipiatur ſaluia niſi in lo

Confortat neruos.

Toſta in ſaluiato vino prodeſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

co vbi eſt magna copia rute. Vinum autem roſatum in eſtate eſt conuenieus propter temporis feruorem: et in complexione calida et in habentibus viſcera calida et in his qui diſpoſiti ſunt ad fluxum / vel vomitum colericum. Sed in ſanitatis regimine vinum ſimplex eſt magis conueniens. Quidam autem plus bibunt tale vinum propter voluptatē quam propter neceſſitatem. Vinum autem emulatum multum confortat cor et membra adiacentia. Habentes autem cor debile et ſtomachum et ſpecialiter propter frigiditatem et humiditatem / vtantur vino enulato in pauca quantitate ſicut dictum eſt de vino ſaluiato. Et ſine dubio enulatum in multis eſſet conuenientius quam ſaluiatum. Et hec ſufficiant de regimine vin'. Vinū roſatum.

¶ De ceruiſia et alijs potibus.

De ceruiſia autem conſequenter eſt notandum et de alijs potibus: puta boſcheto et pomerio et ceraſeto / et ſimilibus ſi qui ſint alij. Sunt enim quidam qui propter penuriam vini vtuntur predictis potibus: non tamen potus adeo conuenientes in ſanitatis cuſtodia ſicut vinum. Sciēdum ergo quod ceruiſia poteſt fieri ex auena: et ordeo et frumento. Et ſecundum quod fit ex alio et alio grano / eſt alterius et alterius complexionis. Omnis tamen ceruiſia de quolibet grano facta groſſior eſt quam vinum et multum difficilis ad digerendum opilationes in viſceribus facit: et maxime tamen noua. Inflationem: et vento- Proprietates ceruiſie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſitate: generat ⁊ capitis dolorē inducit. Et interdum fluxum ventris et appetitum deiicit. Sed bene verum ē ꝙ multum nutrit et corpus impinguat ſi bene digeratur. Que autem conficitur ex rebus inebriantibus/ puta ex grano quod nominatur lolium peſſimo eſt inter omnes dolorem capitis maxime generās et neruos ledens. Diuerſificatur eā ſm granorum diuerſitatem. Nam que fit ex ordeo plus attinet frigiditati et que fit ex frumento plus attinet caliditati. Amplius que fit ex ordeo et auena minus opilat et minus generat ventoſitates/ et minus nutrit. Et que fit ex frumento magis nutrit et magis opilat. Et quāto ceruiſia eſt groſſior / tāto deterior ⁊ quanto ſubtilior et clarior tanto melior. Alij autem ſunt potus artificiales qui fiunt cū melle/ qui ſunt calidi et ſicci et multū opilatiui venarū epatis ⁊ ſplenis/ ⁊ generant multas inflationes et maxime quando eſt quātitas in eis maxima mellis et maxime quando mel non eſt coctum ſufficiēter ⁊ ventrē laxant. In colericis igitur nō competit talis potus et ſimiliter ſi epar et ſplen fuerit opilata. Sed talis potus congruus eſt habentibꝰ cōplexiones frigidas maxime ſi habeant in inteſtinis ⁊ ſtomacho multum flegma: quia virtute ſua inciſiua et abſterſiua incidit ⁊ mundat et ventrē euacuat. Unde in his ſoluit ventrē. Et hec memini me dixiſſe cum de melle tractaui. Ceraſarinum autem et pomerium ſunt propinquiora nature vini ꝙ̄ ceruiſia. Et puto ꝙ in regimine ſanitatis ſunt cōgruētiora/ ſicut patet cōſiderantibus colorem/ odorē ⁊ ſubſtantiam predictorum potuum in quibus ſunt

Ceruiſia ex lolio.

Diuerſitas granorum.

De bocheto.

De pomerio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

magis congruentes cũ vino q̃ ce ruiſſa. Iſti tamẽ potus ſunt minoris caliditatis / aromaticitatis / ⁊ confortationis membroꝝ ⁊ nutritionis q̃ vinũ. et ideo minus cõgruentes in ſanitatis regimine. Ūñ hos potus ⁊ ſimiles ſi qui ſint ore poſſumus laudare: ſed corde ⁊ opere nos et noſtros dilectos vino optimo copulare.

¶ Caplm. xxij. De indumentis.

Quia poſſunt homines vti veſtibus ⁊ indumẽtis debito modo ⁊ indebito: ⁊ talis indumẽtoꝛu3 vſus eſt neceſſarius in ſanitatis regimine determinandum eſt in iſto capitulo de indumentis et veſtibus quantu3 ſufficit in propoſito. Ueſtes autem ⁊ indumenta vel ſunt de lino / vel de bombace vel de ſerico / vel de lana / vel de pellibus. Regule igitur ſeruande in veſtibus ⁊ indumentis ſunt hee. Pria regula eſt ꝙ veſtes et indumẽta ſunt ꝓpter mẽbra exteriora defendere a nocumẽto exteriori: puta calore vel frigiditate plꝰ tñ a frigiditate. Tẽpore enim calido nudum incedere membra denigrat: ⁊ cutem adurit: ⁊ totum corpus plus debito calefacit. Et ſimiliter tempore frigido ſi quis ſine veſtibus: vel cum paucis incedat multum grauatur corpus: ſicut conſideranti eſt manifeſtum. Bene igitur conſiderandum eſt ꝙ tempore frigido homo non incedat ſine veſtibus corpus defendentibus a frigore continentis. Et ſimiliter in eſtate ꝙ non incedat cum veſtibus corpus plus debito calefacientibus: vel ſine veſtibus totaliter: vel cũ ita paucis veſtibus vel ſubtilibus ꝙ corpus a calore continentis poſſunt minime defenſare. Eſt igitur

Differẽtia veſtimentoꝝ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tripliciter defendunt corpus a frigore.

Exēplū de pipere.

In hyeme.

diligenter notandū ꝙ veſtes ⁊ indumēta defenſant corpus a frigiditate cōtinentis tripliciter. Primo quidem q2 ꝓhibent applicationem frigiditatis cōtinentis ad corpus: q2 frigiditas ꝯtinētis nō attingit corpus immediate: ſed mediantibus indumentis. Secundo q2 humores ⁊ vapores calidos circa ſuperficiem corporis retinent: ⁊ ſic ibidē multiplicati calefaciunt corpus exterius. Tertio calefaciunt corpus noſtrū ſuo calore eſſentiali ⁊ virtuali: q̄ calor quodāmodo de potentia ad actum reducitur a calore ⁊ ſpiritu corporis noſtri: ſicut piper pulueri zatum ſupra manū: calefacit manū ſua eſſentiali caliditate q̄ reducitur de potentia ad actū a caliditate noſtri corporis. Interdū indumenta poſſunt calefacere ſua actuali ⁊ formali caliditate puta quādo veſtes calefaciūt ab igne: ⁊ ſic calidi induuntur Hec tamē caliditas actualis cito recedit: ⁊ remanet virtualis ⁊ potentialis caliditas quodāmodo reducta a calore corpis noſtri de potētia ad actū Secunda regula conſideranda circa veſtes ⁊ indumenta: eſt ꝙ quanto tēpus eſt frigidus ⁊ ventoſus et aer ſubtilior: tanto pluribus indigemus veſtibꝰ Et ſpecialiter qn̄ corpus eſt rarū multū ⁊ paſſibile et cū hoc frigidioris complexionis. In hyeme igit̄ ceteris paribus indumenta plura ſunt neceſſaria: ⁊ in nocte ꝙ̄ in die: et flante vento ꝙ̄ non flante: ⁊ in tēpore pluuioſo ꝙ̄ ſereno. Nā tempore ſereno ſol magis potēs eſt calefacere ꝙ pluuioſo. Amplius homines rare complexionis: puta quorū muſculi non ſunt denſi: ſed multum proſi: et quorū carnes non ſunt dure: ſed molles: tales vtiqꝫ plus timent

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

frigus: ⁊ pluribus indigent veſtib⁹. Similiter etiā ceteris paribus ſenes ⁊ fleumatici et melancolici pluribus veſtibus indigent. Nam tales maxime leduntur a ſimilibus ſue craſi: et a contrario iuuantur et ſic colerici et ſanguinei paucioribus indigēt veſtimentis quam fleumatici vel melancolici. Sed tu diceres contra: colerici ſunt rariores: et per cōſequens paſſibiliores: et ſic indigent pluribus veſtibus ꝙ melancolici: quorum compoſitio eſt durior. Dicendum ad hoc quod non eſt inconueniēs aliquem colericum quod ad membra exteriora eſſe compoſitionis durioris: et minus paſſibilis aliquo melancolico. Unde dato quod regulariter compoſitio ſequatur complexionem et eidem proportionetur: interdum tamen contingit contrarium. Sic igitur ſtat ſimul quod aliquis ſit colericus et non rarus melancolicus et non denſus. Ceteris igitur paribus ex parte complexionis regula compoſitionis poſita eſt vera: et maxime eſſet vera ſi cum caliditate complexionis eſſet duricies compoſitionis: et cum frigiditate complexionis eſſet raritas compoſitionis. Poteſt etiam dici quod regula compoſitionis dicta non ſimpliciter tenet: niſi ſuppoſita eadem complexione: vel quod non ſit repugnantia ex parte complexionis: ſed reſpectu compoſitionis ſimpliciter tenenda eſt. Plus enim facit caliditas complexionis ad hoc vt aliquis minus indigeat calefacientibus quam raritas compoſitionis ſuperflue ad hoc quod ledatur infrigidantibus. Unum enim contingit raritas in ratione actiui reſiſten-

Dubium de colericis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis:puta complexionis caliditas:ꝛ aliud in ratiõe
paſſiui puta compoſitionis raritas aut denſitas.
De exer citio. Tertia regula eſt ꝙ homines qui plus exercitãtur
ceteris paribus paucioribus indigent indumẽtis.
Nam per exercitum calefaciunt mẽbra exteriora:
ꝛ ſuperflue humiditates mẽbroꝝ cõſumuntur mẽ-
bra aliqualiter indurantur:ꝛ impaſſibilia efficiun-
tur. In quieſcentibus autẽ mẽbra exteriora ſopi-
ta ſunt ꝛ calor in eis:ꝛ ideo oportet ꝙ per indumẽ
ta confortentur:et quodammodo de potentia ad
actum reducantur. Quarta regula eſt ꝙ ſeruiẽtes
in ſtuphis ꝛ qui in earum domibus commorantur:
quando contingit ꝙ ſe exponunt continenti aeri
frigido:indigent pluribus veſtibus. tum qꝛ plus le
duntur a frigore:qꝛ conſueti ſunt in calore. Sicut
eñi ab aſſueto nõ fit paſſio:ſic ab eo quod eſt con-
trariũ aſſueto corpora noſtra maxime patiuntur:
ꝛ hoc contingit inpropoſito. tum quia eorum po-
roſitates ſunt aperte ꝛ rare:ꝛ ſic frigiditas conti-
nentis põt perfectius et citius ſubintrare et mem
bra ledere. Et ꝑpter hãc cãm in primis frigidiori
bus indiget homo plurimis cooperimentis:ꝑpter
hoc ꝙ ſubita mutatio ad frigus nocet:et pori inue
niuntur aperti. Quinta regula eſt ꝙ in ſomno ali-
quis indiget plurimis cooperimẽtis ꝙ̃ in vigilis.
Nam in ſomno calor trahitur ad interiora ad loca
digeſtionis:et mẽbra exteriora remanent calore ꝛ
ſpiritu denudata reſpectu vigiliarũ:et ſic apta na
ta ſunt magis ledi frigiditate continentis. Et mẽ
brũ maxime frigidũ maximo indiget cooperimẽto
De ſõno et hoc eſt cerebrũ. Vñ caput in ſomno maxime eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cooperiēdū: ꝛ ſpecialiter q꞉ in ſomno eleuāturva-
pores ad caput infrigidātes ipſum qui in cerebro
conuertūtur in ſubſtātiā aqueam. Uñ puto ꝙ ī ſō-
no magis eſt caput cooperiēdū ꝗ̄ alia mēbra ſꝫ in
vigilia magis cooperienda ſint alia mēbra: q꞉ ī vi-
gilia multus calor ꝛ ſpūs mittūtur ad cerebrū pro
pter virtutes animales īteriores ꝛ exteriores qua
rum opationes vigēt in eo: ꝛ ſic in vigilia calidum
eſt ſufficiēter: ſed in ſomno caliditas nō eſt ita for- Deptib⁹
tis immo eſt cōtrariū vt dictū eſt. Partes aūt ſpi- pectora-
rituales. ſ. pectorales maxime dn̄t cooperiri nō ſo libus.
lū in ſomno ſꝫ et in vigilia. Nā partes pectoris dif
ficile eſt tueri a frigore q꞉ aer frigid⁹ cōtinue īſpi- De ma-
ratur ꝛ expiratur ꝛ reuma cōtinue deſcēdit a cere nibus.
bro ad partes pectoris ꝛ pulmonis. Etiā eſt in il-
lis partib⁹ magna ꝗ̄titas oſſiū que frigida ſunt:
non obſtante igitur cordis caliditate ꝓpter predi
ctas cauſas partes pectorales ſunt maxime coo-
periende. Extrema autē puta manus paucioribꝰ
indigent cooperimētis ꝛ ſpecialater ī vigilia quia
ſunt quaſi ī motu continuo. Sunt eñ organa de-
putata ad operationes tranſeuntes: ꝛ adhuc ma-
nus paucioribus indigent cooperimētis ꝗ̄ pedes
ex eo ꝙ ſunt ī motu magis continuo et eoꝝ opus
cooperimētis īpeditur et ſunt ꝓpinquiores fonti
caloris. ſ. cordi ꝛ ꝓpe manus ſunt arterie multe in
quibus īuenitur pulſus fortis ī quo ſignificatur ca
lor fortis ꝛ magna īfluentia cordis. Uñ q꞉ opatio De pedi
nes manuū ad quas ſunt deputate a natura q̄ ſunt bus.
valde multe exercētur multo calore ꝛ ſpiritu: ideo
ad eaſdē man⁹ natura corpis regitiua mittit mul-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Facies nõ idiget cooperimento.

tum calorem et ſpiritũ ⁊ ſic non indigẽt tot cooperimentis ſicut alie partes. Pedes etiã ſunt i multo motu: ⁊ operationes ad quas deputati ſunt exerceri non poſſent cum multis cooperimentis ⁊ ſic non indigent pluribus cooperimentis ſed indigẽt adhuc plus ꝙ manus ⁊ ſic a principio communiter aſſuetum eſt ex cauſa finali hoc: et hec conſuetudo iam redacta eſt in naturam. Membra autem faciei nullis cooperimentis indigent vel paucis niſi magna imminente neceſſitate. Nam ad faciem natura multum mittit calorem propter operationes ſenſuũ que vigent maxime in partibus faciei Que etiam operationes cooperimentis communiter exerceri non poſſunt. Sexta regula ſumitur ex parte habitudinis. Nam habentes mẽbra exteriora carnoſa paucioribus indigẽt cooperimẽtis habentibus ea denudata a carne: minus eniꝫ omnes tales leduntur a frigore ꝙ denudati a carne: ceteris paribus. Septima regula ſumitur ex parte indumentorũ ⁊ veſtiuꝫ in quibus plurima diuerſitas

De diuerſitate veſtium.

Veſtis ſerica.

inuenitur. Quedã enim indumenta ſunt magis calida quedã minus alia vero mediocriter. Indumẽta enim de pellibus cõmuniter ⁊ vt in plurimũ ſunt alijs magis calefacientia ⁊ inde indumenta ex pãnis laneis ſubtilibus ⁊ mollibus denſis ſufficiẽter groſſis: deinde indumenta de bõbace: ⁊ deinde de ſerico ⁊ vltimo indumenta linea. Omnibus eni indumentis ſunt minus calida: ⁊ de bombacinis ⁊ ſericis q̃ min⁹ lixata eſt ⁊ magis piloſa eſt magis calida: veſtis eñi ſerica lixata multũ eſt frigida ⁊ ſilr bõbacina ⁊ ſilr de veſtibus laneis q̃ magis eſt ſub/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tilis ꝛ rara et lixata ꝛ nõ lenis ſed aliquãtulũ aſpe
ra eſt minus calida ꝛ q̃ minus ſubtilis et ſatis den
ſa et lenis nullo modo lixata eſt talis vtiqꝫ lanea ve
ſtis calidioꝛ eſt inter omnes. Et de veſtibus lineis
ſiľr dicendũ ꝙ q̃to ſubtilioꝛ rarioꝛ aſperioꝛ min⁹
piloſa tanto min⁹ calida: ꝛ per oppoſitũ q̃to groſ
ſioꝛ denſioꝛ lenioꝛ magis piloſa tanto minus cali-
dioꝛa. Et de pellibus ſiľr ꝙ q̃to pellis habet piluꝫ
denſioꝛẽ maioꝛẽ lenioꝛẽ tanto eſt calidioꝛ. Et ẽ no
tandũ ꝙ pelles diuerſificantur ſm̃ diuerſitateꝫ ani
maliũ a quibus ſumuntur. Sciendum igitur ꝙ con
ſideratis conditionibus ſupꝛadictis ꝛ animalium
naturis pellis capꝛina cũ minoꝛis caliditatis ꝛ de-
inde pelles de griffo. Pelles autem vulpine ſunt
multũ calide et ſicce ꝛ ſic multum confoꝛtant ner-
uos: vnde multũ cõpetunt paraliticis ꝛ artheticis
et vniuerſaliter omnibus paſſionibus neruoꝛũ ꝛ cõ
petunt etiã his qui ſunt valde pingues et volunt
eoꝛum coꝛpoꝛa macrefacere et deſiccare. Pelles
autẽ cuniculoꝛum et lepoꝛum ſunt his pꝛopoꝛtio-
nales niſi ꝙ non tm̃ deſiccant. Unde puto ꝙ in re-
gimine ſanitatis ſunt magis congruẽtes pelles de
diuria conſideratis conditionibus pꝛius enumera
tis ſatis eſt calida. Nã pellis eſt ſatis groſſa ꝛ ha
bet pillos multos ꝛ denſos ꝛ leues ſufficienter ma
gnos ꝛ cũ hoc ẽ nitida valde ꝛ pediculoꝛũ minime
gñatiua ꝛ hꝫ pilos foꝛtiſſie adheſiõis: vñ tales pel
les ſatꝫ apđ me ꝯmẽdãde ſũt pelles aũt ouine ſunt
calide ꝛ hũide ꝯſeq̃ntes ꝯplexionẽ aĩalis cui⁹ ſunt
vñ mľtũ ꝯfoꝛtãt coꝛp⁹ ꝛ caloꝛẽ nãalẽ ꝛ coꝛp⁹ ipin
guãt: vñ melãcolicꝫ ꝛ ſiccꝫ ꝛ macillẽtꝫ mľtũ ꝯpetunt

De pellibus: pellis vulpina pellis cuniculorum.

Pelles ouine.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed eſt pellis īter oēs nitida minime ꝛ multoꝝ pedi
culoꝛū generatiua. Ut igitur ſit ad vnū dicere pel
lis ouis ſeqtur cōplexionē aīalis cuius eſt q̄ cū ſit
cutis denſe ꝛ ſpiſſe piloſitatis: fortis adheſionis et
multe piloſitatis plus calefacit: ꝛ per oppoſitum
ſi ſit rare cutis ꝛ rare piloſitatis ꝛ minꝰ calefacit ꝛ
ſi habet pilos aſperos ꝛ duros deſiccat et ſi humi-
les ꝛ lenes īpinguat ꝛ humectat ꝛ hoc eſt vniuerſa
liter verū ī oībus indumētis. Ex dictis igitur ſatis
cōcludi pōt ꝙ hoīes calide complexionis iuuenes
tempoꝛe calido regione calida ſufficiēter pīgues ꝛ
carnoſi indigent īdumētis ſubtilioꝛibus raris pau
ce piloſitatis ꝛ rare: ꝛ per oppoſitū frigide cōple-
xionis ſenes ꝛ tpe ꝛ regione frigidis macillēti ꝛ ra
ri īdigēt īdumentis groſſioꝛibus multe piloſitatis
et denſe. Ampliꝰ ſi queramus coꝛpoꝛis deſiccatio
nem et macillentiam vel ſuperfluitatum ī mēbꝛis
conſumptionem bonum eſt ꝙ indumenta ſint dura
aſpera: et non multum rara: et ſpecialiter indumē-
ta que ꝓpe cutem ponuntur. Unde volētes ſe ma
crefacere ꝛ mēbꝛoꝝ ſuoꝝ ſuperfluitates deſiccare
vti debent īdumentis lineis aſperioꝛibus: durioꝛi-
bus: et groſſioꝛibus: et talia indumenta ſepiꝰ muta
re. Et per oppoſitum quoꝛum membꝛa ſunt macil
lenta et paucarum ſuperfluitatum volentes im-
pinguari: debent vti indumentis lineis mollibꝰ ſuf
ficienter denſis. Ex dictis autē elici poteſt ꝙ quā
to indumēta ſunt leuioꝛa ꝛ minꝰ piloſa: ꝛ magis li
xata: tanto induantur immediatius carni: et quan
to aſperioꝛa et durioꝛa et minus frangibilia; tan-
to induantur longius a carne: vnde veſtes linee et

Regimē ſm diuerſitatem coꝛpoꝛū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſimiles induuntur magis ꝓpe carnem: ⁊ veſtes lanee induuntur lõgius: ſic eñ minus leditur corpus ⁊ veſtes melius cõſeruãtur.

¶ Capitulum viceſimumtertium De volentibus continere.

Quoniam quidaƷ ſunt venerabiles viri qui viuere volunt cõtinenter: ⁊ tamen volunt viuere ſani. Ideo de meliori eoꝝ regimine intendo vnum capitulum breue imponere. Scimus enim ꝙ etſi actus venereus ſeu coitus ſit vtilis in ſanitatis regimine non tñ neceſſarius. Unde aliqui ſapiẽtum qui fuerũt locuti de ſanitatis regimine de coitu nullã penitus fecerũt mẽtionẽ. Multi eñ ſunt q̄ viuunt ſani ſine coitu ſicut alij cũ coitu. Non eſt igitur coitus neceſſarius ad neceſſitatis cõſeruationẽ indiuidui: licet ad conſeruationẽ ſpeciei neceſſarius ſit. Poſſibile igit̃ eſt hominẽ viuere ſanũ ſine coitu: ſicut patet ĩ multis virginibus preteritis ⁊ preſentibus. Igitur ponende ſunt he regule quibus homo poteſt ſe a coitu preſeruare ⁊ continenter viuere. Prima regula ſumitur ex parte conſuetudinis. SciendũƷ igitur ꝙ deaſſueſcere actũ eſt de his que maxime reddunt hominẽ cõtinẽtem. Sicut enim mulieres nutrices cũ deaſſueſcũt lactare nõ generatur lac in earũ mammillis ⁊ ſic pueros nutrire non poſſunt: ſic etiã mẽbra generationis cũ deaſſueſcũt coitũ ⁊ ſpermatis emiſſionẽ ſperma in eis nõ multiplicat̃ nec fermẽtatur / ⁊ per cõſequẽs ad coitũ minime ſtimulãtur: ⁊ ſic cõtinẽtes de leui efficiũtur. Eſt diligẽter no-

Regimẽ cõtinentium.

De coitu.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tandū q̄ ſi quis fuerit conſuetus ad actuꝫ coeundi longo tp̄e:non eſt ſecurum hāc cōſuetudinē ſubito relinquere:ſed paulatim naꝫ ſubito permutare cōſuetudinem eſt res periculoſa in ſanitatis regimine. Cōſuetudo igitur paulatim eſt mutanda: et hoc fieri poteſt ſi quis volēs mutare cōſuetudineꝫ coeat tardius q̄ cōſueuit: ⁊ cū turpioribus mulieribus ⁊ cū vetulis: ⁊ cū meretricibus et vniuerſaliter cū mulieribus quarū actus ⁊ aſpectus ſunt horribiles: ⁊ ſpecialiter in actu coeūdi imaginari debet actus turpitudinis ⁊ q̄ eodeꝫ actu ratio abſorbet et ſuccūbit ⁊ homo brutis adequatur et q̄ ex hoc actu nullus actus virtutis nec bon⁹ habitus in nobis augmētatur quoniā in hoc actu ratio nihil iudicat nec de bono nec de malo immo eius iudiciuꝫ totaliter annullat ⁊ ſpecialiter q̄ ex hoc actu homo diſtrahitur a multis operibus virtuoſis: qꝛ mulier furatur cor ipſius ſapientis. Omnib⁹ his itaq̄ cōſideratis ⁊ ſepe homo leuius et facilius cōtinebit. Amplius ſcias q̄ venationes ⁊ ludoꝝ ſpecies ⁊ triſticie ꝓuocatiōes: ⁊ dignitates aſſumpte ſunt ex his que iuuant hoīem cōtinere ⁊ ſuper oīa ſeruire philoſophie et ſtudijs litterarū ⁊ ſpecialiter moralibus inſudare: ⁊ belloꝝ actib⁹ inſiſtere: hec oīa iuuant q̄ plurimū continere. Amplius fleubothomia ⁊ ſtupha ſicca exercitiū forte et balneū multū iuuat ad cōtinendū homines. Omnes enim qui coitu nō vtuntur plus alijs vtentibus debent fleubothomari: et ſepius balneari ⁊ plus exercitari. Ex his enim omnibus materia ſpermatica conſumitur et deſiccatur: et min⁹ in corpore multiplicat. Am

Cōſuetudo eſt altera natura.

Modus euitandi coitum.

De fleubothomia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plius volētes cōtinere debent vitare cibaria homi nē ad coitū incitātia: vel ſperma multiplicādo: vel calorē incitādo: vel ſpiritum ventoſum in mēbris generatiuis congregando. Que autē ſint iſta ciba ria ſcriptum eſt in ſcda parte huius operis capitu lo de regimine ſanitatis ſumpto a diuerſitate mē brorum. Ibidē enim queritur que ꝛ qualia cibaria ſunt ꝛ volētibus continere totaliter euitētur ꝛ vtā tur deſiccātibꝰ materiā ſpermaticā: bonū eſt ꝙ vtā tur infrigidātibꝰ mēbra generationis ꝛ cū ventoſi tas ſit forſan de incitātibꝰ ad coitū ꝑpter erectio nē bonū eſt ꝙ euitēt vētoſa: ꝛ ꝙ vtantur cōſumēti bus vētoſitatē et ſperma deſiccantibus. Deſiccan tia ſperma quedā ſunt frigida: quedā calida. Fri gida ſunt vt lentes et aqua lentiū decoctarū cū ſe mine caulis: ꝛ nenufaris: ꝛ coriādri: ꝛ ſemine lactu ce ꝛ aqua lactis ſine butyro vehementis acetoſita tis: ꝛ acetum etiam ſemē portulace. Hec igitur co meſta ſeu bibita ſperma deſiccant ꝛ caliditatē ad coitum incitantem alterāt. Fiant igitur ex eis pul ueres ꝛ electuaria vel potiones quibꝰ homines vo lentes continere poſſent vti. Amplius ſciasꝙ inun gere membra generationis ꝛ renes cum oleis frigi dis ꝛ ſiccis: et cum oleo iuſquiami vel papaueris ē ex his que ſperma deſiccant etiam incidere nudis pedibus deijcit deſiderium coitus. Sunt etiam multa calida que ſperma deſiccant: puta lilium ſemen rute/ et herba / et ſemen agnicaſti / calca mentum / euforbium: myrrha: et cyminum / vnde dyaciminum eſt deſiccatiuum materie ſpermatice valde / et ſi quis ſit calide complexionis / et in

Cibaria ſperma/ tis deſic catiua.

Unguen tum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Submerſio in aq̄ gelida.

tempoꝛe calido vtatur aceto. Amplius ſcias ꝙ interdū ſubmergere mēbꝛa generationis in aqua frigidiſſima: eſt de his que auferūt deſideriū coitus: ⁊ ſpecialiter hoc fiat tp̄e illo quo homo ad coitū ſtimulatur: vel ex natura: vel ex inoꝛdinatione appetitus. Amplius in habētibus renes calidos valde ⁊ genitalia: lamina plūbea minutiſſime perfoꝛata ⁊ ſubtilis valde aliquo oleo frigido ⁊ ſicco inuncta multū deijcit coitū ſi poꝛtet ligata ad renes. Amplius cibaria eoꝛum nō debēt eſſe multi nutrimēti nec calidi ⁊ humidi: ſed nutrimēti pauci declinantis ad ſiccū ⁊ frigidū. Nec debēt eſſe cibaria ventoſa: nā vētoſitas incitat ad coitū: ⁊ ſpecialiter cū caliditate ⁊ humiditate: ſicut patet in cicere in quo eſt caliditas ⁊ humiditas: ⁊ vētoſitas: ⁊ ſimiliter in naponibus ⁊ paſtinacis: ⁊ ſimiliter ī fabis ⁊ pineis excoꝛticatis: ⁊ ſimilibus. Ampliꝰ volētes continere inſiſtāt vigilijs ⁊ minus ſolito comedant: ⁊ nunꝗ̄ ſint ocioſi: vnde circa aliqua ſollicitari: ſiue agibilia ſiue ſpeculabilia multū detrahit hoīem a deſiderio coitus. Ocium eñ alimēta miniſtrat: nō ſolum huic vitio ſed multis alijs. Volens igitur de leui viuere caſte ſic ſuū oꝛdinet viuendi modū qꝛ ꝑpter horā ſomni nulla per ocium tranſeat: ⁊ laudo ꝙ cōtinere volentes vtantur agnocaſto in balneis in ſuffumigationibus ⁊ eoꝝ camere ⁊ lectus ſternātur agnocaſto. Habet eñ mirabilē ꝓpꝛietatē in iſto ſicut diu teſtificati ſunt multi ſapiētes. Multi eñ ſunt quoꝝ ex dimiſſione coitꝰ ſtomachus ⁊ coꝛ debilitatur. Bonū eſt igitur intendere ad ipſoꝛuꝫ ſtomachum cōfoꝛtandum cuꝫ medicinis bibitis et

De cibarijs vētoſis.

De agno caſto.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

comeſtis ſeu emplaſtris ſtomachum cõfortãtib⁹ ca Cõfortatio ſtomachi ꝛ cordis.
lidis ſeu frigidis:ſeu tẽperatis ſicut melius videbi
tur expedire ſm diuerſitatẽ complexiõis corporis
et etatis ꝛ ſimilia:ꝛ que ſunt illa ſatis dictum eſt in
prima parte huius operis in capitulo de membro
rum conſeruatione:vbi tractatur ſpecialiter de ſto
machi confortatione:ꝛ proportionabiliter intelli=
gatur de corde:hoc enim mẽbrum debilitari cõſue
uit ex dimiſſione coitus ꝛ que ſint cordiales virtu
tes et medicine ſimplices ꝛ cõpoſite in preallega=
to capitulo ſufficienter dictum eſt.Amplius dico ꝙ De exercitio.
tales maxime aſſiduent exercitium partium ſupe;
riorū ſicut eſt lapidis eleuatio ꝛ vniuerſaliter om
ne exercitium in quo pectoralia ꝛ brachia exercitẽ
tur plus ꝙ̃ inferiores partes.Nam per tale exerci
tium ſuperfluitas in mẽbris ſuperioribus cõſume=
tur ꝛ in eis nõ multiplicatur ex dimiſſione coitus.
Mẽbris aũt inferioribus adminiſtrari debent vn= De vnguentis.
guenta ꝛ emplaſtra frigida ꝛ ſicca:vel calida et ſic
ca ſperma exiccantia quod hoꝝ magis videbitur
expedire:ſed regulariter melius eſt ꝙ talia empla=
ſtra vel vnguenta declinent ad frigiditatẽ ſemper
ꝙ̃ declinẽt ad caliditatẽ vel nimiã ſiccitatẽ et quã
do ex adminiſtratione taliũ emplaſtrorum videbi
mus ꝙ materia vẽtoſitatis erit cõſumpta tunc po
terunt adminiſtrari embroce declinãtes ad aliqua
lẽ caliditatẽ ꝛ ſubtilitatẽ puta de camomilla agno
caſto ꝛ ſemine canabis.Amplius ſcias ꝙ in volen
tibus cõtinere vomitus eſt cõgruentior ꝙ̃ farma=
cia.Timetur enim ꝙ farmacia nõ faciat deſcẽde= De vomitu.
re materias.Ampli⁹ fleubothomia de ſaphenis ĩ=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Margarite caſtitatis.

teriorib⁹ cauillarũ pedũ maxime cõpetit his q̃ ex coitus dimiſſione incurrũt cordis debilitatem ꝛ ſtomachi. Amplius ſcias ꝙ ſaphirus et ſmaragdus ꝛ topaſius reddunt hominem caſtum ꝛ continentẽ.

¶ Capitulum. xxiiij. De iter agentibus.

Mutatio regiminis.

Conſequenter dicendum eſt de regimine iter agentium. Circa quod regimen dande ſunt regule. Quarum prima eſt. Quod intendens iter agere ex neceſſitate debet in modo viuendi conſuetudinem mutare. Alius enim debet eſſe modus viuendi itinerantium ꝛ non itinerantiũ: nam propter laborem qui i eis contingit eſt dubitandum ne in malas cadant egritudines niſi ſuum regimen permutẽt ab eo qđ conſuetum eſt. Hec tamen cõſuetudinis permutatio non eſt fienda ſubito: ſed paulatim et ordinate. Oportet igitur qui iter egreditur vt vtatur ordine ꝛ in principio ſui itineris parum plus ſolito exercitetur ꝛ ſic paulatim ad exercitiũ itineris aſſueſcat/ ꝛ ſi in ſuo itinere neceſſariũ fuerit vigilare paulati aſſueſcat ꝛ anteꝙ̃ iter arripiat: ꝛ ſimiliter intelligitur de fame ꝛ ſiti. Unde in hoc caſu ſumme oportet ad non conſueta tranſmutare: debet etiã aſſueſcere ad cibum quo in itinere proponit vti. Maius enim periculum eſt iter arripere hiſqui non conſueuerunt ꝛ in debilibus et ſenibus ꝙ̃ in conſuetis fortibus ꝛ iuuenibus. Et circa illos in quibus maius periculum imminet maius ſtudium eſt impendendum in mutatione conſuetudinis ad ea que itinerantib⁹ ſunt neceſſaria. Secunda regula eſt ex par

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te cibi ⁊ potus: nam cibi itinerantium debēt eſſe fa cilioris digeſtionis ⁊ melioris ſubſtantie ⁊ propin que menſure et non multi. Et vt ſit ad vnum dicere ſuum nutriens debet meliorari vt bene digerat ⁊ ſuperfluitates in venis non congregentur. Et q̄ ſunt huiuſmodi cibaria dictuꝫ eſt in capitulo de cibis ⁊ potibus in ſpeciali. Amplius non debet equitare ſtomacho pleno cibo ne eius cibus in ſtomacho corrumpatur. Et ſi neceſſitatem habet bibendi bibat aquam ne per eam augeatur ſonitus ⁊ vētoſitas ⁊ dilatio ſui in ventre. Expectetur igitͬ cibus vſq; ad horam hoſpitandi / ꝙ ſi forſan comedere omnino ſit neceſſarium parum comedatur neceſ ſitas bibendi immineat. Unde itinerantes ſumme euitare debent olera ⁊ fruct⁹ et quicquid generat humorem crudum niſi interdum gratis medicaminis. Amplius non debet faſtiditus cibo iter arripere. Dormiat igitur primo vt faſtidium reſoluatur nec etiam valde famelicus vbi enim eſt indigentia et fames magna: non oportet laborare vel itinerare: prius enim confortanda eſt virtus: ſed quia itineranti poteſt neceſſitas imminere tolerandi famē tamdiu ꝙ deſiderium deſtruatur totaliter comedē di vel multum minuatur: bonum eſt ſcire cibos cuꝫ quib⁹ homo diuti⁹ poteſt ſine cibo ꝑmanere. Sciē dum igitur ꝙ cibi facti ex epatibus aſſatis et pile facte ex amigdalis et oleo amigdalino ⁊ anetino / ⁊ adipe vaccino conueniunt: ſi enim vna ex eis comedatur fames longiori tempore tolerabitur. Amplius ſumere oleum violatum bullitum in quo ſit diſſolutus adeps / vaccinis facit diu tolerare

Ad tolerādū fa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

famem intantum ꝙ ſi quis ſumeret vnam libraꝫ ta
lis conditi ſine deſiderio notabili quod per decem
dies permanere valeret ⁊ ſicut dictum eſt de fame
ita intelligatur de ſiti. Quia enim ſitim interdū to

Ad tolerandum ſitim.

lerare oportet determinandum eſt de medicinis ſi
tim extinguētib⁹ quarū vna eſt lebes ⁊ ſemē portu
lace piſtatum cum aceto ⁊ ſint ſeminis portulace:
drag.iij.⁊ diſtemperentur cū aceto ⁊ aqua' ſufficiē
tib⁹ ⁊ euitentur que ſitim faciunt quorū vnū eſt pi
ſces ⁊ omnia ſalſa et dulcia et locutio multa et for
tis deambulatio. Hec igit̃ ſunt euitanda. Et ſi qͣs
multū ſitiat bibat aquā cū aceto quia eſt ex his q̄ ſi
tim extingunt ſicut prius dixi. Tertia regula ſumi
tur ex parte fleubothomie ⁊ farmacie: nā ſi aliquis
propter plenitudinem indigeat aliquo iſtorū fien-
da ſunt anteꝗ̃ incipiatur iter q̄ ſi non fiant eſt du-
bitandū de febribus ⁊ apoſtematibus ⁊ mēbroruꝫ
exteriorū infectionibus ⁊ ſi tēpus ſit frigidū ⁊ hu
mores ſint corrupti non multū calidi ⁊ mēbra inte-
riora fortia ⁊ ſint humores aliqualiter groſſi ⁊ adu
ſti multū eſt dubitādū de lepra. Bonum eſt igitur
ante principiuꝫ itineris fleubothomare vel farma
care ſecundū ꝙ medico melius videbitur expedire
ex hoc enim redditur corpus agilius ⁊ ab egritudi
nibus ſecurius nullo igitur modo volens iter arri-
pere hoc faciat ſine conſilio boni medici. Quarta
regula ſumit̃ ex parte caliditatis continētis. Sūt
enim multi qui itinerare ꝓponunt ⁊ coacti ſunt in
tēpore calido qui multū ſtudere debēt ne eoꝝ mē
bra maxime cerebra a calore cōtinentis ledantur.
Sepe eñ ex hoc homines incurrūt capitis dolorē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fortem ꝛ febrē effimeram vel putridaȝ ꝛ alias egritudines quas non eſt neceſſariū hic enarrare. Cooperiantur igitur capita eorū vt defendantur a ſole q̄tum poſſibile eſt. Amplius itinerantes hoc tēpore ſollicitare debent de eorū pectoribus vt. ſ. non deſiccentur ne ſupercaleſiant propter exercitium ꝛ aerem attractum qui eſt valde acutus ꝛ calidus. Debent igitur epithimare ꝛ inungere eorū pectora et ſpecialiter cordis regionē que ſub mām̄illa ſiniſtra epithimatibus frigidis ꝛ humidis ꝛ vnguentis frigidis ꝛ humidis puta cū muſcillagine pſilij ꝛ ſucco portulace ꝛ ſilibus. Amplius tēpore calido anteq̄ꝫ dieta incipiatur ꝛ dato ꝙ aliquis nō fuerit famelicus bonū eſt omnino aliquid comedere conueniens ad reſiſtendū tēpori puta ius hordei ꝛ ſyrupum de fructibus ꝛ ſimilia. Cū eñ equitant et in eorū interioribus nihil exiſtit multū debilitantur ꝛ reſolutione ꝛ non erit quod reſtauret. Sumaꝛ igiꝛ aliquid ex predictis vel ſimilibus ꝛ non incipiant dietā anteq̄ꝫ deſcendat ab orificio ſtomachi. Amplius bonū eſt ꝙ ſecū deferant vnguenta frigida ꝛ humida nota puta oleū violatū et roſarū neufaris et vnguentū populeon ex quibus inungatur eorūꝫ ſpina et pectus hora poſt horā ꝛ multi ſunt qui ſiuuantur ex balneo in aqua frigida cū incurrunt aliquā leſionē ex caliditate continentis: melius eſt tñ ne hoc ſubito fiat ſed parū expectent ꝛ deinde ordinate ad ipſum procedant. Amplius ſi quis timeat malos odores ex aere ꝛ venenoſos: nares ſimul et os ligare debet ꝛ obturare ꝛ in hoc tolerare dolorem ꝛ anteq̄ꝫ incipiat dietā ſorbere lac ſine butyro in

Modus ꝯſeruādi

Vnguenta.

Contra malos odores.

quo fuerit infuſum ſepe minutuƺ fortis inciſionis ꝛ ſepe comedere ꝛ ſic nõ nocebunt ſibi odores. Bo/num etiã eſt odorare oleũ roſarũ ꝛ ſorbere ꝛ bibe=re oleũ de cucurbitis. Ex hoc eñi remouetur vene=noſoruƺ malicia: ꝛ ſi quis iam ex talibus odoribus nocumentũ incurrerit ꝓijciatur ſuper ei⁹ extremi/tates aqua frigida et facies ex ea lauetur ꝛ comedat olera frigida et ſuper caput eius fundatur ex oleis frigidis et ſiccis notis et omnino a coitu ca/ueat ꝛ ſi coierit confert ei vinum temperatum ꝛ piſces ſaliti ad appetitus ſtomachi reuocationem ꝛ confortationẽ vinum quid eſt tẽperatum ad virtutis confortationẽ ꝛ ſitis ſedationẽ. Et ſi febre ca/uerit. lac ei cõpetit niſi capitis dolorem patiatur qꝛ nutrit humectat alterat: ꝛ facile digeritur: et ſi febrem patiatur et non putridam ſed effimerã cõ/petit lac acetoſum ꝛ ſi ſitim patiatur immenſã poſt illos aeris odores venenoſos ſe curet os lauando et gargariſando ꝛ hora poſt horaƺ paruƺ tranſglutiendo ꝛ poſtq̃ƺ ſitis mitigata fuerit bibat ꝛ anteq̃ƺ bibere icipiat bibat parũ olei roſati mixti cũ aqua et poſt aquã bibat. Amplius bonũ eſt ꝙ tales q̃ calore continentis leſi ſunt maneant in loco frigido ꝛ pedes abluant aqua frigida et ſi fuerit ſitiẽs aquã frigidam bibat ꝛ nutriatur ex cibo qui cito digeritur. Quinta regula ſumitur ex parte frigiditatis: continentis nam in tempore frigido itinerare magnus eſt timor: licet homo multuƺ ſe cuſtodiat. Nã ex frigore continentis interdum totum corp⁹ ſtupefit ſpaſmatur et mortificatur et appopletici moriuntur ꝛ interdum membra exteriora: puta pedes

De febricitante.

De frigiditate.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manus et oculi ex tali frigore q̃z plurimum patiun tur intantum ꝙ interdum putreſiunt et cadunt: et conſequenter ſequitur mors. Multi etiam ex fri gore continentis cadunt in appetituz caninũ. Bo num eſt igitur ꝙ in tempore frigido volentes iter arripere procurent veſtes ceteris calidiores ⁊ que ſunt iſte veſtes ſuperius dictum eſt capitulo de in dumentis et q2 frigus ſubintrare conſueuit per na res aures et os ⁊ ceteras corporis poroſitates: bo num eſt quod meliori modo quo poſſibile eſt: ob ſtruantur ne frigus ſubingrediatur: ⁊ q2 in capite ⁊ facie ſunt multe vie per quas frigus poteſt ſubin trare. Debet medicus ſollicitari circa cooperimen ta capitis et faciei. Et quia interduz membra fa ciei vt oculi ſũt nobiles ⁊ neceſſarij ⁊ ex frigore cõ ſueuerunt incurrere leſionez: puta ruborem ⁊ inter dum apoſtema ⁊ magnum dolorem ſollicitandũ eſt in eorum cuſtodia: cooperiantur igitur oculi ⁊ in uoluantur panno ſubtili ſic ꝙ ex eis nihil ſit diſcoo pertum: niſi quod eſt neceſſarium: faciem etiaz avẽ ti oppoſitione quanto plus poterit remoueat. Bo num eſt etiã ꝙ talis coopertura ſit ſuper totam fa ciem ⁊ non ſolũ ſuper oculos: ⁊ pannus quo oculi terguntur non debet eſſe calidus. Si eniz oculus ex tali ligatura fuerit calefactus plus leditur a fri gore. Nam aqua calida citius congelatur. Unde debentes itinerare non debent ſe opponere calidi tati ignis aliquo modo: et ſi predicta nocumenta acciderent oculis vaporem cum aqua decoctionis camomille vel sticados vel aneti et ſilium. Et ſi vi deamus neceſſitatem fiat flobotõia et pharmacia

De cooperimẽtis

Aq̃ calida citius cõgelat.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De ptib⁹ extremis

et q̄ꝛ iſtud pertinet ad regimen curatiuuꝫ non ſcri bo plus de iſta materia. Amplius medicus multū ſollicitari debet de cooperatiua extremoꝝ et ſpecialiter pedū: cooperiantur igitur calidis cooperimentis ſicut de toto corpore dictū eſt. Et anteq̄ homo ſe exponat itineri pedes ſpecialiter ſūt multum fricandi: et deinde ex oleo oliuarū veteri fricādo ſunt inungendi vt caliditas de potentia ad actum deducta per fricationē melius conſeruetur: et ſi ſit oleum de ſticados vel camomillinū vel anetinum vel ab arbore cedri melius extremitates a frigore defendentur. Fiat igitur hec fricatio et inunctio hora poſt horā ſm quod neceſſitatē videbim⁹ magis imminere ⁊ facta fricatiōe ⁊ inunctione cooperiamur ⁊ inuoluantur pannis lineis mollibus immediate: ⁊ deinde ſupponantur lana ſuccida ⁊ ſupponetur plantis pedū: et deinde calcietur calceis ſeu caligis calidis: ⁊ deinde calcietur ſotularibus vel ocreis largis in quibus pes et peduꝫ digiti moueri poſſint: talis em̄ mos⁹ eſt de his q̄ maxime defendunt pedes a frigore: ⁊ qn̄ pedes ⁊ digiti pedū infrigidantur ⁊ perfecte moueri non poſſunt ſiue mora redeundum eſt ad fricationē ⁊ inunctionem: vt predictū eſt: ⁊ q̄ multū laboret in eoꝝ motu. Et dicunt aliqui q̄ ſubmerſio extremitatū in aqua frigida confert in tali mēbroꝝ ſtupefactione ſicut vidcmus in pomis congelatis. Si em̄ ponant̄ i aqua frigida redeunt ad naturā ſuam. ⁊ ſi ponantur prope ignē minime: ſic etiā imaginantur de extremitatibus multū infrigidatis q̄ melius eſt q̄ ſubmergātur in aqua frigida q̄ igni apponatur de propinq̊

Bonum expimentū de pomis congelatis.

Forte enim per antipariſtaſim membrum infrigidatum in aquã frigidam poſitum caleſit. Nam frigiditas aque circunſtans ꝛ quodammodo ratione humilitatis membrũ arefactũ et quaſi a frigore cõgelatum remolliet ſicut videmus glaciẽ in aqua remolliri caliditatẽ membrorum confortat et fortifficat: qꝛ vnũquodqꝫ contrarium ad preſentiaꝫ ſui cõtrarij fortificatur: caliditate igitur in membro fortificata mẽbrum totum in circunferentia plus caleſit ꝙ ante. Et ſpecialiter qꝛ mẽbrum eſt magis aptum ſuſcipere caliditatem qꝛ remollituꝫ: ſed ſi mẽbra exteriora ꝓpter frigus inflentur ꝛ non deuenerunt ad viriditatẽ vel nigredinem manſinam cũ aliquali priuatione ſenſus ſignum eſt ꝙ caro circũferentialis totaliter non eſt corrupta ꝛ mortificata ꝛ ꝙ cura cadit abſqꝫ hoc quod remoueatᷣ caro a mẽbro. Bonũ eſt igitur ꝙ membra ponatur in aqua calida decoctionis aneti vel camomille: vel ſticados vel caulium vel naponum ꝛ emplaſtretur mẽbrum cum bolo ꝛ ſi inungatur membrum aliquo oleorum ſupradictorum aliquantulum ꝓpe ignem ꝛ poſt fricationeꝫ non erit malũ. Si autẽ viride vel nigrum effectum eſt mẽbruꝫ manſiue cum ſenſus ꝛ motus priuatione fienda eſt ſcarpellatio ſic ꝙ ſanguis exeat a carne ſua et ponendum eſt membrum in aqua calida ne ſanguis congeletur in eodem: et deinde epythimanduꝫ eſt membrũ cum bolo armenico diſſoluto cum vino vel aceto: ꝛ deinde lauandum eſt membrum cum vino calido: ꝛ deinde epythimandum quouſqꝫ membrum redeat ad ſuã naturalem diſpoſitioneꝫ. Et ſi forte caro ſit omnino



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De itinerantib⁹ cōtra visionē ītuitū

mortificata ꝛ remollita putrefacta malum odorē reddens ſcarpellatio nihil ꝓficit: ſed ꝓcurandum erit ꝙ caro putrida totaliter remoueatur q̄d quomodo fieri dꝫ exit limites regiminis ſanitatis. Amplius ſcias ꝙ itinerantis tēpore niuis ꝛ ex albedine niuis immoderata ꝛ ex frigiditate continentes conſueuerunt oculoꝝ incurrere immobilitatē ꝛ viſus deſtructionē ꝓpter nimiā diſgregationē factā ab albedine niuis. Bonū eſt igitur ꝙ q̄ hoc tp̄e itinerare ꝓponit induatur veſtimentis nigris et corpus aut caput ꝛ oculos cooperimento nigro cooperiat aut in manu teneat pannū nigrū queꝫ aſpiciat. Iteꝫ talis itineraturus tp̄e frigido non ſe exponat diete anteq̄ꝫ comedat ꝛ bibat bonū vinum ꝛ ſubtile ꝛ odoriferū: nec ſtatim poſt cibi repletionē inchoanda eſt dieta: ſed poſtq̄ꝫ natura egit in cibū et deinde corpus totuꝫ calefactum eſt: ꝛ ſi omnino ſit neceſſariuꝫ ambulare poſt comeſtionē: min⁹ eſt comedenduꝫ et vinum permixtum cū aliquantulo aque bene calefactū igni eſt bibendū: et in principio itineris non eſt mouendū nec ambulandū ambulatione forti ne digeſtio corrūpatur: ſed ambulatione leui quouſq̄ꝫ cibus in ſtomacho quodāmodo ſit digeſtus. Si eñ ambuletur ambulatiōe forti cibus deſcendit de ſtomacho ante digeſtionē ꝑfectā et corrūpetur digeſtio: ꝛ cū aliquis itinerans ipleuit ſuam dietam ꝛ eſt in hoſpitio non ſtatim appropinquandum eſt igni: ſꝫ in loco calido lōge ab igne ſtare dꝫ ꝛ ignē circuire ꝛ ſic paulatim appropinq̄re ad ignē: parum enim morandum eſt ꝓpe ignem

De ābulatione forti.

Et ſi corpus hominis itinerantis eſſet ſtupidum et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

congelatum fricandũ eſt totum corpus in loco calido ꝛ deinde inungendum cum oleis calidis aromaticis: cuiuſmodi eſt oleum liliaticum et anetinũ et camomillinum ꝛ de cinamomo vel de ſticados ꝛ deinde ponendus eſt in loco molli et cooperiẽdus cooperimentis mollibus calidis ꝛ actualiter ꝛ virtualiter ꝛ permittendus eſt dormire et quieſcere ꝛ ſi videamus magnã imminere neceſſitatem: homines habentes corpora calida ꝛ lenia debent eẽ nudi cum eo in lecto ante ꝛ retro ꝛ ipſum calefacere ꝛ fricare eius ventrem ꝛ coſtas ꝛ pectus ꝛ deinde bonum eſt ꝙ eidem exhibeatur parum de aſſa fetida et mirrha ꝛ pipere ꝛ vino forti. Amplius aqua carnis eſt ei conueniens: deinde poteſt cibari cum micis panis infuſis in brodio carnium laudabilium ꝛ in maxima quantitate bibat de optimo vino: ꝛ eidem lectus mollis preparetur in quo multis cooperiatur pannis et precipiatur eidem: vt dormiat diu: ꝛ poſtꝙ expergefactus fuerit et conualeſcere inceperit ingrediatur balneum in quo longam faciens moram diu fricetur. Et ex aliquo oleorum ſupradictorum inungatur et admiſceatur ꝑdictis oleis caſtoreum: coſtus muſtus: et euforbium. Si autem itinerans non ſit congelatus et ſtupidus ſꝫ ipſius manum contingerit frigus ſufficit fricatio ꝛ balneum: ꝛ ſi minus frigus adhuc euꝫ tetigerit ſufficit mora in loco calido per vnã horam: ꝛ ad ignẽ appropinquare paulatim et ſecundum ordinem. Cibaria autem ne qs comedere dꝫ itinerans tempore frigido: ſint calida actualiter et virtualiter: et in eius cibis vtatur nucibus alleis cepis porris et

Regimẽ

De cibis calidis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nuces et allea hñt ꝓprietatẽ mirabilem.

Unctio nuche.

Odorifera cõpetunt.

Lotio extremitatum.

Nuces ꝛ butyro. Et nuces habent in hoc mirabilem ꝓprie
tatem. Unde itinerantes tempore frigido ſecũ de
portent de nucibus munitionem. Unde ſi nuces et
allea ſimul piſtentur ꝛ cum aqua carnium laudabi
lium diſtemperentur multum corpus calefacient ꝛ
a frigore tuentur ſi in potu vel cibo ſumantur: et
ad idẽ valent calide confectiones quibus itinerã
tes tp̄e frigido non debent carere. Amplius bibe
re vinũ bene forte ꝛ in copia ꝛ paruꝫ comedere de
aliquibus cibarijs vnctuoſis multũ confert ad ꝓ
poſitum. Amplius tota nucha ꝛ ſpecialiter princi
pium: ſcꝫ poſterius colli inungatur hora poſt horã
vnguentis calidis ſuperius nominatis quibus iti
nerantes tempore frigido nullo modo carere de
bent. Amplius magna cautela eſt exhibenda in cu
ſtodia colli ꝛ ſpecialiter poſterioris partis vbi eſt
principium nuche totum igitur collum et ſpeciali
ter pars illa inuoluatur inuolutionibus calidis ac
tualiter et virtualiter ꝛ ſimiliter intelligatur de po
ſteriori parte cerebri. Amplius ſcias ꝙ itinerãtes
tempore frigido debent ſecum ferre odoramenta
calida ad calefactionem et confortationem cere
bri cuiuſmodi ſunt odoramenta calida ex muſto et
ambra et ligno aloes ꝛ ſimilibus. Amplius ſcias ꝙ
lotio extremitatum in aqua calida ſalſa quotidie
mane ꝛ ſero eſt de prohibentibus extremitates le
di a frigore. Nã ex hoc extremitates calefiũt ꝛ idu
rant̄: ꝛ ſupfluitates ĩ eis ꝯſumunt̄: ꝛ ſic ĩpaſſibilio
res efficiũt̄ Sexta regula regiminꝭ itinerãtiũ ſumit̄
ex debilitate ꝛ labore q̃ itinerãti ꝯtingere ꝯſueue
rũt. Cũ igit̄ fortꝭ labor ꝛ fatigatio itinerãti con

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tingit cum ad ocium peruenerit ad vnam horã q̃e ſcat: deinde balneũ intret: et ĩ eo permaneat donec caro lenis fiat et rubea: ⁊ deinde totum corpus fricetur leniter: et minime cum pollice quaſi comprimendo tangatur ſeu palpetur: ⁊ deinde inungatur totum corpus: ⁊ ſpecialiter iuncture. In hyeme q̃dem oleo calido anetino vel camomillino: vel ſticados: et in eſtate cum oleo roſato ⁊ camomillino: deinde quieſcat ⁊ dormiat: ⁊ lecti mollicieʒ augmẽtet: plura ſuper ſe ponat cooperimenta: deinde cuʒ excitatus fuerit a ſomno ad fricationẽ iterum redeat ad balneum ⁊ fricationẽ: ⁊ inunctionem: ⁊ ſic ad ſuam reuertatur cõſuetudinẽ. Septima regula ſumitur ex parte aquarum quibus itinerantes neceſſarium eſt vti. Que autẽ ſunt meliores aque / et quomodo dignoſcuntur ſuperius dictum eſt: et quia itinerantes nõ poſſunt ſemper inuenire aquã bonam: bonum eſt ꝙ ſecum deportẽt de luto proprie terre de luto quidem libero non fetido ex quo cum peruenerint ad locum quietis ⁊ forte aquam non inuenerint laudabilem ponatur in aqua: ⁊ fortiter permiſceatur cũ eadẽ: ⁊ duabus bullitionibꝰ bulliat in eadem: et tunc dimittatur quieſcere donec aqua fuerit clarificata: ⁊ ſi videamꝰ aquas groſſas vel turbulẽtas bulliẽda ſunt: vel de vaſe in vas ponẽde vel diſtillande per alembicum: vel cum filtro: cuius extremitas vna ponatur in vaſe pleno aque: ⁊ alia in vaſe vacuo: ⁊ ſic tota aqua exiſtens ĩ vaſe pleno ad vas vacuũ diſtillando mouebitur et ſic aqua efficitur pura ⁊ ſubtilis vel per colationẽ et ex farina tortellorũ madefacta ſic cooperte co

De fatigatione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

letur. Amplius aluminis iameni in aquam poſitio ipſam clarificat. Amplius ſcias quod comedere cepas et allia et lactucas cum aceto reddit hominem ſecuruz a malicia aquarũ: et ſimiliter pmiſcere aquã aceto et diuerſas aquas ſibijnuicem permiſcere: et ſi aqua fuerit ſaſa quam bibere opoꝛtet ponende ſunt in ea ſoꝛbe: mel vel fructus mirti vel citonia et bibenda eſt cum aceto. Si autem aqua fuerit ſtãs et habens in ſe putrefactionem permiſceatur cum ſucco granatoꝛum vel citonioꝛum vel pomoꝛum acetoſoꝛum et bibens talem quam debet euitare cibos calidos et nullo modo vinum bibat niſi fuerit debile. Nam tales aque maxime ſunt febꝛiles / et ſi foꝛſan aqua fuerit amara admiſceatur zuccaruz et dulcia comedat: et ſi aqua ventrem ſoluit ſtiptica nota comedat. Ampliusſi in aqua fuerint herbe in quibus eſt acuitascomedat cibosdulces et vnctuoſos et in colatura aque ſtudeat et ſi dubitamus quod in aqua ſint ſanguiſuge vel alie beſtiole parue et imperceptibiles ne foꝛte eas tranſglutiamus bonum eſt aquam biberemediante pãno lineo ſubtiliſſimo Tali igitur panno cooperiat os et per ipſum aquã tranſglutiat. Aqua vero ſi faſtidium fecerit cum ſucco granatoꝛum erit bibenda. Et vt ſit ad vnum dicere aqua per contrarium eſt coꝛrigenda.

Modus bibendi aquam.

## Capitulum viceſimumquintum. De tranſfretantibus.

OPoꝛtet qui vult mare intrare antequã mare intret per aliquos dies cibum eius minuere et

minus comedere conſueto q̄ vtatur cibis roborã tibus ſtomachum: et illa cibaria dicta ſunt ſuperius in capitulo de conſeruatione ſtomachi ⁊ ceterorum membrorum. Amplius volens mare intrare muniat ſe pomis granatis et citonijs cum aceto ⁊ macianis et optimo vino odorifero piſcibus paruis ſalſis et pomis citrangulis et limonibus et optimo compoſito ex piris et coctanis cum aceto / et ſpeciebus / et ſimiliter deportet ſecum cappares ⁊ alia que appetitum confortent et reducunt et valent contra vomitum et ſimiliter deportent ſecum oliuas ſalſas et radicem qui comeſta poſt cibum multum reſiſtit vomitui et ſpecialiter ſi comedatur cum aceto et ſale in pauca quantitate et prima die qua quis nauem ingreditur non intueatur aquam nec caput teneat eleuatum nec bibat niſi forte valde parum et hec ſunt que ſtomachum confortant et vomitum refrenant / et ſi contingit dolor et ſubuerſio in ſtomacho et vomitus: permittendus eſt vomere aliquibus vicibus: hoc enim ei non nocebit qui ſi forte vomitus ſuperfluat retineatur cum his que vomitum refrenant: puta cum pomis granatis et citonijs et macianis / et cum odore panis toſti infuſi in aceto optimo. Et ſcias q̄ ſemẽ apij bibitum nauſeam ſedat / et ſpecialiter ſi ſit torrefactum ⁊ in aceto infuſum: et abſinthium bibitum et emplaſtrum et odoratum eſt ex hiſque idem prohibent. Amplius bonum eſt q̄ nutriantur ex acetoſis confortantibus os ſtomachi et vaporem ne ad caput aſcendat prohibentibus: et hoc quidem eſt ſicut lentes cocte et frixe cum aceto come-

Iſta iuuant ſupramare

Semen apij nauſeã curat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſta ipe diũt aſcẽ ſum va; porus ad caput.

ſte: vel cum aggreſta: et addatur parum de pulue-
re calamenti. Amplius panis aſſatus et infuſus in
vino bene redolente comeſtus valet ad idem. Am
plius mice panis aſſati lote in aqua frigida come-
ſte cum vino, vel ſimplici aqua valent ad idem: ⁊ ſi
ſuperfluus inuaſerit vomitus: queras curam in li-
bris de cura egritudinum.

## ¶ Capitulum viceſimumſextum De confectionibus.

Quia homines ſani communiter vtuntur cõ
fectionibus: ⁊ ante cibum ⁊ poſt: et ſtoma
cho pleno ⁊ vacuo: et tempore calido ⁊ fri
gido bonũ mihi videtur de confectionib⁹
hic facere vnum capitulum ſpeciale. Sciendũ igi
tur ꝙ homines communiter vtũtur in ſanitate eo
rum confectionibus magis ad voluntatem ꝙ̃ pro
pter neceſſitatem. Unde ſaluo iudicio ſaniori pu-
to ꝙ plus nocent in ſanitatis regimine ꝙ̃ proſunt.
Unde ſi competunt per aliquem modum corpori-
bus ſanis/hoc eſt ad preſeruãdum ab aliquib⁹ ma
lis cõtingere poſſibilib⁹. Sed homines eis iſto mõ
communiter non vtuntur ſed ad voluntatem ⁊ po
tus delectationẽ. Unde ſi aliquis comederet cõfe
ctiones ne potus vini noceret melius eſſet talibus
panem comedere quia tamen homines eis commu
niter vtuntur ⁊ hanc conſuetudinem vtendi dimit
tere non poſſunt volo meliorem modum vſus earũ
patefacere. Sciendum igitur ꝙ meliores cõfectio
nes que ſunt in vſu ⁊ magis delectabiles ſunt hee/
zinziber conditum zinzibriatum cum zuccaro vel
cum melle ⁊ pineatum ⁊ fiſticatum ⁊ auellane con-

Confe- ctiões bo ne ac lau dande.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dite: ⁊ aniſum conditum: ⁊ coriandrum conditum ⁊ dragea groſſa: ⁊ dragea in tabula ⁊ zuccarum roſarum in tabula ⁊ dyaciminum ⁊ confectio que nominatur marcepen ⁊ nuces confecte cuz zuccaro vel cum melle et auellane condite cum zuccaro ⁊ dactyli. Harum autem confectionum quedaz ſunt cõuenientiores in hyeme ⁊ complexione frigida ⁊ in ſenectute ⁊ huiuſmodi confectiones ſunt: puta zinzibriatum et ſpecialiter de india: ⁊ zinziber viride conſeruatum cum melle ⁊ dragea groſſa ⁊ in tabulis et nuces condite cum zuccaro ⁊ gariofilis ⁊ melle ⁊ ſimiles confectiones calide ⁊ alie ſunt minꝰ calide multum vt zuccarum roſatum alexandrinum ī pixide ⁊ in tabula ⁊ dyacitonium que magis cõueniunt in eſtate ⁊ complexioni calide ⁊ in etate iuuentutis ⁊ pira condita ⁊ cucurbite condite ⁊ coriandrum conditum. Hec enim ſunt confectiones minus calide alijs. Amplius harum confectionum quedam ſunt que magis competunt tempore ieiuniorum puta quando ſtomachus eſt inanitus cibo in collatione de ſero ⁊ alie ſunt que magis competunt poſt cibum immediate vel ante cibum de propinquo. Confectiones ieiunantibus magis conuenientes ſunt confectiones minus deſiccatiue ⁊ minus acute in quibus magis reperitur de ratiõe nutrimenti ſicut pineatum ⁊ fiſticatum ⁊ zuccarum roſatum ⁊ confectio nominata marcepen ⁊ ſimiliter auellane condite ⁊ nuces condite cum optimo melle deſpumato ⁊ paucis ſpeciebus ⁊ ſimiliter dactyli cõditi. Si enim ſtomacho ieiuno bibatur vinum ſine omni comeſtione in pauca quantitate in cita-

Pro ieiunantibꝰ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bit ſtamachum ad appetitum ſequentis cibi quo
non indigent ieiunare volẽtes et ſi bibatur vinum
in magna quantitate ſine comeſtiõe leditur ſtoma
chus ⁊ cerebrum ⁊ totum corpus et ſi de predictis
ſpeciebus comedatur vini nocumentum remouebi
tur nec ſtomachus ad appetitum ſequentis cibi ꝑ-
parabitur nec ex his confectionibus corpus deſic-
cabitur. Sed ſi comedantur alie confectiones acu
tiores ⁊ calidiores et magis deſiccatiue et plus di
ſtantes a ratione nutrimenti non ſic nocumentũ vi
ni remouebitur: ⁊ ad ſequentem cibum ſtomachus
incitabitur. Unde zinziber conditũ ⁊ ſpecialiter de

Uinuz ieiuno ſtomacho bonum.

india ⁊ dragea groſſa ⁊ carui cõditũ ⁊ aniſum con
ditũ ieiunantibꝰ non multum cõgruunt ſed ſi quis
poſt cibũ immediate velit vti cõfectionibus ad di
geſtionis cõfortationẽ in ſtomacho ⁊ ſpecialiter in

Confectiones poſt comeſtionẽ

orificio ſtomachi qđ eſt naturalit̃ frigidiꝰ et ad di
gerẽdũ debiliꝰ: tũc zinziber ⁊ cõditũ zinzibriatũ et
zuccaruz eſt eis cõueniẽtiꝰ ⁊ debent recipi ĩ pauca
quãtitate ⁊ parũ valde ſupbibendũ eſt bonũ vinuz
⁊ ſi quis poſt cibũ immediate ſumptũ conſueuerit
ſentire eructuationes ventoſas vel comederit ci-
bos vẽtoſos ⁊ vniuerſaliter habeat ſtomachũ vẽ-
toſum: tunc poſt cibũ immediate bonum eſt vti ani
ſi condito ⁊ carui condito ⁊ dragea groſſa. Et ſi qs
naturaliter habeat orificium ſtomachi debile tunc
poſt cibum vtatur coriandro condito. In hyeme q̃
dem cum puluere quarũdã ſpecierum ⁊ in eſtate ſi

De coriãdro.

ne ſpeciebus. Hoc etiaz coriandro condito poteſt
quis vti tempore ieiunij in collationibus ſerotinis
⁊ ad obuiandum nocumento vini dato ꝙ non tan

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tum approꝑinquat nutrimento ſicut confectiones ſuperius nominate. Poſtq̃ aũt ſtomachi orificiuꝫ eſt clauſum nullo modo bibendum nec comedẽduꝫ ſpecies non obſtante q̄ magnoꝶ.ſ.regum ⁊ regaliũ ⁊ diuitum conſuetudo ſit in contrarium:nã ex iſto duplex venit nocumẽtũ. Primo quidẽ:quia ex hoc ſtomachi orificiũ aperitur ſi cum delectatione ſuſcipiatur:⁊ hec eſt cauſa corruptionis:digeſtiõis vel diminutionis ipſius in ſtomacho. Amplius tales cõfectiones citiſſime digerũtur ⁊ ſic digerũtur citius reliquo cibo ⁊ poſt eaꝝ digeſtionẽ non habẽtes exitum a ſtomacho manentes vltra debitũ tp̄s corrũpuntur ⁊ totã maſſam corrũpunt:⁊ ſi omnino quis velit infra duas comeſtiones confectiones comedere ⁊ conſuetudiuem nõ mutare meliores confectiones ſunt que magis digeſtionẽ confortant ⁊ que ſunt ſubtiliores in ſubſtantia ⁊ actione. Tales eñ confectiones cũ tota maſſa ptiſanaria ĩ ſtomacho exiſtẽte citiꝰ ꝓmiſcenť:⁊ ſic minꝰ ĩpediũt digeſtionẽ ⁊ cuꝫ alijs ſimul digerunť. Vñ ſaluo iudicio meliori puto q̄ in tp̄e hoc marcepen ⁊ pineatũ ⁊ ſiſticatũ ⁊ dactyli cõditi:⁊ nuces condite:⁊ auellane cõdite:⁊ ſilr coriandrũ cõditũ nõ cõpetunt; ſed ʒinʒibriatũ ʒuccarinũ quod paſta regis nominatur et dragea groſſa ⁊ in tabula ⁊ ʒuccaꝝ roſatum magis cõpetunt ⁊ dyacimninum ⁊ cõfectio de citoniis hoc tẽpore minime conferunt. Amplius ſunt quidã quorum digeſtiua eſt debilis in toto ſtomacho ⁊ quorum ſtomachus eſt frigidus ⁊ ventoſus:⁊ calidus bonum eſt per modicam horam ante cibum calidas cõfectiones comedere et vẽtoſitatis diſſo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tps fu= medi cõ= fectiões p cõfor= tatiõe ſto machi.

lutiuas ⁊ ſic ſtomachus melius digerit cibum quez ſuſcepturus eſt. Debent autem predicte confectio nes ſnmi anteq̃ ſuſcipiatur ſequens cibus per tan tum ſpacium q̃ ſint deducte de potentia ad actum a calore ſtomachi ⁊ q̃ iam ſtomachum calefecerũt ⁊ ad inferius deſcenderunt ⁊ puto q̃ ad hoc poteſt ſufficere ſpacium vnius hore cum dimidia nam ta= les confectiones que ſunt ſubtiles in ſubſtantia et actione ⁊ in pauca quantitate recipiuntur citiſſi= me digeruntur ⁊ ſtomachum cito preparant ad ſu ſcipiendum ſequentem cibum ⁊ cum talibus confe ctionibus bonum eſt paruz ſumere vini boni ⁊ opti mi: confectiones autẽ ad hoc omnino valentes ſũt que ſunt cauſales ſubtile in ſubſtãtia et actione et ſtomachum confortant ⁊ ventoſitates diſſoluunt ⁊ huiuſmodi ſunt zinzibriatuz ⁊ ſpecialiter de india ⁊ dragea groſſa carui conditum ⁊ aniſum conditũ ⁊ ſimiles confectiones.

## ¶ Quarta pars. Capitulum primum, De paratis cadere in egritudinem.

DEinceps determinare volum⁹ de regimine corporũ que parata ſũt cadere in egritudinem non quidẽ ratione naturalis lapſus in com= plexione quia de regimine taliuz corporum ſufficienter dictum eſt i prima parte huius. Volumus au tem in hoc capitulo mentionem facere de corpori bus paratis cadere in egritudinem de propinquo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝑpter cauſam accidentalez in eis exiſtentem quaꝫ cauſam per quedam accidentia contra naturaꝫ in uenta percipimus ꝛ vocamus talia corpora neutra deſinentia que tamen adhuc ſunt in latitudine ſanitatis: vnū autez ſermonez conuenit preſeruare in omnibus talibus corporibus ꝙ ſimilis eſt cuſtodia futuroꝝ et curatio preſentiuꝫ per eandem enim medicinam per quā curantur egritudines actuales: curantur etiā parati ad eas de ꝓpinquo: et ſic iſtorum regimen ſufficientius habetur per regimē curatiuum. Ne igitur tranſeamus noſtri ꝓpoſiti limites: ſcꝫ regiminis conſeruatiui de regimine talium corporum ꝛ de modo ſuccurrendi eoruꝫ accidentibus dū adhuc permanent in latitudine ſanitatis breuiter pertranſeo: ꝛ qui de hoc plus ſcire curauerit legat antiquoꝝ libros, de ſanitatis regimine vniuerſales ꝛ particulares. Sciendū igitur ꝙ q̄ ſunt parati cadere in egritudinē: aut ſunt parati ꝓpter repletionē ſui ſtomachi: aut ꝓpter cruditatē ſeu maliciam humorum q̄ in eis exiſtunt. Quo ad primum tēperanda eſt humoꝝ q̄titas: ꝛ quo ad ſecundū corrigenda eſt humorū qualitas per cōtrarium: vel adhunc finē ꝙ corpus ex his poſſit nutriri vel ꝙ obediant expulſioni: humorū autē q̄titas temperatur cū equalitate q̄titatis nutrimenti et augmento exercitij et fricatione ꝛ balneo: ꝛ vt cibus eis partiatur ꝛ non vna vice ſuā compleant ſatietatem ꝛ ſi de facili ſudent, fiat vt aliquibus diebus ſudent et tardetur comeſtio poſt balneum ad ſpacium quatuor horarum: niſi dubitemus motuꝫ colere rubee ad ſtomachū: tales enim cibandi ſunt

Duplex cā egritudinis future.

Humoꝝ tempera mentum

ante balneum: ⁊ ſi tales ſic balneati ⁊ cibati ſentiāt in lateribus oppilationes: vtantur de oppilatiuis notis ⁊ appropriatis eoꝝ cōplexioni. Poſſet aūt eſſe tanta humoꝝ multitudo ⁊ plenitudo ꝙ p̄dicta non ſufficerent ſꝫ eſſet neceſſaria flōia. Poſſet etiā tantū peccatū eſſe in qualitate humorū ꝙ alteratiua contraria non ſufficerent : ſed eſſent neceſſaria euacuantia. Et qꝛ parati cadere in egritudinē habent quedā accidentia ⁊ ſigna egritudinis prenoſticatiua de his ſignis accidentibus et de eorū remedijs gn̄alibus volo in hoc capl'o ꝑtranſire: nam de hoc ſpecialius tractare ꝑtinet ad librū de ingenio ſanitatis. Incipiamus igitur ab vna mala aptitudine egritudinis p̄noſticatiua q̄ eſt gn̄alis ⁊ ponamus eius remediū ⁊ eſt illa mala aptitudo labor ſpontaneus: qn̄ em̄ aliqs ſentit ſe multū fatigatū ac ſi feciſſet magnū exercitiū ⁊ mēbra confracta ⁊ doloroſa: ac ſi mēbra ei⁹ eſſent ꝑcuſſa ꝓculdubio ſignificari pōt egritudo futura niſi remedium adhibeatur: nec remediū huius aptitudinis male concidit cū cura egritudinis alicuius particularis: et iō de remedio huius accidentis diffuſus eſt tractandum ꝙ̄ de remedijs aliarū malarū aptitudinē quarum cura coincidit cū remedijs aliquarum egritudinum ſpecialium. Vn̄ etiā ſapiētes loquentes de regimine ſanitatis de remedio huius accidentis lōgum faciūt ſermonē. Eſt em̄ hec aptitudo non ad egritudinē ſpecialē vnā ſed ad multas: nec etiā eſt aptitudo ad egritudinē huius mēbri determinati: ſed totius corporis et omniū partium eius tam interiorum ꝙ̄ exterioꝝ. Bene igitur expedit de hac

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aptitudine mala et de eius remediis longiorē fa= cere mentionem. Sciendū hoc ꝙ ſpōtaneus labor triplex eſt q̄tū ſpectat ad ꝓpoſitū. Vlceratiuꝰ qui eſt ex humorum mala qualitate acuta ⁊ mordicatiua: vel grauatiuus vel extenſiuus qui eſt humorum immoderata q̄titate: vel apoſtemoſus qui prouenit ex humoribus peccantibus in quantitate ⁊ qualitate. In omnibus his laboribus ſpontaneis indigemus alterantibus vel euacuantibus aut vtroqꝫ modo. Quo ad laborem vlceratiuum indigemus alterantibus et corrigentibus maliciam humorū. Quo ad extenſiuū indigemus euacuātibus. Quo ad apoſtemoſum indigemus vtroqꝫ. Alteratio et digeſtio fit a natura et cū medicinis conuenientibꝰ et cibis qui habent humorem corrigere et aliquā= do ſomnus et quies et fames iuuant ad hoc. Euacuatio fit cum medicinis que ꝓuocant vrinam ⁊ ſudorem. et ventrē et flōia et exercitio. Hic igitur eſt modus generalis remediandi labori ſpontaneo Et vt laboris vlceratiui ſpecialius curam et remedium videamus. Sciendum ꝙ humor acutus mordicatiuus eſt cauſa huiuſmodi laboris: et iſte humor mordicatiuus non ſolū eſt cholericus ſed melancolicus ⁊ phlegmaticus. Cholera nāqꝫ mordicat ꝓpter ſuū acumen: et multa ꝓpter ſuā acetoſitatem: phlegma ꝓpter ipſius ſalſuginem. Iſti aūt humores qui ſunt cauſa laboris: vel ſunt ſub cute ⁊ in poroſitatibus membrorū. vel ſunt profundati in muſculis vel ſunt in venis. Ampliꝰ aūt ē cū iſtis humoribꝰ vel ſunt hūores muſcillaginoſi ⁊ groſſi ⁊ viſcoſi vel non. Et ſi ſint muſcillaginoſi vel ſunt in

Spontaneus labor triplex eſt.

Cholera acuta eſt mordicatiua.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hūores q̄ sunt cā laboris.

venis cum ſanguine vel in ſpongioſitatibus mēbro
rum ⁊ muſculorū cum predictis humoribus in ve-
nis: vel eſt multis ſanguis vel paucus: paucus qui
dem cum tales humores ſunt multi ⁊ multum elon
gantur a natura ſanguinis: ⁊ multus cum ſint pro-
pinqui nature ſanguinis ⁊ fuerint pauci. Si igitur
humores qui ſunt cauſa vlceroſi laboris ſūt ſub cu
te ſufficit exercitium ⁊ fricatio et balneū ⁊ ſirupus
acetoſus et cibus ſubtilis. Si aūt iſti humores cau
ſantes laborem vlceroſum ſint locati in carne ⁊ mu
ſculis indigemus quiete ⁊ abſtinentia a cibo. Iſta
enim adducunt digeſtionem nec tunc indigemus
exercitio: et in ſero balneantur in aqua calida ⁊ ci
bentur cibis ſubtilibus ⁊ vtantur ſirupo acetoſo.
Et ſi accidens ſedetur cum iſto regimine bene qui
dem cognouimus cauſam et locum. Si autem hu-
mores ſint in venis magnis: qꝛ ſcꝫ ſunt ꝓpinqui na
ture ſanguinis ⁊ cū multo ſanguine ⁊ non ſunt hu
mores muſcillaginoſi fiat ſtatim fleubothomia et
ſic ſint copoca ſanguine: et non ſint humores mu-
ſcillaginoſi. Et ſint longinqui a natura ſan-
guinis exhibeatur. Pharmacia humori appro-
priata: et ſi in venis ſint humores muſcillaginoſi ⁊
groſſi nullo modo fiat flumina: ſed ante ſubtilietur
ſanguis cum ſubtiliantibus leuibus: naꝫ fortia ſub
tiliantia ſpergunt humores ad membra ſubtilia-
tione. Si ſit multus ſanguis ⁊ humores p̄dicti ſunt
propinqui nature ſanguinis fiat flōia: et ſi paucus
ſanguis ⁊ humores diſtantes a natura ſanguinis ē
predictorum humorum ſubtiliationeꝫ fiat euacu
tio cum pharmacia appropriata. Si autem humo

De hūoribus in venis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res muſcillaginoſi non ſint in venis: ſed in mēbris tunc poſſunt ſecurius exhiberi fortia ſubtiliatiua: et que ſunt illa ſcitur ex libris ſimplicium medicinarum et compoſitarum. Signa etiam ſignificantia humorē peccantem et locū humoris ſcias ex libris ſignorū. Conſideratis igitur vrinis ⁊ pulſibus ceteris ſignis ⁊ regimine precedente et cōplexione: etate: ⁊ tempore: conſuetudine ⁊ ſimilibus ⁊ et leuiter deueniemus in cognitionē humoris pec cantis et loci ⁊ ꝙtitatis: ſic igitur patet quomodo obuiandū eſt labori ſpontaneo vlceratiuo. Sed labor extenſiuus et apoſtemoſus ex neceſſitate veniunt a ſanguine multo: ideo conueniens eſt patiētem primitus fleubothomare ſi particularia concurrant. Quantitas autē fleubothomie accipitur ſm tēpus anni: etatē et cōplexionē: et maiorem et minorem plenitudinē: et ſunt diſtinguenda mēbra: in euacuatione huius humoris. Si enim ſentiatur in capite grauedo fiat fleubothomia de cephalica et ſi in mēbris inferioribus de baſilica: et ſi in vtriſ ꝗ mēbris ſentiatur grauedo fiat de mediana. Sic igitur ſatis eſt manifeſtū quomodo obuiandū eſt labori ſpontaneo qui poteſt pronoſticare diuerſas et multipharias egritudines futuras. Sunt etiā alie aptitudines male: et malam egritudinem pronoſticantes que ꝓnoſticant aliquam egritudinem ſpecialem ⁊ in loco ſpeciali que cū remedijs earū ḡnalibus valde cōmuniter enumerande ſunt. Dicamus igitur primo ꝙ cū dolor capitis fortis et permanens fuerit vel emigraneus timēdū eſt ne aqua deſcendat ad oculos: et dilatetur pupilla: et cauſe

Humor muſcillaginoſus.

Signa.

De dolore capitis ⁊ q̄ ſequūtur dolorem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur cataracta. Si igitur talis dolor perſeuerauerit:nec medicinis alleuietur infirmꝰ:infirmitati ſubueniendũ eſt vt arterie q̃ in tympanibus pulſant extrahende ſunt:ꝛ ſic per illas humor ad oculos non deſcẽdet. Amplꝰ ſaltus faciei pſeuerans ꝛ fortis: torturã oris ſignificat cui eſt ſubueniendũ: ꝛ cũ medicinis vẽtrẽ ſoluẽtibꝰ: ꝛ cũ medicinis vomitiuis comeſtio parua danda erit et a vino abſtineat: fortibus etiã euacuationibus et fricationibꝰ:necnõ ꝛ gargariſmatibus ꝛ ſternutãtibus vtẽdũ erit:ꝛ facies ex forti aceto in quo mentaſtrũ bullierit fricari dꝫ:fortis ſaltus in toto corpore pnoſticat ſpaſmum:et talibus expedit ſubtiliare regimẽ:a fortiter euacuare ꝛ fricare corpus cũ medicinis acutis. Amplius paraliſis pua magnã ptendit et expedit ſubtiliare regimẽ:ꝛ fortiter euacuare ꝛ cũ medicinis acutis fortibꝰ q̃ ſcribũtur in cura paralyſis magne. Similis em̃ eſt cuſtodia futuroꝝ ꝛ cura pñtiũ Amplius faciei ꝛ oculoꝝ rubedo ꝛ venarũ oculoꝝ manifeſtatio ꝛ mobilitas et luciditas ꝛ lachrymaꝝ deſcenſus:ꝛ claritatẽ luminis pati non poſſe:om̃is hec ſi cũ dolore forti capitis affuerint freneſim futuram pnoſticãt. Succurrendũ igitur eſt cũ minutione ꝛ cliſteribus ꝛ medicinis euacuatiuis ꝛ litigatione inferiorũ ꝛ fricatiõe doloroſa :caput ꝙ oleo roſato ꝛ aceto infundendũ erit. Incubus perſeuerans epilepſiam ptendit cui obuiandũ eſt cũ medicinis epilepſie ſcriptis ĩ capitulo de epilepſia. Triſticia:timor:puſillanimitas mñiam ſignificant quibus ſuccurrendũ eſt:vt in caplo de cura mñie ſciptum eſt. Cũ aliquis quaſi muſcas volare ante ocu-

De incubo auicẽ tertia pri mi ꝛ pma tertij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

los vel aliqd ſimile pcepit catharactas: oculorum fu
turas pnoſticat. Reumatiſmus eſt coriſa et ſi freqn
ter acciderit paſſiones pectoris et pulmonis pten=
dit vn̄ ſuccurrendū eſt cū minutione et nutrimenti
paucitate. Si ſudor mali fuerit odoris ſignificat q
egritudo vel febris de cholera eſt ppinqua. Qua
propter dāda ſunt q̄ cholerā rubeā ſoluūt. Cordis
tremor frequēs et fortis mortē ſubitā pnoſticat iō
opz ſuccurrere cū minutione et medicinis ſolventi=
bus ventrē leuiter. Repletio ſupflua emoptoycā vl
appoplexiā vel vene rupturā pnoſticat vel ſubitā
mortē: vn̄ ſtatim cū minutione ſubueniēdū eſt. Si
ſenſuū pturbatio et motuū debilitatio cū repletiōe
affuerint ne ſupueniat appoplexia minuēdū erit.
Succurrendū igit cū minutiōe et gargariſmo ſi gra
uitas fuerit in dextro latere: et pūctura et tēſio: epa
tis leſionē ſignificat cui ſubueniēdū eſt vt in caplo
de egritudinib9 epatis dictū eſt. Egeſtio magis tin
cta ſolito ſignificat q cholera multiplicat i corpe:
et min9 tincta ſignificat oppilationē oris ad ciſtim
fellis. Iſti ſubueniēdū eſt: vt in capitulo pprio ad
hoc ſcribitur. Facies palpebre inflate hydropiſim
futurā ſignificant quibus ſubueniendū eſt vt in ca=
pitulo de hydropiſi. Egeſtionū fetor magn9 faſti=
dium vel humorum corruptionez ſignificat. Fetor
vrine magnam putrefactionē ſanguinis ſignificat
et febres futuras: fatigatio et diſſolutio cum de=
ſtructione appetitus febrez ſignificat. Appetitiue
deſtructio et faſtidium ſignificat: vel colicam: vel
colericā paſſionem futurā quibus ſubueniendū eſt
cū longo ſomno et cibi abſtinētia: et aliis que nomi

Tremor cordis.

Fetor vrine.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nantur in ꝓpriis locis:grauitas et intenſio in inferioribus ventris cum permutatione vrine a diſpoſitione naturali nocumentum in renibus inchoatū demonſtrat:ideo cito ſuccurrendum erit: vrine ardor diu perſeuerans veſicaꝫ et virgam puſtulis hereditabit. Subueniendum igitur eſt vt dictum eſt in ſuo capitulo. Mollis egeſtio ani aduſtionem et puncturam faciens diſſinteriā protendit. Ampliꝰ pruritus ani ſignificat venturas emoroydas ſi non contingat cauſa vermiū paruorū ibidē exiſtentiū. Apoſtemata parua multa pronoſticant apoſtema magnum. Ex multis paruis glandulis magne glādule ſuſpitio oritur:morphea parua alba magnaꝫ pretendit que adeo intenditur : vt lepra putetur. Multus faciei rubor cum quadam offuſcatione ⁊

Signale pre.

difficultate anhelandi et vocis raucedine lepram ſignificat. Et vt ſit ad vnum dicere ſi aliqua diſpoſitionis corporis ſani mutata fuit:ſcilicet vt appetitus fortior vel debilior exiſtat:vel exeuntia a corpore plura vel pauciora:vel ſomnus lōgior vel breuior : vel etiam inſomneitas aſſit vel ſudor preter ſolitum a corpore decurrat : vel ea que a corpore

Signa futurarū egritudinum.

decurrere ſolebant retineantur vt emoroyde ⁊ ſanguis menſtruus ⁊ vomitus qui ſtatutis horis venire ſolebat:vel ſanguis qui ex naribus fluere conſueuit:vel ſi totus corporis diſſolutio fiat: vel ingenij ebetudo aut ī ore ſentiatur ſapore extraneꝰ: aut ea que non conſueuerunt delectationē auferre auferāt vel econuerſo:aut coeūdi deſideriū ſentiat quis augmentari vel diminui:vel in ſomno occurrat ſōniū qđ nō cōſueuit:vel corpis color ꝯuer

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatur ⁊ mutetur: aut actus preter ſolituꝫ vel ad vl
timum cum alicui non conſueta acciderint: et aug
mētari ceperint. Hec omnia egritudinem futuraꝫ
pronoſticabunt. Quamobrem cuiuſlibet predicto
rum ⁊ cauſa ſubtiliter eſt inueſtiganda et eius ſal/
uationem feſtinandum. Amplius quia hic loqui/
mur de regimine preſeruatiuo addēda ſunt aliqua
quibus homo poteſt a multis egritudinibus preſer
uari: ⁊ per conſequens in ſanitate preſeruare. Sciē
duꝫ igit꞉ ꝙ comedere ſimul pira ſiue poma: ⁊ oua co
licā generant ⁊ ventoſitates: illorū dolores ⁊ emo
roydas vinum ⁊ lac ſimul ſumpta podagrā gene=
rant. Caſeus ⁊ piſcis ſimul ſumpta colicam gene=
rant paſſionem: oua frigida ſumpta maculas gene
rant et ventoſitates: in quarum remotione ſtupor
accidit: balneari ſtomacho pleno generat colicam
Coire ante euacuationē vrine generat arenulas.
Coire cū duabus mulieribus immediate generat.
lepram. Unctio cū oleo violato in introitu balnei
preſeruat a ſcabie. In comeſtio aquā nō bibas: nā
potus aque relaxationeꝫ ſiue mollificationem cau
ſat in ſtomacho. Tres hauſtus aque calide in in=
troitu lecti ſumpti preſeruant a ſiti. Cuꝫ piſces co
mederis non dormias donec in ſtomacho ſint qua
ſi digeſti: quoniam torturam faciunt accidere: ꝙ ſi
ſomnuꝫ fugere nō potes parū mellis ſume vel opti
mi vini. Si ſero comederis: parum comede et ma=
ne te inuenies leuem. Unde ſi quolibet mane vuas
paſſas comederis: proiectis arillis bonum erit.
Si etiam ſemel in ſeptimana mirabolanos groſ=
ſos cum zuccara alba comederis a colericis et ſan

Regimē preſeruatiuum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

guineis egritudinibus preſeruaberis ⁊ dicunt experimentatores ꝙ ſi vngues in die iouis preſcindantur a fiſſuris ⁊ aliis egritudinibus preſeruantur. Si ſemel in ſeptimana vnum hauſtum aceti ſumpſeris a dolore ſplenis preſeruaberis. In calciando primo calcia dextrum pedem: et inde calciando ſiniſtrum: quoniam valet contra dolorem ſplenis: et apoſtemata lateris. Si vis vt dentes non alterentur: munda eos cum ligno perfici. Ad vitandum ſurditatem mitte in aures ſemel in ſeptimana aliquantulum de aceto intinctum in oleo de lilio.

Modus dormiendi.

Si vis viuere ſanus obſerua vt cibus tuus ſit equalis: et non plus recipias vna vice quã alia: et cum appetitu comedere deſinas: et cum ſitieris bibe ad medium ſatietatis: hoc enim corpus conſeruat: ſtomachum confortat ⁊ cibum ad digerendũ iuuat: et cum exiſtens in lecto vigilaueris decuba in dextro: et cum dormieris decuba in ſiniſtro: ſomno vtere duabus partibus noctis: et cum mane ſurrexeris frica dentes cum ligno aloes: ⁊ ſale nitro: et roſis aduſtis puluerizatis.

Cõſrruatio dẽtiũ

Hoc enim dentes mundificat ⁊ dealbat gingiuas et a fleumate liberat et fetorem oris remouet.

## Capitulum ſecundum De preſeruando a peſtillentia.

Adhuc in regimine preſeruatiuo quod debetur corporibus decidentium reſtat determinare de regimine corporum preſeruandorũ ab egritudinibus

peſtilentialibus nobis contingere potentibus ab aere preter naturam. Circa quod breuiter ſic procedamus. Nam primo ponemus ſigna ſignificantia peſtilentiam preſentem vel futuram. Secundo dicemus aeris rectificationem. Tertio dicemus modum preparandi corpora ne ledantur a peſtilentis aeris quantum poſſibile eſt. Propter primum ſciendum quod quando in eſtate multe eueniunt pluuie nubes quoque et multitudo pluuiarum die ac nocte permanſerint: et meridionales venti perflauerunt: vel aer ita quietus fuerit quod non moueatur: et cum hoc meridionalis ventus turbidus exiſtat. Hec omnia pronoſticant epydimiam futuram in fine eſtatis. Amplius in nocte quando contingunt aeris apparitiones coruſcationibus ſimiles: et aeris color ſimilis eſt ictericie venti quoque flauerint: poſt quorum aduentum multa animalia et homines egrotant. Et in nocte videntur in aere radij: et ſplendor atque egrotãtes cito mortem incurrunt: aer etiam difficulter attrahitur: et egrotantium hora fetidum emittunt odorem. Ipſi quoque infirmi multum anguſtiantur et ſitim habẽt magnã et ipſorum infrigidãt extremitates vomũt et emittunt humores fetidos et corruptos. Ex his omnibus aeris corruptio vt peſtilentia denotatur. Amplius ſcias quod multitudo muſcarum et reptilium ranarum mortalitatem pronoſticant: et ſimiliter ſi vides mures et animalia que habitant ſub terra fugere ad ſuperficiem terre: et exire manifeſte: et videas animalia male nature fugere a nidis ſuis et dimittere oua. Amplius cum videris aerem alterari vno

Signa peſtilentialia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

die multotiens:et clarificatur aer die alio:⁊ oritur ſol clarus et alio die conturbatur:⁊ oritur in velaminibus nebule que eſt vt puluis tunc iudica ꝙ peſtilentia accidet. Amplius quando videris turbiditatē aeris ⁊ nebuloſitatem: ⁊ ſperaueris pluuiam: et non pluat:tunc ſcias ꝙ cōplexio hyemis eſt corrupta. Peſtillentiam autem eſtiuam malignam ſignificat paucitas pluuie in vere cum frigore:deinde multiplicatur auſter et cōturbatur aer aliquot diebus:⁊ deinde poſt clarificat aer ebdomada vna non ſimpliciter et accidit frigus in nocte conturbatio et putrefactio et calitas:tunc tam peſtilētia venit et expectatur febris et variole:et ſimilia. Hec igitur ſunt ſigna peſtilentie:vel future:vel preſentis. Rectificatio aeris duplex eſt in qualitate ⁊ ſubſtantia. In qualitate quidem quando aer excedit in caliditate ⁊ frigiditate:vel humiditate ⁊ ſiccitate. Sed rectificatio ipſius in ſubſtantia eſt quando in aere non continente accidit corruptio vel putrefactio vndecunq̃ hoc contigerit. Si igitur aer in qualitate ſit multum diſtemperatus eligenda ſunt loca vmbroſa ſeptētrionalia ⁊ alta ventoſa: ⁊ reprimatur aeris caliditas frigiditate aque et folijs aromaticis frigidis ⁊ humidis ⁊:ſic ſuo modo intelligatur ſi aer ſit diſtemperatus in alijs qualitatibus. Aer autem corruptus in ſubſtantia eſt rectificandus cum aromaticis calidis et frigidis: quod horum magis videtur corporibus expedire ſuffumigando aerem ex his intentio enim in his ſuffumigationib⁹ eſt aeris exſiccatio:⁊ vt aer fiat boni odoris:et prohibeatur putredo. Calida autem rectifi-

Rectificatio aeris.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cantia et deſiccantia aerem ⁊ putrefactioni reſiſtẽtia ex quibus poteſt aer ſuffumigari ſunt hec lignũ aloes: thus mirrha muſcus coſtus dulcis cynamomum xilobalſamus: ſtorax terebentina cypreſſus: lapdanum iuniperus laurus acorus aſarum: ſauina ſquinantum mel crocus ⁊ ſimilia. Frigida vero rectificãtia ſunt hec: ſandali camphora cortices granatorum citonia ebanus roſa. Ex his igitur oportet ꝙ multiplicetur ſuffumigatio et rectiſicetur aeris putrefactio. Amplius nullo modo aer ſit incluſus non euentatus: nam aeris euentatio ⁊ ſpecialiter a plaga ſeptẽtrionis multum rectificat aerem. Hec igitur breuia ſufficiant de aeris rectificatiõe. Et nos volumus hic apponere ſuffumigium mirabile et expertũ ad rectificandum aerem corruptũ. Recipe bedegar ſandali rubei florum ante partez ſemis xilobalſami: xilo aloes olibani ante partem vnam et ſemis ſeminis maiorane cypri gariofili / zuccari albi muſci añ partẽ ſemis fudanith vnũ terantur ⁊ bene diſſoluantur in qua ſtoracis ambre añ. pars ſemis fuerit diſſoluta. Si quis aũt voluerit corpora a peſtilentia preſeruare oportet vt extrahantur humiditates ſuperflue et inclinetur eoꝝ regimẽ ad ſubtiliationez ⁊ deſiccationem ex omni modo ⁊ minoratione cibi ſed nõ exercitio oportet eñ vt nõ adminiſtretur nec balneuz nec etiã tollatur ſitis et rectificetur aer vt diximus et declinet cibus ad acetoſa ⁊ minoretur ex eo ⁊ ſit caro adminiſtrata decocta in acetoſis. Amplius vtendum eſt ſucco limonũ ⁊ aggreſta ⁊ aceto ⁊ iuuat etiam ſuccus granatoꝝ. Amplius cappares conditi cũ ace-

Calida rectificãtia.

Suffumigium mirabile.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

to ⁊ ſimiliter oliue valent ad idē. Et ſimiliter zuccarū roſarū: tyriaca: et metridatū valēt ad idē cū reliquo regimine. Amplius medicamē factū ex ligno: aloes: croco: ⁊ mirrha valet multū cōtra peſtilētiā: ⁊ ſumatur in die ex eo circa dragmā vnā. Amplius eſt ſciendū ꝙ qñ aer corruptus eſt in ſubſtantia: et putrefactus eſt habitandū eſt in locis cauernoſis ſubterraneis et quando in aere eſt magna caliditas: habitandū eſt in montanis ventoſis vento ſeptētrionali. Amplius ſciendū ꝙ bolus armenic⁹ terra ſigillata aere peſtilentiali prebēt magnū iuuamentum. Amplius in aere epydimiam propter corruptionē ⁊ putrefactionem aeris: euitandi ſunt fructus humidi: ⁊ olera et piſces et lac: ⁊ carnes exceptis carnibus volucrū in montanis degentium: ⁊ vituli: et hedi: et ſimiliter perdicum ⁊ vniuerſaliter res ventrē lenificātes hoc tp̄e cōpetunt: queadmodum ſunt tamarindi: pruna: caſſia fiſtula: manna et viola: qñ eſtas fuerit diſpoſita ſicut ſuperius dictū eſt in principio hui⁹ capituli. Infantes et iuuenes ⁊ corpora habētes groſſa: et colorem rubeū maxime ſunt cuſtodiēdi ab aeris peſtilētia. Et qñ eſtas totaliter cōſimiliter diſpoſita fuerit tunc abſtinendū erit a carne et vino ⁊ a confectionibus de melle factis: et fructibus ſpecialiter recētibus et dulcib⁹ a balneo ⁊ lauacro aque calide abſtinendum erit omnino: et aceto vtendū in omni comeſtione ⁊ agreſta et ſucco fructuum acetoſoꝝ et ſi neceſſitas cogat comedere carnes ſuperius nominatas comedantur cū aceto ⁊ ſucco vue acerbe ⁊ ſimilibus ſuperius in hoc capitulo nominatis: ⁊ ſi in corpore/

De comeſtibilibus.

Fructus ſunt vitādi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſit ſanguinis repletio feſtinem⁹ inanitionē ſi etas: complexio conſuetudo ⁊ reliqua particularia concurrant. Manſiones quoq; frigide ſint in quib⁹ eſt morandum et foramina a parte ſeptentrionis ſint aperta. Eſt eniȝ poſſibile vt hoc regimine vtentes deo auxiliante aeris peſtiferi diſpoſitionē euadāt. Qñ autē in fine eſtatis multus fuerit calor ⁊ autūnus valde ſiccus ⁊ pulueruletus ⁊ frigus ⁊ pluuie venire tardauerint tūc eligende ſunt frigide manſiones et rectificandus eſt aer cū infrigiditantibus ⁊ humectātib⁹: puta cū pānis canabinis aqua aſperſis ⁊ appenſis. Ampli⁹ pauimētū manſionis aqua frigida irrorabit ſepe et a labore et coitu ⁊ ſollicitudine abſtinendū eſt. Amplius hoc tpe aqua calida quis lauādus erit ⁊ aqua infrigidata in potu ſumēda: et a nutriētibus calidis ⁊ vino abſtinēdum erit niſi vinū ſit lymphatū cū multa aqua. De cucumerib⁹ aūt et cytrullis ⁊ his ſimilibus multum erit vtēdū ſummopere cauendū erit ne in ſole ſedeatur ⁊ nullo mō ieiunet nec comeſtio poſt famem tardetur ⁊ nullo mō tolerāda eſt ſitis in dormitione ſpecialiter meridiana eligat loca frigida piſces quoq; ſi comedere voluerit ſup carbones aſſatos comedat vuas quoq; in qb⁹ eſt acetoſitas ſumat in talib⁹ tpibus ſingulis dieb⁹ bibere aquā ordei cōfert multum ⁊ ſpecialiter habentibus corpora multum calida et ſicca hoc enim regimine vtentes febres acuta calidas ⁊ peſſimas egritudines hoc tpe contingere potentes euadent. Quando autem in aere apparitiōes corruſcationib⁹ ſimiles q̄ in capitulo iſto dicta ſunt apparuerint fructus ⁊ olera q̄ in

De habitationibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tali tempore naſcuntur ſunt euitanda et aqua que in ſuperficie terre eſt nõ eſt bibenda aer quoqꝫ calidus eſt fugiendus et domus qualibet die aceto et aqua mixtis eſt irroranda et ſi ĩ aere ſint odores fetidi rectificetur aer cuꝫ his que ſunt boni odoris vt ſuperius dictũ eſt ⁊ fumigetur homo cum ſandalo ⁊ camphora. Nutrientia ſint lẽtes acetum ⁊ ſumac ⁊ ſuccus vue acerbe ⁊ ſimilia acetum cum aqua tẽperatum bibendum ⁊ vinum dimittendum. Amplius in hac diſpoſitione multum eſt ſollicitandum in rectificatione aeris modo quo ſuperius dictum ẽ. Accidit quoqꝫ in multis annis vt ſquinantia in vere multos inuadat que mala et periculoſa exiſtit. Oportet igitur preuenire cum minutione ⁊ ventoſis in cruribus poſitis ⁊ ventris ſolutione ⁊ gargariſmis que ſingulis diebus et noctibus fieri debent cum aqua roſatum in qua ſumac madefactum fuerit et cum rob mororum ⁊ nucum et cum his homo preſeruabitur a ſquinãtia ſi deus voluerit ⁊ contingit etiam ꝙ aliqua hyeme appoplexia ⁊ paralyſis ⁊ egritudines et his ſimiles eueniant. Eſt igitur neceſſe cum talis fuerit ann⁹ frequenter purgare corpus cũ pillulis ad hoc appropriatis quas inuenies in libris particularibus ⁊ gargariſmis ⁊ ſternutationibus inunctionibus toti⁹ corporis que omnia inueniuntur in librorum locis particularibus. Amplius eorum nutrimentum eſt minuendum ⁊ ſubtiliandum. Hec breuiter ſufficiant de preſeruatione a peſtilentia.

Nutrientia.

Contra ſquinan⁹tiam.

## ¶ Capitulum tertium De preſeruando a veneno.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quoniam autem ſani homines ⁊ veneni aſ-ſumptione magnum poſſunt incurrere nocumentum: bonum eſt in hoc cautelam et ſtudium adhibere ſic ꝙ homines ab aſſumptione talium venenoſorum valent melius preſeruari. Sciendũ igitur ꝙ non eſt ſimile de coloribus inuentis in mixtis ex quattuor elementis et eorundem ſaporibus ⁊ odoribus. Naz colores mixtorum eandẽ habent operationem reſpectu animaliũ ⁊ reſpectu hoīs ſicut albedo cigni diſgregat viſum hoīs ⁊ nigredo congregat viſum eiuſdẽ: ſic etiã ⁊ has eaſdẽ operationes habẽt iſti colores reſpectu cuiuſlibet animalis viuentis: ſed non eſt ſic de ſapore ⁊ odore. Unde ſapor qui eſt delectabilis ⁊ amicabilis alicui ſpeciei aīaliũ nõ eſt amicabilis homini: vt ſappor elebori ⁊ coloquintide nõ eſt amicabilis homini: eſt tñ ſapor coloquintide porco delectabilis. Et ſapor elleborí eſt amicabilis turdo. Uolens igitur euitare ſpeciem comeſtorũ venenoſaz non comedat rẽ in qua participatur ſapor horribilis nec odor: ⁊ ſpecialiter ſi nõ ſit cibꝰ per experimentũ notus. Dubitantes igitur de veneno permixto cũ cibo ante omnia lauent peroptime os ſuũ cũ aqua frigida limpidiſſima et puriſſima: ⁊ tunc illo facto maſticetur cibꝰ diu: ⁊ teneatur in ore et ſapor eius nocetur ⁊ ſimiliter odor. Nam ꝓculdubio ſi in cibo ſit virtus veneni ſufficiens ad corpus perimendum percipitur ſapor in ore malus et horribilis. Amplius ſcias ꝙ talis deceptio magis latet in cibis: vehementis dulcedinis vel acetoſitatis: ⁊ vniuerſaliter participantibus ſaporem excellentẽ. Dubitantes igitur deve

De coloribus

De ſaporibus.

Sapor horibilis euitãdꝰ ẽ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neno debent euitare cibaria: ⁊ ſilr fercula ex diuer
ſis cõpoſita ⁊ diuerſoꝝ coloꝝ varias habẽtes ſpe
cies compoſitionẽ diuerſoꝝ ⁊ ſaporẽ excellentem
De vino valde. In brodio aũt carniũ ſimplici ⁊ in carnibus
Que nõ ſimplicibus ⁊ in pane ſimplici tales deceptiões de
patiunt facili fieri nõ poſſunt. Dubitantes igitur ſint con-
venenũ. tenti cibis ſimplicibus ⁊ potu aque pure cum aqua
hec deceptio minime fieri poſſit. In vino autẽ hec
deceptio fieri poteſt de leui. Vñ multũ conſiderari
debet ſapor vini ⁊ color ⁊ odor ⁊ dꝫ in vaſe vitreo
eſſe vinũ vt ipſius color ⁊ ſubſtãtia percipi poſſint:
et bibatur vinũ albũ: clarũ: debile nã ĩ tali vino do
lus faciliter ꝑcipitur. Amplius ſciendũ ꝙ quedam
ſunt q̃ venenũ preſens non ſubſtinent quin ſtatĩ mu
tentur in colore: ſicut dicitur cõiter de cornu ſerpẽ
tino vel lingua ſerpentina que in preſentia veneni
humeſit ſpecialiter ſi ſal ſupponatur eidẽ ⁊ ſal etiã
lingue ſerpentine ſuppoſitum humeſit in preſentia
veneni et lapis ſmaragdꝰ colorem mutat in preſen
tia veneni. Et ſimiliter dicitur de corallo: dubitan
tes igitur de veneno talibus debent ꝓmuniri. Am
plius tyriaca ſumpta ante cibuꝫ ⁊ poſt valet ad idẽ
Siplicia et ſilr metridatũ. Multa eñ ſunt ſimplicia ad ideꝫ
ad idem. valentia puta ruta' nuces auellane ficus ſaluia tor
mentilla bacce lauri et herba tunici q̃ apud diſcori
dem appellat polomenon bonũ eſt igit dubitãtes
de veneno ꝯis omnibus vel quibuſdã ꝓmuniri. Et
ex his aliquid ſumere añ cibũ ⁊ poſt. Dicũt quidaꝫ
ꝙ ſanguis leporinus potatus añ venenuꝫ expellit
ipm. Amplius puluis teſticuloꝝ vrſi exſiccatoꝝ va-
let cõtra venenũ ⁊ expellit ipm: ſi ſumat añ cibum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte.

omnem ⁊ etiã ſi ſumatur poſt. Amplius q̃ dubitat de veneno euitare debet cibi ſpeciẽ in qua reperiũ tur indiuidua habentia venenum ⁊ hmõi ſunt ſpe= cies fungorum et truffla ꝝ et lẽpredaꝝ. Amplius neceſſariũ eſt cauere vt non ſit oĩs eius cautela in cibo dato ab alio aut potu. Forte enim accidunt ei vſi non eſtimabit qñq ꝫ eſſi contingit res cadere malignas ſicut lacertas vel ſcorpiones in eo quod decoquitur: et in vaſis in quibus eſt vinum. Nã plu rima venenoſorum diligunt odorez vini ⁊ currunt ad ipm ⁊ quandoq ꝫ moriuntur in cacabis ⁊ quan= do bibunt ex eo ⁊ vomunt in eo: ⁊ propter hoc opꝫ vt caueantur detecta ⁊ quod eſt ſub arboribus ma gnis ⁊ herboſa loca. Amplius conſiderandu ꝫ eſt q̄ aqua qua vtimur non ſit aqua ſtans in qua inueniã tur venenoſorum ſpecies ⁊ ſimiliter intelligatur de herbis quibus homines vtuntur interdum enim in talibus locis conuerſantur animalia venenoſa. In terdum etiam ſigna quibus ſapiunt naturam vene noſorum in eis conuerſantium ex quibus homini= bus poterit inopinata leſio contingere. Quando igitur aliquis in ſtomacho ſuo perceperit nocumẽ ta puta incenſionem mordicationẽ: ⁊ inflammatio nem: anguſtiam et ſitim ⁊ ſudoris exuberantiã aut ſomni profunditatem: et ſtuporez et frigus aut ca ſum virtutis cũ ſudore ⁊ ſincopi. His enim apparẽ tibus vel quibuſdam horum et ſubito ſine alia ma= nifeſta cum ſtatim eſt ſuccurrendum cum vomitu prouocato cum oleo ſiſamino vel amigdalarũ dul cium: vel accipiendum eſt butyrum ⁊ lac: ⁊ cibum multum et vomendum: et dato q̄ non ſequat̃ vomi

De aqua

Signa

Remedium:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tus adhuc bonũ eſt vt virtus veneni ex hoc deſtrua tur vel minuatur: ⁊ ſi forſan venenuz iam aſſmptũ de facto deſcenderit fiant clyſteris. Ampl⁹ ſumat bolus armenicus cum vino: et fricetur totum cor- pus: ⁊ tunc inhibeatur ſomnus: ⁊ vt ſit ad vnũ dice re fiant omnia q̄ poſſunt diuertere venenum ne mo ueatur ad cor. Unde ſalua meliori ſententia puta ꝙ tranſacta ſecunda vel tertia die non eſt malum: ſed bonum et vtile fieri fleubothomiam. Et ſi per- ceperimus venenum eſſe frigidum quod ſcitur ex ſomni ꝓfunditate ⁊ ſtupore ⁊ frigore: bonuz eſt ꝙ exhibeantur calida valentia contra venenum: pu- ta allium: vel ruta: vel diptamum: et ſimilia calida ſuperius enumerata et ſcripta in aureolis ſimpli- cium contra venena frigida: et ſi venenum ſit cali- dum ſumatur coriandrum: et camphora: ⁊ ſimilia. Et ſi fuerit de his que interficiunt a tota ſpecie: ſi- cut napellus: ſumatur metridatum: tyriaca: ſemen vrtice: agaricus: ⁊ coloquintida: ⁊ ſemen iunipere: et ſerapinum: et caſtoreum ſunt medicine bone cõ tra venenum: quia faciunt euomere: et ducunt per ſeceſſum: ⁊ valent a virtute ſpecificata. Sed qꝛ cu- ra venenatorum et venenorum in ſpeciali magis ꝑ tinent ad regimen curatiuum: differam hoc tracta re quouſqꝫ componam librum memoriale de cura egritudinum in quo laborare propono auxiliante deo et vita comite poſt huius operis complemen- tum.

Que interficiũt a to ta ſpecie

Capitulum quartum de conualeſcentibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quoniam conualeſcentes ab egritudinibꝰ continentur in latitudine ſanitatis: deter minandum eſt hic de ipſorum regimine in generali. Sciendum igitur ꝙ quidaꝫ ſunt perfecte conualeſcentes: qꝛ ſunt perfecte mundiſi cati: ꝛ alij ſunt non perfecte conualeſcentes: qꝛ nõ ſunt perfecte mundificati. Si autem illorum q̃ non ſunt perfecte conualeſcentes: nec perfecte mundiſi cati ſunt hec: appetitus defectus: ſitis inordinata: dolor capitis: grauedo totius corporis: ꝛ ꝙ eorum corpora non redeunt ad eorũ virtutẽ: ꝛ conforta tionem: ꝛ inſomnietas ꝛ labor in ſomno: ꝛ egeſtio colerica: ꝛ ſimiliter intelligatur de vrina. Hec inq̃ et ſimilia ſunt ſigna imperfecte conualeſcentie: et in talibus dubitamus de recidiua: nã que relinquũ tur in morbis ſubuerſionẽ facere conſueuerunt ta lium autem regimen multũ appropinquat regimi ni egroꝝ: indigent enim mundificantibus et alte rantibus reſiduum materie. Uere autem conuale ſcentes in quibus nihil remanſit de materia morbi qd̓ ſcitur ex bonitate appetitiue: ꝛ ex eo ꝙ corpꝰ reddit ad virtutẽ ꝛ ad carnes: ꝛ ꝙ egeſtiones non ſunt humorales et nihil ex priori morbo relictũ ap paret niſi ſolum membroꝝ debilitas tales inquam conualeſcentes nõ indigent aliqua ſpecie euacua tionis: ſed ſolum virtutem confortantibus ꝛ faciẽ tibus corpus redire ad virtutem et ſolitas opera tiones. Cõmune eſt autẽ omnibus conualeſcenti bus tã mundificatis q̃ poſt criſim immediate coꝝ regimen decet eſſe ſm ꝙ fuit in egritudine duobꝰ diebus continue et parum valde debet appropin

Signa nõ pfecte ꝯualeſcẽ tium.

Regimẽ conuale ſcentium



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quare ad reginē ſanoꝝ: ⁊ quanto quis plus diſtabit a die cretica: tanto plus debet appropinquare regimini ſanoꝝ. Conualeſcentes eñ ſubito ꝑmutare ad ſanoꝝ regimen eſſet periculoſum: ⁊ qꝛ vt dictum eſt virtutes conualeſcentis ſunt debiles: niſi graue eſt eiſdē adminiſtrandū: nec ex cibis: nec ex potibus: nec ex ponderibus: nec ex motibus ⁊ ſimiliter intelligatur de aliis. Debent eniꝫ conualeſcētes gradatim ꝑduci ad exercitium facile ⁊ equale ⁊ quantum ꝑcipimus eorum mēbra ſuſtinere poſſe ſine leſione ⁊ fatigatione: tale enim exercitium eſt conualeſcētibus conueniens. Et qꝛ conualeſcentibus vt plurimum eſt paucus ſanguis adminiſtranda ſunt que augmentum faciunt in ſanguine. Conualeſcentiū igitur cibi debēt eſſe boni chimi ⁊ facilis digeſtionis: ⁊ debent eſſe cibi fluidi ⁊ potabiles, tales enim cibi facilius ⁊ citius digeruntur: ⁊ debent eorum cibi declinare ad caliditatem ſubtilem cum humiditate: ⁊ ſint tante quantitatis quāte cōuenientius digeri poſſunt: ⁊ ꝙ non cauſent grauitatem: nec rugitum: nec inflationeꝫ: nec debēt conualeſcentes tolerare ſitim: nec famem: ⁊ ſepe debēt comedere ⁊ parū vna vice: ⁊ ſi forſan hec participātur poſt cibū aſſumptū minuatur de quantitate cibi. Hora autē cibandi conualeſcentes eſt hora die magis temperata: nec debent conualeſcentes comedere ad ſatietatem: nec debent tolerare ſitim.

Hora cibatiōīs de potu

Potus eorum ſit vinum ſubtile clarem boni odoris non fumoſum ⁊ saporis delectabilis ⁊ trahentis ad dulcedinem: et non debet eſſe vinum eorum forte: ⁊ nullo modo bibant aquā frigidam multam

nec balneantur in ea: hec eni poſſet eſſe cauſa mor-
tis ipſorum repentine. Amplius oportet quod cō
ualeſcētes quieſcant ꝛ letentur et gaudeant: et ab
euacuationibus abſtineant ꝛ proprie a coitu. Coi
tus eſt enim maxime eis nociuus: vinum cum tem-
peramento eſt eis conueniens ꝛ maxime ſubtile te
nue vt dictum eſt. Si conualeſcētium criſis fuit oc
culta: ſuſcipiēdum eſt de recidiua: ideo interdicen
da eſt eis ſatietas comeſtionis omnino ꝛ pluſq̄ a- De reci-
lijs conualeſcētibus: ꝛ ſi videris ipſos indigere e- diua.
uacuatione quod fieri poteſt per ſigna ſuperiꝰ enu
merata in hoc capitulo. Primo confortanda eſt De fleu-
virtus cum bono cibo ꝑ aliquos dies ꝛ deinde eua botho-
cuandum cum medicina appropriata vel cum fle- mia.
bothomia quod horum videas expedire. Fleubo-
thomia tamen eſt euitanda conualeſcentibus quā De ſōno
to plus poſſumus quia communiter eſt paucus ſan
guis interdum tamē eſt neceſſarium ipſam fieri ꝓ- Exēplū.
pter aliquas cauſas ſpeciales ſcilicet propter ma
liciam ſanguinis ꝛ propter illud quod remanſit in
eo de cineritate malorum humorum quarum ne-
ceſſarium eſt vt extrahatur ſanguis malus paula-
tim ꝛ augeatur bonus. Somnus diurnus non mul
tum competit conualeſcētibus / quia mollificat
eos et ſi competit hoc eſt quia eos quieſcere facit:
ꝛ de regimine conualeſcentium eſt quod permutē
tur ad aerem contrarium aeri in quo erant infirmi
Amplius ſcias quod conualeſcens vti debet his/
que ſecuritatē faciunt a reliquijs egritudinis que
preceſſit. Verbigratia conualeſcēs a pleureſi le-
nientibus. Pecus debet vti ex quibus ſecuratur



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a pleureſi et reliquijs eius: timetur enim in conua-
leſcente a pleureſi aſperitas pectoris. Ampliꝰ nõ
eſt bonum ꝙ conualeſcens ſudat in balneo ratione
virtutis ſue debilis. Et ſi in conualeſcente multi-
plicetur ſudor ſignũ eſt ſuperfluitatis. Interdũ cõ
tingit ꝙ conualeſcẽtes auidi ſunt in cibo ſuſcipiẽ-
do: et tamen corpus non redit ad virtutem et ven
ter ſolutus eſt: et in hoc caſu diminuendus eſt cibꝰ
et aque potus: et confortandus eſt ſtomachus cũ
miua citoniorum aromatizata vel non aromatiza
ta: cuius miue deſcriptioneꝫ inuenies in libris par
ticularibus de medicinis compoſitis: ꝛ ſimiliter cõ
fortandus eſt ſtomachus cũ ſerotis emplaſtris ſeu
vnguentis ſtomacho appropriatis calidis vel fri-
gidis ſtipticis quod magis videbitur expedire. Et
qꝛ raro ſunt diuturni morbi non inferentes paſſio
nem alicui membro principali multũ conſideran-
dum in conualeſcentibus ſi aliquod membrorũ p̄n
cipalium incurrat leſionem: et eidem leſioni pro vi
ribus reſiſtendum ꝙ ſecundum ꝙ videri poſſit in li
bris egritudinum particularibus: ꝛ ſicut dictuꝫ eſt
de membris particularibus ita intelligatur de vir
tutibus naturalibus et alijs virtutibus. Nam ad il
lius virtutis confortationeꝫ magis eſt intenden-
dum q̃ magis viderimus debilitatem: quod quo-
modo cognoſcatur et fieri poterit: ex libris ſcitur
particularibus. Nolumus eñ omnia conculcare.
Et hec de regimine ſufficiant conualeſcentium.

## ¶ Capitulum quintum de con ſuetudine.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Conſuetudo eſt fortis res valde: ⁊ tranſgreſſio a conſuetudine nocet nocumento magno: conſuetudo enim obtinet vi nature: ſicut igitur naturam cuſtodire oportet ſic et conſuetudinem: et ſpecialiter ſi conſuetudo ſit laudabilis indifferēs in bonitate et malicia reſpectu eius ad quod debet fieri permutatio. vnde ſi aliquis fuerit conſuetus multum laborare et velit hanc cõſuetudinem dimittere ⁊ in ocio viuere vel minus laborare; vel aliā ſpeciem aſſumere laboris: et aliud tēpus vel aliū modū proculdubio multū grauabit ex hoc: ⁊ ſimiliter intelligatur in cibis et potibus et ſomno et vigilijs et in euacuationibus et anime accidentibus. In omnibus multuꝫ obſeruanda eſt cõſuetudo ſi ſit laudabilis vel paꝝ laudabilis vel indifferēs reſpectu huius ad quod fieri debet permutatio. Si aūt cõſuetudo ſit illaudabilis ex qua debeat peruenire ad peſſimas egritudines: ſicut cõſuetudo comedendi malos cibos ⁊ ſilueſtres qui ī fine perducant ex neceſſitate ad peſſimas egritudines. Et ſimiliter coitus immoderatus et ſimiles egritudines. Taliter incꝫ conſuetudines corrigere oportet et permutare vel totaliter vel ſaltem infra terminos latitudinis earū ſed hoc debet fieri paulatim et ſecūdū ordinem quedā: naꝫ omnis ſubita mutatio nocet et ſpecialiter a cõſueta ad incõſuetā. Amplius debet ſibi quiſcauere ne vnius rei quātūcunqꝫ ſit bonā cõſuetudinem faciat quam ipſum obſeruare ſit neceſſarium ex cuius obſeruatione cõſtrictionem vel attritionē patiatur: verbigratia ſi quis vno cibo conſueto ſemper vtatur

Mutare cõſuetudinē ſubito peſſimum eſt. hec Auicenna.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur: vel aliquo potu vel totaliter ab eis abſtineat vel dormire vel moueri vl' coire aſſueſcat: ⁊ ad hoc grauiter aſtringatur maximum incurret nocumentum ſi interdum ad eiſdem oporteat abſtinere. Si igitur quodlibet corpus ſe diſponere debet vt calorem ⁊ frigus patiens eſſe poſſit: et ad motiones et ad nutrientias ſibi neceſſaria aptum reddatur/ ⁊ vt ſomni et vigiliarũ horas manſiones ⁊ domos lectos ⁊ indumenta leſione permutare poſſit quod quidem poterit fieri ſi conſuetudo non obſeruetur ad vnguem: ſed interdum ad conſueta tranſimus: oportet enim ad inconſueta permutare.

## ¶ Quinta pars. Capitulum primum. De fleubothomia.

Prĩa cõſideratio

Quoniam fleubothomia ⁊ farmacia: ventoſa: ſanguiſuge: cauterium: vel ſectiones: interdum ſunt itrantes in ſanitatis regimine: et ad hoc vt opus nihil contineat diminutum determinandum eſt de his quantum ſpectat ad propoſitum: non enim operis preſentis eſt determinare de his prout faciũt ad curam egritudinis. Primo igitur determinabimus de flebothomia ⁊ de conſiderationibus circa ipſam in ſanitatis regimine. Prima igitur conſideratio eſt ꝙ corpus ſimpliciter ſanum ſeu eucratum nullo modo indiget fleubothomia: vnde in corporibus ſic eucratis natura non fa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cit aliquam euacuationem ſanguinis: et hoc eſt ſignum ꝙ tali corpori ſanguinis euacuatio non eſt neceſſaria ſed corporibus quibuſdam lapſis vel a generatione vel a tēpore vel ab vtroqꝫ modo fleubothomia eſt vtilis ꝙ plurimum et notanter dico quibuſdam: ſunt enim quidam quibus fleubothomia non ſolum non competit immo etiam valde nocet quapropter videmus quod quibuſdam corporibus lapſis natura ſine artis adiutorio facit ſanguinis euacuationē vel ꝑ nares vel ꝑ emorroydas vel ꝑ os vel ꝑ receſſuz vel ꝑ vrinam remanentibus eiſdem ſub latitudine ſanitatis: et quia imitatur ars naturam inquantum poteſt nihil mirum ſi adinuenerit ars modum euacuandi ſanguinem in adiutorium nature. Modus autem ad hoc conuenientior eſt per fleubothomiam vel per ventoſas vel ſanguiſugas. Non enim eſt medicina laxatiua que ſanguinem euacuet / vel ſi ſit non eſt in vſu nec eſſe debet: quoniam eſt venenoſa ⁊ corporis peremptiua: eſt enim omnino inartificale ſanguinem euacuare cum farmacia. Unde adiudicatus fuit morti qui talem medicinam per experientiam adinuenit / quia vtebatur ea ad malum et multos perimebat cum ea. Modus autē euacuandi per fleubothomiam eſt multum rationabilis: nam per eam euacuatur ſanguis a toto corpore: ⁊ ſimiliter omnes humores ⁊ ſpecialiter a partibus interioribus et ſiſtere poſſumus cum volumus. Unde in fleubothomia non eſt tantum periculum ſicut in medicinis laxatiua: ſic igitur ptȝ ꝙ corpora lapſa a generatione vel a tempore aut vtroqꝫ modo indigēt ea

Nulla eſt medicina que euacuet ſanguinem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Scda cō ſideratio Secunda conſideratio eſt ad ſciēdum que ſunt illa corpora lapſa que maxime indigent fleubothomia ex parte lapſus naturalis et ex parte lapſus accidentalis: dicam igitur ꝙ corpora complexionis ſanguinee magis indigent fleubothomia q̄ʒtum ex parte complexionis: ⁊ melācolica minime: ſed fleumatica et colerica mediocriter. Sed colerica plus q̄ꝫ fleumatica. Et ex parte cōpoſitionis ceteris paribus habentes venas latas et habitudinē carnoſam ⁊ colorē inter rubeuꝫ ⁊ nigrū pilos multos et muſculos bonos et fortes plus alijs indigent fleubothomia. Non igitur ſolum conſideranda eſt complexio ſed compoſitio. Amplius conſiderāda ſunt virtus et etas et conſuetudo obtinet vim nature. Nam ceteris paribus corpora lapſa in naturali cōplexione que ſunt fortioris virtutis ⁊ perfectioris etatis et magis conſueuerūt magis debent fleubothomari. Uirtus eñi debilis nō ſuſtinet fleubothomiā nec etas infantilis nec ſenilis. Cōſuetudo etiā multū eſt obſeruanda: non ſolum in hoc: ſed etiā in alijs: ⁊ ſicut dictum eſt de lapſibus naturalibus ſic ſuo modo dicendum eſt de accidentalibus. Unde ſanguineus per accidens eſt maxime fleubothomādus melancolic⁹ aūt minime. Colericus et fleumaticus minime. Similiter carnoſus ⁊ muſculoſus accidentaliter maxime et extenuatus minime. Et ſimiliter vtentes regimine multiplicāte ſanguinem ſicut viuētes in ocio et gaudio: ⁊ comedentes multas carnes ⁊ aſſaturas ⁊ dulcia: ⁊ bibentes bona vina: et non vtentes balneis nec coitu nec multuꝫ exercitantes: tales inq̄ꝫ plus alijs fleubothomandi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt. Et per oppoſitū ieiunātes ꝛ comedentes cibaria melancolica et multū balneantes: ꝛ coeūtes et exercitantes / ꝛ habitantes regiones calidas in quibus plurima fit reſolutio a corporibus: minime indigent fleubothomia. Et ex hoc concluditur ꝙ i partibus francie homines plus debent fleubothomari ꝙ̄ in partibus italie: qꝛ minor multo fit a corporib⁹ reſolutio in partibus gallicanis: qꝛ regio ē magis frigida. Et ſimiliter in alijs intelligitur regionibus frigidis reſpectu calidarum viuunt etiā magis delicioſe ꝛ inordinate que ſunt cauſe neceſſitatis fleubothomie. Vñ ceteris parib⁹ viuentes magis delicioſe ꝛ inordinate indigent plus et ſepe fleubothomia. Amplius multū conſiderādū eſt vt qui debet fleubothomari non ſit ebrius nec crapulatus ſeu nauſeatiue ſatiat⁹: nec in ſtomacho plenus cibo: ꝛ ꝙ in eius ſtomacho non ſit colera. Vñ ſiquis habeat ſtomachū multum infectū colera ante fleubothomiam vomat coleram: et deinde comedat aliquid acetoſum ſtipticū ſtomachi cōfortatiuū ꝛ poſt fleubothometur. Amplius habētes humores crudos ꝛ viſcoſos ꝛ indigeſtoscū ſanguine mixtos nō debēt fleubothomari āñ ꝙ̄ ſanguis ſubtilietur ſicut prius dixi. Ampli⁹ poſt balneū vel coitū vel forte exercitium nullo modo eſt fleubothomandum. Amplius poſt longam egritudinem cauendū eſt a fleubothomia anteꝙ̄ corp⁹ fuerit fortificatū niſi ſpecialis neceſſitas ad hoc cogat ꝛ de hoc ſuperius dictū eſt in regimine cōualeſcentiū. Amplius homines ꝙ̄ cōuerſantur in artibus multum laborioſis et corporꝫ reſolutiuis min⁹ alijs fleubothoma-

Gallici veniunt fleubothomādi ſepius.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ri debẽt ceteris paribꝰ. Unde ſeruiẽtes in balneis ⁊ ſtuphis minꝰ ſunt flebothomãdi q̃ ſcriptores ⁊ pãnorum ſciſſores. Ampliꝰ multũ vigilantes ceteris paribꝰ minꝰ ſunt fleubothomandi. Ampliꝰ habentes ſtomachũ cor ⁊ epar debilia quibus egritudines frigide accidere ſolẽt nõ ſunt fleubothomandi niſi neceſſitas vrgeat valde magna. Amplius in tẽpore calidiſſimo vel frigidiſſimo nullo mõ eſt fienda fleubothomia niſi vrgente magna neceſſitate.

Uer eſt aptũ ad fleubothomiã

Uer autem eſt tempus valde aptum ad fleubothomiam propter eius temperiẽ: et q2 aſſimilatur morbo de repletione: nam tales infirmitates hoc tempore maxime accidere ſolẽt: et nihil eſt quod adeo tuetur a talibus egritudinibus ſicut fleubothomia fiat aũt in principio veris cũ dubitamꝰ de egritudinibꝰ contingentibus ex ſanguinis putrefactione. Sed in fine veris quando non eſt tanta ſanguinis multitudo: ſed dubitamus de humorũ acuitate vl' calefactione ⁊ ebullitione ratione caliditatis.

Autũnꝰ ſilr eſt tẽpꝰ aptũ ad fleubothomiam.

Autũnus autem ratione ſui temperamenti eſt tempus aptũ ad fleubothomiã: ⁊ precipue quando dubitamus de ſanguinis incineratione. Amplius multũ cõſiderãda eſt aeris diſpoſitio in fleubothomia: vñ aere exiſtente peſtilentiali vel nebuloſo vel turbido: ⁊ flante vento auſtrali: vel quacunq̃ mala qualitate infecto non eſt aperienda vena ne aer infectus ſubintrãs venã ſanguinẽ reddat peſtilentialẽ ⁊ infectũ ⁊ ſit error peior peiore. Eligatur aer purus ⁊ dies clara ⁊ luminoſa: et ventus magis depurans aerem cuiuſmodi eſt boreas ⁊ non ſit ventus fortis. In hyeme tñ eſt auſtralis ventus eligendꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad aeris temperiē. Amplius eligatur hora diei ma-
gis tēperata. In tp̄ibus igitur calidis fleubothomia
fienda eſt ante horam tertiā: & in frigidis circa me
rediem. Amplius dicunt quidā ꝙ ſi ſanguis ſit co-
lericus fleubothomia fienda eſt in hora motus co-
lere: puta a tertia hora diei vſq ad nonam. Et ſi
ſanguis ſit purus dz fieri flebothomia a quarta no
ctis vſq ad tertiam diei. Et ſi ſanguis ſit phlegma
ticus dz flebothomia fieri a nona hora diei vſq ad
tertiam noctis. Et ſi melancolica a tertia noctis
vſq ad nonam noctis: hoc tñ non approbo qa fle-
bothomia ſemper fienda eſt in lumine diei niſi in cā
magne neceſſitatis. Amplius in flebothomia con
ſideranda eſt etas lune & locus eius: ſimiliter autē
& cōiunctio & aſpectus. Nam in prima quadra lu-
ne flebothomandi ſunt iuuentuli & iuuencule. In
qua etiam etate lune videmus puellas maxime pa
ti fluxum menſtruorum: ſed in vltima quadra ſunt
flebothomandi ſeniores & in tēporibus mediis me
diocres iuxta illud. Luna vetus veteres: iuuenes
noua luna requirit. Amplius dicunt quidam ꝙ in
prima quadra lune flebothomandi ſunt calide et
humide complexionis puta ſanguinei. In ſecun-
da cholerici: in tertia phlegmatici: & in quarta me
lancolici. Nam prima quadra eſt calida & humida
ſcda calida & ſicca: tertia frigida & humida & quar-
ta frigida et ſicca: & ſimiliter poſſemus dicere ꝙ ſi
vellemus euacuare ſanguinem purum fiat in pri-
ma quadra. Si cholericum in ſecunda: ſi phlegma
ticum in tertia: ſi melancholicum in quarta.
Amplius conſiderandus eſt locus lune. Nam ſi

De hora

De lune

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luna ſit in ſigno aſpectum habente ad aliqd mem=
brum non fiet flebothomia de illo membro. Verbi
gratia luna exiſtente in ſigno geminorum non fiet
flebothomia de brachijs/ q̄a hoc ſignū habet aſpe
ctum ad brachia. Et ſimiliter exiſtēte in thauro nō
fiet flebothomia de vena colli: nec exiſtente in pi=
ſcibus fiet flebothomia de venis pedum: et exiſten
te in ariete non fiet de veniscapitis. Et luna exiſtē
te in aquario nō fiet flebothomia de venis q̄ ſunt
in tibijs. Amplius luna exiſtente in ſigno fixo non
eſt fienda flebothomia niſi neceſſitas immineat: pu
ta luna exiſtente in thauro leone ſcorpione ⁊ aqua
rio. Eligantur ergo ſigna mediocria ⁊ mobilia: ⁊ ſi
ſint ſigna calida ⁊ humida melius valent. Unde oī
bus conſideratis: luna exiſtēte in prima facie libre
debet eſſe bona flebothomia ceteris paribus: tum
qꝛ eſt ſignum mobile: tum qꝛ eſt ſignum calidum et
humidum. Et notāter dico in prima facie libre: qꝛ
tranſacta prima facie libre ingredit̃ viā cōbuſtam
que durat vſqꝫ ad finem ſecunde faciei ſcorpionis
vel circa. Aries etiam eſt ſignum conueniens ad
flebothomiam de brachijs quia ſignum mobile et
calidum. Gemini eſt ſignum conueniens ad flebo=
thomiam de brachijs quia ſignum ca. et humi. me
diocre. Sagittarius etiam eſt conueniens ſignum
ad flebothomiam quia eſt calidum et mediocre.
Amplius luna exiſtente retrograda non debet fie=
ri flebothomia. Similiter luna exiſtente coniun=
cta ſigno malignoſo ⁊ infortuito puta ſaturno vel
marti non eſt fienda flebothomia ſiue ſit coniūctio
corporalis ſiue per aſpectum. Dicunt quidam ꝙ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luna exiſtente vſq3 ad ſecundam vel tertiam diem non eſt fienda flebothomia nec in decima ſeptima die: nec in vigeſimo quod dictum non teneo: qꝛ eiꝰ non video rationem. De diebus autem egyptijs in antiquo kalendario lune ſcriptis breuiter me expe dio: et dico naturalis quare fuerint maledicti apd omnes gentes ſed apud illos de regno pharaonis Et ſi forſitan tempore illo fuiſſet aliqua mala con ſtellatio: tñ per temporis proceſſuz iam fuit iſta cõ ſtellatio mutata: vnde nõ eſt aliqua ratio quare ta les dies ſunt obſeruandi immo puta ꝙ eſt peccatũ in moribus in lege et in natura. Sed qꝛ opinio vul gi eſt ad hoc fiendũ in honorẽ dei: ⁊ etiã3 homines fleubothomari contra eorum opinionẽ poſſet eos ledere et medicis infamiã ponere ſtante tali vulgi opinione ego obſeruabo in vulgo niſi magna ne ceſſitate immineat: ſed in me ⁊ meis nullatenus ob ſeruaui: nec obſeruabo. Amplius cadit conſidera tio circa iuuamenta ꝙ plurima in ſanitate conſer uanda et in egritudine curanda. Ex negligentia q dem ipſius cum ipſa quis indiguerit accident apo ſtemata intus et extra magna et parua: et ſcabies: ſpergi: ſinochus paraliſis: variole: morbili et ſpu tum ſanguinis: et peſtilẽtia: ⁊ mors ſubita: et ſqui nantia: et lepra: vniuerſaliter ex negligentia fleu bothomie omnes egritudines ſanguinee vel de ſan guinis corruptione vel de ip ſius multitudine vl' in cenſione contingere poſſunt. In corporibus ergo paratis ad tales egritudines non negli gatur fle bothomia. Flebothomie autez ſunt plura nocumẽ ta quando fit indebite. Ex frequenti enim minu

Alia cõſideratio.

Nocumẽta flõie.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione accidit malignitas oppilationis hydropiſis: ⁊ feſtinatio ſenectutis: ⁊ deſtructio appetitus ſtomachi cordis ⁊ epatis debilitas tremorq́ꝫ ⁊ paralyſis: demumq́ꝫ appoplexia: ⁊ poſtremo omniuꝫ virtutum naturalium ⁊ animalium debilitas ⁊ imbecillitas per flebothomie frequentiam: in quibus ⁊ quando et quotiens non oportet ſolet ſepius euenire. Amplius circa flebothomiaꝫ: ⁊ propter quas cauſas generaliter fiat flebothomia: ſciendum q̄ꝺ flebothomia fit quinq́ꝫ de cauſis in generali. Nam fit ad euacuandum humorum omnium vel ſanguinis multitudinem. Interdum fit ad minuendum partem humorum vt natura potentior ſit ſuper reſiduum. Interdum etiam fit ad infrigidandum. Interdum fit ad attrahendum ſanguinem ad aliqueꝫ locum. Et interdum fit ad diuertendum ſanguinē ab aliquo loco. Dico ergo primo quod flebothomia fit ad euacuandum omnium humorum multitudinem vel ſolius ſanguinis: ⁊ propter hoc dicitur a ſapientibus quod eſt euacuatio vniuerſalis: euacuans humorum multitudinem: quando igitur nobis apparuerint ſigna repletionis venarum magnarum quaꝫ impoſſibile eſt laxatiuo purgari fiat tunc magna flebothomia: ſi reliqua particularia concurrant ſuperius nominata: ⁊ fiat flebothomia de venis magnis reſpicientibus totum corpus vel reſpicientibus partes corporis in quibus magis ſigna repletionis apparent: ⁊ ad hanc intentionem: fit flebothomia in paratis cadere in ſynocham vel ſynochum: vel in ſimiles egritudines repletionis: et quamuis in omni fleubothomia fiat euacuatio

Flōia eſt euacuatio vl̄is.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tamen hec euacuatio maxime dicitur ad euacuan
dum:q2 in hoc caſu maioꝛ fit euacuatio ⁊ de ma:
ioꝛibus venis:⁊ quaſi intenditur totius ſuperflui=
tatis materie eradicatio. Amplius fit flebotho=
mia interdum ad minuendum partez humoꝛis pec
cantis vt natura ſit potentioꝛ in digerendo reſidu
um:⁊ ſic iſta intentione poteſt fieri flebothomia ꝓ
pter dominium ſanguinis cholerici vel phlegmati
ci aut melancholici:⁊ talis flebothomia debet eſ=
ſe multo minoꝛ. Et debet eſſe ex venis habentibus
aſpectum ad partem in qua nobis conſtiterit ma=
gis eſſe talez complexionem. De his autem ve=
nis ⁊ earum aſpectibus adhuc dicetur. Amplius
interdum fit flebothomia ad infrigidandum et c= De diuer
uentandum ⁊ debet eſſe flebothomia parua:⁊ iſto ſione.
modo flebothomia poteſt fieri non exiſtente pec=
cato quantitatis ſed ſolum qualitatis. Amplius
fit interdum flebothomia vt attrahatur ſanguis :
ad aliquem locum vt verbigratia fit flebothomia
de ſophenis pedum vt attrahatur ſanguis ad ma=
tricem. Amplius aliquando fit flebothomia ad di
uertenduz verbigratia eſto ꝙ aliquis patiatur flu
xum ſanguinis narium vel ſputuz ſanguinis flebo
thomia fit de venis inferioꝛibꝰ:puta de ſophenis ⁊
baſilica ſeu ſciatica ad hoc vt ſanguis diuertaꝛ ad
cõtraria. Et circa hoc diligẽter eſt notãdũ ꝙ ꝗto
locus a quo fit flõia fuerit longinquioꝛ ⁊ directioꝛ
loco a q̊ fit diuerſio:tãto eſt diuerſio pfectioꝛ ⁊ ar=
tificialioꝛ. Vñ in patiẽtibus fluxũ ſanguinis nariũ
pfectioꝛ eſt diuerſio p flõiam ſophenaꝝ vł ſciatice
ꝗ per aliã aliquã venam ſuperioꝛem tamẽ bonuꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt ⁊ artificiale ꝙ hec diuerſo incipiat a ſuperiori=bus venis et finaliter terminetur per inferiores venas. Amplius circa flebothomiã conſiderãde ſunt vene que in noſtro corpore flebothomari conſue=uerunt. Nolo autem in hoc opere facere mentionẽ de omnibus his que poſſunt in noſtro corpore fle=bothomari. Sed de communioribus, et de his de quibus flebothomando ſeu flebothomari facien=do ſepius aſſueui. Sciendum igitur quod venaruꝫ harum quedam ſunt particulares et alie vniuerſa les et communes: dicuntur autem communes ⁊ vni uerſales eo quod euacuant a toto corpore et a lo cis principalibus totius corporis immediatius et a venis maioribus et per oppoſitum vene dicun=tur particulares que immediate euacuant a venis minoribus et non aſpiciũt membra principalia im mediate. Nec euacuant ſic a toto corpore cũ fle/bothomantur ſicut maiores. Uene aũt cõmunio=res et vniuerſaliores ſunt tres vene que reperiun=tur in curuatura brachij quarũ venarum ſuperior vocatur cephalica .i. vena capitis: alia inferior ba ſilica .i. epatis vena in brachio dextro: vel ſplenis vena in ſiniſtro: tertia eſt vena mediana que re=peritur in medio predictarum et ideo mediana vo catur et aliter dicitur vena cordis et aliter vena cõ munis. Iſte tres vene ſunt alijs cõmuniores tũ q2 groſſiores ⁊ maiores: tũ q2 mẽbris principalibus interioribus ꝓpinquiores ⁊ directiores: tũ q2 cum venis totius magis colligate ⁊ manifeſtius appa rent: ⁊ ideo cũ fit flebothomia ꝓpter euacuationẽ a toto corpore rõnabile eſt ꝙ fiat ab altera iſtaruꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venarũ: verũ tñ eſt ꝙ cephalica magis aſpicit ſupe
riores ptes. Et baſilica inferiores ⁊ mediana me=
dias partes mediana indifferẽter ptes ſuperiores
et inferiores aſpicit. Eſt em̃ ꝯpoſita ex cephalica
et baſilica ⁊ q̃libet illarũ venarũ hꝫ ramos q̇ flebo
thomari poſſunt ĩ defectu illaꝝ venaꝝ.ſ.q̃n nõ ap
parent. Itẽ coitus inordinatꝰ ⁊ vehemens maxi=
me eſt cauendꝰ ꝑpter fetũ debite ꝑducẽduꝫ ne ſe
men ꝯuerſum recipiatur in matrice vt nõ generet. Regula
flebothomiã. Unde regula eſt gñalis in flebotho= gñalis.
mia obſeruanda ꝙ ceteris paribꝰ vena groſſior et
apparentior eſt flebothomanda. Et eſt circa illas
venas notanduꝫ ꝙ in flebothomia cephalice minꝰ
imminet periculũ nã ſub ea non eſt neruus nec arte
ria notabilis ex quorũ tactu ꝑ flebothomiã poſſit
periculũ imminere ſed ſub baſilica eſt arteria ma=
gna ce cuius apertura dubitandũ eſt / huius vene
apertura non dꝫ eſſe ꝑfunda: ⁊ ſub vena cordis ẽ
neruus de cuius punctura etiam multum eſt dubi=
tandum cũ flebothomatur qꝛ nerui punctura na=
ta eſt inducere ſpaſmũ. Et quanto hee vene puta
cordis ⁊ epatis ſunt minores ⁊ ꝑfundiores tanto
maius eſt periculum. Iſte autẽ tres vene ⁊ earum
rami reperiunt ĩ brachio dextro ⁊ ĩ brachio ſiniſtro
⁊ interduꝫ ſunt aperiende in parte dextra / ⁊ aliq̃n
in ſiniſtra. Et circa hoc cadunt cõſiderationes plu
rime. Prima igitur conſideratio eſt quod in tem=
pore frigidiore ſcilicet in hyeme vel iuxta debꝫ fie
ri fleubothomia de parte ſiniſtra ⁊ tempore oppo
ſito de dextra ⁊ vniuerſaliter ſi ex regimine vel ex
complexione naturali vel ex etate non percipiamꝰ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſanguinem eſſe groſſum ⁊ melancolicū fleubothomandum eſt ex ſiniſtra. Et ſi perceperimus ſanguinem fore ſubtilē ⁊ colericū ⁊ calidū fleubothomādum eſt de dextra. Amplius ſi velimus attrahere a dextra fleubothomia fiat a ſiniſtra ⁊ ecōtra. Verbigratia. Si dubitamꝰ de apoſtemate in parte dextra extrahemus de ſiniſtra: ⁊ econuerſo. Si autem materia iā ſit fluxa: vel ꝑ viam congeſtionis in loco congregata ſeu generata fiat fleubothomia ex illa parte in qua magis apparebunt ſigna repletionis. Et eſt notandū circa diuerſionē: ꝙ diuerſio nūꝙ̄ eſt facienda niſi ꝑ vnam dyametrū: puta a dextro ad ſiniſtrū: vel deorſum vel ad ſurſum: vel econuerſo: ſm̄ eniꝫ duas dyametros ſimul nō eſt ſienda fleubothomia diuerſoria niſi in caſu vbi eſſet magna plenitudo. Amplius circa venarū iſtarū apertionem ſciendū ꝙ maior conſideratio adhibēda eſt in mediana ꝙ̄ in alijs: ex eo ꝙ huius vene fleubothomia plus debilitat cor. Unde in habētibus cor debile ⁊ in paratis ad cordis tremorē ⁊ ſincopim non fleubothomantur vena illa. Sed ſi neceſſitas occurrat accipiatur: vena baſilica vel cephalica: ⁊ ſimiliter ſi perceperimus epatis vel ſplenis vel ſtomachi frigiditatē: multum eſt dubitandum fleubothomare baſilicam: ⁊ ſi neceſſitas occurrat fleubothomandi loco eius accipiatur mediana: ⁊ ſic intelligatur de cephalica. Ego autē in iſtarū venarum apertione habeo regulam quod vena harum triuꝫ groſſior ⁊ apparentior ⁊ plenior ſecurius eſt aperienda. Naꝫ ex hoc conuincitur probabiliter membra ſuper que vena habet aſpectum fore calidio/

Exēplū de diuerſione.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ra ⁊ fortiora ⁊ ſanguine pleniora. Notandum eſt quod fleubothomia de vena capitis que valet ad infirmitates ⁊ ad dolores capitis: ⁊ oculorum: ⁊ ſi non exeat ſanguis in prima pcuſſione ſecure poteſt iterari percuſſio: quia non eſt dubitanduz de tactu arterie vel nerui ſicut ſuperius dictum eſt. Flobothomia vene mediane que aliter vena corporis vel cordis nominatur valet ad infirmitates calidas totius corporis ⁊ ſpecialiter partium cordis ⁊ pulmodis. Et debet fleubothomari fieri cum cautela quia ſub ea eſt neruus. Non igitur fiat vulnus nimis profundum vena baſilica multum valet ad infirmitates epatis: ſtomachi ⁊ ſplenis ⁊ debet fleubothomari cum cautela: quia ſub ea eſt arteria: in defectu vene cephalice brachij poteſt capi cephalica que eſt in manu ſcilicet in radice pollicis: ⁊ valet in caſibus in quibus flebothomia cephalice: et quidam dicunt quod valet in illis caſibus: in quibus flebothomia vene cordis ⁊ ſtomachi valet: ſimiliter loco baſilice brachij accipiatur faluatella: que eſt in manu inter auricularem et mediuz ⁊ valet in eiſdem caſibus: ſed aperienda eſt cum timore quia ſub ea eſt neruus: ⁊ cum fit flebothomia de venis que ſunt in manu ponatur manus in aqua calida vt apertura vene remanet magis perfecta: vt ſanguis liberius et faciliùs exeat: et manus fleubothomatha minus ledatur hominibus continente. Hec igitur ſufficiant de venis que ſunt in brachijs ſiniſtis et in manibus que ſunt in lyſu: de alijs venis que ſunt in collo: et in capite: qua non inceptionem conſueuerunt aperiri in regimine ſa:

De vena capitis.


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vene colli. nitas breuiter tranſeo. In collo enim ſunt due vene quarum vna eſt in parte dextra ⁊ alia in parte ſiniſtra: ⁊ in hominibus cantantibus ⁊ anhelitum retinentibus mirabiliter ingroſſantur et vocantur guidegi. Harū autem venarum flebothomia valet ad conſtrictionem anhelitus et inceptiones lepre ⁊ impetiginem ⁊ ſerpiginē ⁊ egritudinē que comedit carnes que alio nomine dr̄ noli me tangere; vel cācer corroſiuus. Debet autem ſtringi collum vt vene ingroſſentur ⁊ ſedeat infirmus qui debet flebothomari ſuper ſcannum: ⁊ flebothomator ſup caput eius ⁊ incidat venam in longitudinem parum poſtea ſequatur ligamentum: et parum ſtringat ne ſuffocetur flebothomatus: ⁊ dimittat eum vſq₃ mane ſanatur eius vulnꝰ. Amplius due vene ſunt poſt

Vene pꝰ aures. aures quarū flebothomia valet ad emigraneam ⁊ catharrum antiquum: ⁊ tineam: ⁊ capitis exituras. Hee autem vene ſunt in loco concauo poſt aures: et bene apparent cū ſtringuntur guttur et gula: et ſunt in loco vbi appoſito digito ſentitur pulſus. Aperiantur ergo parum in longitudine: ⁊ fac exire ſanguinē quantum vis. Amplius in temporibꝰ ſunt due vene quarum fleubothomia valet ad capitis dolorem antiquum et apoſtema palpebrarū: et oculorū: ⁊ ad omnes ſuperfluitates que currunt ad oculos: et debet ſanguis emitti vt ſuperius dictum eſt. Amplius eſt vena in medio frontis inter duo ſupercilia: et eius fleubothomia valet contra infirmitates antiquas faciei et turpia vlcera: ⁊ ad dolorem partis poſterioris capitis. Amplius eſt vena in puncto naſi cuius fleubothomia valet ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

frenesim febres acutas:et capitis dolorē antiquū
et antiquā rubedinem faciei. Amplius ſunt vene ī
lachrimalibus oculoꝝ quarum minutio valet ad
egritudines oculorum: ſcilicet ad ſcabiem ⁊ rube=
dinem:et ad apoſtemata oculorum nec debet hu=
iuſmodi fleubothomia fieri ex lachrimali vers⁹ na
ſum propter dubium ex fiſtula. Amplius ſunt vene
in labio inferiori quarum fleubothomia valet ad
rupturam:et corroſionem oris et gingiue:⁊ ad fiſ=
ſuras labiorū ⁊ ad vlcera mala que ſunt in naſo.
Amplius ſub lingua vene quarum fleubothomia
valet ad apoſtemata gule ⁊ ad infirmitates gule ⁊
oris ſpecialiter ad ſquinantiam. Amplius in quo=
libet pede ſunt tres vene que fleubothomantur cō
muniter:ſcilicet ſciatica et ſophena : et quedam ve
na que eſt inter pollicē pedis ⁊ digitū qui ſequitur
Fleubothomia ſciatice valet ad paſſionē ſcie ⁊ re=
nū. Et fleubothomia ſophene valet in paſſionib⁹
matricis et teſticulorum et antiquā ſcabiem:⁊ fleu
ma ſalſum coxarum et tybiarū. Ad idē valet fleu=
bothomia illius vene que eſt iuxta pollicem pedū.
Et eſt diligenter notandum ꝙ hec fleubothomia
plus debilitat ꝗ̄ fleubothomia venarum magna
rum et ſuperiorum. Et ideo cōmuniter fleubotho
mis earum poſt prandium quia tunc temporis vir
tus eſt fortior. Amplius poſt prandium humores
ſunt magis moti ad extrema corporis ⁊ ad venas
minores que ſunt in mēbris. Ratio aūt quare ma=
gis debilitat forte eſt maior diuerſio ſpiritus a cor
de. De venis aūt maioribus et cōmunioribus que
ſunt in brachijs fieri debet flebothomia ſtomacho

Vene ſub lin=
gua.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſeiuno: ex eo ꝙ tunc ſanguis magis dn̄atur in eis et poſt cibum plus mouetur ſanguis ad venas minores ⁊ ad membra. Amplius in flebothomia cõſideranda ſunt que ſunt fienda ante flebothomiã ⁊ que fienda ſunt in actu flebothomie ⁊ que poſt flebothomiam. Ante flebothomiam nãq̧ bonum eſt aliquantulum exercitari ⁊ moueri ⁊ euigilari vt ſãguis ſit mobilior ⁊ ad euacuationem habilior. Amplius mẽbrum flebothomandum eſt calefaciendũ ⁊ fricandum vel cũ aqua calida irrorandum ⁊ lauãdum vt vena fiat aptior ⁊ ſanguis fluxibilior fiat ad locum flõie. Eligendus eſt aũt flebothomator iuuenis expertus boni viſus non tremulꝰ: nõ ebrioſus: non crapuloſus: de cuius bonitate ⁊ fidelitate habetur confidentia certa: ⁊ ſi forte flebothomandus eſſet puſillanimus vel valde debilis ⁊ ad cuiꝰ ſtomachum colera fluere conſueuit: ante flebothomiam comedere dꝫ bucellam panis intinctam in vino ſtiptico vel odorifero vel in ſucco granatorum quod horũ magis videris expedire. Amplius ſciendum ꝙ quidã ſunt qui per aliquos dies ante flõiã balneandi ſunt ⁊ iſti quoꝝ ſanguis eſt valde groſſus ⁊ immobilis ⁊ vene occulte. Nam ꝑ balneũ ſanguis ſubtiliatur ⁊ mobilior efficitur ⁊ vene etiã in groſſantur. Etiam ꝑ balneum ſupfluitates propinque euacuantur ⁊ reſoluuntur: ⁊ ſic cũ fit flebothomia de venis magnis non attrahentur ille immundicie a venis paruis ad venas magnas: ⁊ balneum non ꝑmittatur immundicie q̄ ſunt iuxta cutem attrahentur ad magnas venas: verbigratia. Si immundicie eſſent in riuulis paruis ſi fieret euacuatio

Eligẽdꝰ eſt flebothomator fidelis ⁊ iuuenis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a fonte magno: immundicie riuuloꝝ poſſent redi-
re in fontem. Nã flebothomia per quandã colligã
tiam que eſt in venis euacuat ab omnibus venis.
In tali igitur caſu p̃mittendum eſt balneum: ſed
ſi corpus eſſet valde plectoricum nullo modo p̃mit
tatur balneum. Nam magnum periculum eſſet ꝙ
balneum ebullitionem in humoribus ⁊ febrem cõ-
tinuam vel apoſtema in membris principalibus et
ſimiles morbos qui conſueuerunt ex humoꝝ ebul-
litione cauſari. Amplius ante flebothomiam emit
tende ſunt feces ⁊ vrine ne illarum ſuꝑfluitatũ va
pores attrahãtur ad venas ⁊ inficiãt ſanguinẽ: nam
vene exinanite per flebothomiã attrahunt a ſtoma
cho ⁊ inteſtinis mediãtibus meſeraicis ⁊ alijs ve-
nis epatis. Amplius in vere ⁊ in eſtate in ſanis fiat
flebothomia de dextra parte: ⁊ in autũno ⁊ hyeme
de ſiniſtra parte. Sed in egris corpore exiſtente
plectorico ante fluxum materie fiat primo de
parte oppoſita: deinde de eadem vbi eſt egritudo.
Et ſi corpus non ſit plectoricum ⁊ egritudo ſit mul
tum maligna fiat flebothomia de eadem: ſed quo-
cunq; modo res ſe habeat materia exiſtente vene-
noſa nunq̃ eſt diuertenda ad partem oppoſitam.

Multa cõſiderã da ſunt i flõia.

Amplius in actu flebothomie multa conſideran-
da occurrunt. Prima quidem conſideratio eſt cir-
ca vene apertionem: non enim aperienda eſt
vena cum flebothomo obtuſo hoc enim eſt cau-
ſa erroris et non ſequitur finis intentus: quia
non fit apertio vene qua libere ſanguis exeat:
et poteſt eſſe cauſa apoſtemationis loci. Am-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plius flebothomator non debet flebothomum manu premendo impellere: ſed ſuauiter blandiendo ⁊ furtiue vt flebothomi extremitas ad interiora vene perueniat: quia ſi duriter impellat flebothomuz forte caput flebothomi rumpetur in vena occulta ruptura aut refugiet vena ⁊ non vulnerabitur vſ ꝗ ad interiora: ſed ſolum in ſuperficie tunice. Et ſi flebothomator poſt capitis flebothomi rupturã perfidioſe inſiſterit vt flebothomandum cũ eo flebothomet augmentabit dolorem et apoſtema. Et ergo flebothomathor temptare debet et experiri qualiter flebothomus ingreditur cutem añꝗ flebothomet: ⁊ ſimiliter tẽptare debet cum ſecundare vult ſecũdã ꝑcuſſionem ſi fuerit opus ſcḋa ꝑcuſſione vel ad dilationem foraminis: vel ad illationẽ noue aperture ſi defectus fuerit in ictu primo Amplius flebothomator cauere debet ne venam impleat et ſanguine inflet ꝙ flebothomare querit qꝛ non inflata nec impleta melius tãgitur a flebothomo nec remouetur ab ipſo. Et iſtud verũ eſt de impletione ⁊ inflatione immoderata: qꝛ moderata iuuat ad impulſum flebothomi. Amplius cum vena occulta fuerit ⁊ ipſius repletio ſub ligatura nõ apparuerit debet ſolui et poſtea pluries ligari ⁊ inungi oleo calido dilatatiuo vt camomillino ⁊ vngendo cũ manu comprimi aſcendendo ⁊ deſcendendo donec manifeſtetur. Amplius caput flebothomi debet impelli ſm̃ certã menſurã non nimis ꝓfunde ne perforet venam ex vtraꝗ parte ⁊ neruũ vel arteriã aliquã vene ſuppoſitã perforet. Et debet flebothomus plus impelli qñ vena eſt multuz graci-

De vena occulta.

Modus accipiendi flõiaz

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis ⁊ profunda et veluti ſepulta in carne. Amplius flebothomator debet apprehendere flebothomuꝫ cū duobus digitis vcꝫ pollice ⁊ medio et dimittat index et palpandū venaꝫ. Et debet apprehendere flebothomum in medio ferri vel circa medium vt firmius teneat ⁊ non vacillet. Amplius cum vena flebothomanda prona fieri labi ad alterū laterum eius ⁊ euadere ictum flebothomi opponi debet ei ligatura e cōtrario parti illius. Et ſi equaliter prona fuerit labi ad vtrūqꝫ latus non debet in longuꝫ flebothomari: ſed ſecundum tranſuerſum. Amplius ligatura dꝫ eſſe ꝓpinq̄ loco in q̊ dꝫ aperiri vena Et cū ligatura venā occultauerit q̄ pri⁹ añ ligaturā apparebat ligatura ſoluta ſignāda eſt vena ⁊ cū dꝫ aperiri vena taliter ſignata dꝫ caueri ne vena ꝑ ligaturā labatur a rectitudine ſigni. Amplius cadit conſideratio circa ſecundationem flebothomie fiat aūt ſecundatio eadem die anteq̄ꝫ vulnus ſit ꝑfecte clauſum. Hec autē ſecūdatio flōie fit qñ eſt magna neceſſitas extrahendi ſanguinē ⁊ forte ꝓpter debilitatē virtutis vel propter ignorātiaꝫ medici: vel q͛ cetera particularia non concurrunt vel non fuit extractū de ſanguine q̄ꝫtum fuiſſet expediens: ⁊ tunc eadē die aperiatur non cū vngue/ſed cum flebothomo: nā ſi aliter aperiretur vena forſan exiret ſanguis bonus ⁊ ſubtilis ⁊ remaneret malus. Item iſta ſecūdatio habet locuꝫ in apoſtematibus quando videmus ſanguinē in ſcđa ſcutella peiorē ſanguine prime ſcutelle/⁊ ſimiliter intelligatur de tertia ſcutella reſpectu ſcđe. Conſidera tamen conſtantiā virtutis quia virtute debili exiſtente nō eſt

De ligatura.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſecundanda flõia. Si voluerit flõiam ſecũdare bonũ eſt inungere flebothomũ vt vulnus nõ ita cito cõſolidetur. Amplius circa flõiaʒ actualẽ cõſiderã: dũ eſtq interdũ cõtingit q vena aperta ſanguis nõ exit ⁊ hoc põt cõtingere multis de cauſis. Quarũ

Qñ non exit ſan= guis.

pꝛima eſt multitudo ſanguinis quare conculcatur ⁊ ingurgitatur ⁊ foꝛamen oppilat ⁊ non exit: vel exit guttatim vel vulnere exiſtente largo cito exit cũ filo cum vulnus ꝑcutitur in circuitu cum vngue ⁊ in tali caſu bonuʒ eſt tranſire ⁊ ſcreare ⁊ flebothomatum ſuper ſpatulas percutere. Secunda cauſa eſt groſſities ſanguinis ⁊ tunc nullo adiutoꝛio bene poteſt exire: ⁊ ſic opoꝛtet ſanguinem ſubtiliare cum medicinis et cibis ſubtiliatiuis notis. Tertia cauſa eſt paucitas ſanguinis ⁊ hec ſcitur: quia macer et extenuatus ⁊ tales indigent dieta reſumptiua ⁊ nutriente. Quarta cauſa eſt timoꝛ ⁊ puſillanimitas: aut quia non conſueuit ⁊ tunc competit mica panis in vino ⁊ aſperſio cũ aqua roſata et vino odoꝛifero ⁊ verba conſolatoꝛia. Amplius poteſt hoc contingere ex foꝛaminis paruitate: ⁊ tunc elargandũ eſt foꝛamen: qꝛ aliter ſanguis ſubtilis exiret ⁊ groſſus remaneret. Amplius egrediẽte ſanguine tangendus eſt ſanguis qui ſi frigidus inueniatur ſtatim eſt reſtringendus ſanguis. Et ſimiliter ſi inueniatur calidus ⁊ ſubtilis valde: nã in vtroqꝫ caſu dubitandum eſt de ſincopi. Si autẽ ſanguis fuerit calidus ⁊ mediocris ſubſtãtie: vel groſſus ⁊ vrina rubea ⁊ ſpiſſa et pulſus plenus extrahendus eſt ſanguis in copia ſi particularia concurrunt Amplius ponatur vna gutta ſanguinis cum egreditur

Pꝛoba/ tio ſan/ guinis,

ſupra vnguem ſi igitur fluat et nullo modo conſi-
ſtat talis ſanguis eſt multum aquoſus et eſt reſtrin
gendus: et ſi nullo modo fluat: tunc eſt nimis groſ-
ſus ⁊ parũ eſt extrahendus donec fuerit ſubtiliatꝰ.
Si autem mediocriter ſe habeat bonitas ⁊ medio
critas ſignificatur: et ſecurius poteſt ex eo ſubtra-
hi ſi cetera particularia cõcurrãt Et ſimiliter proij
ciatur vna gutta in aquã: ⁊ ſi deſcẽdat nimia groſ
ſicies ſanguinis ſignificat: ⁊ ſi totaliter ſupernat et
⁊ diffundat eſt nimis aquoſus: et ſi in medio modo
ſe habeat bonus eſt. Amplius cũ ſanguis exit actu
a vena bonũ eſt ꝙ digitus ſupponat vulneri qñ pa
rũ exit de ſanguine. Hec eñ digiti ſuppoſitio deſer
uit ad duo Prio q̇dã ad hoc vt ſpũs reuertat i ſe nõ
diſpgatꝰ. nec debilitet ꝑpt ſubitãeuacuationẽ Se
cũdo q̇dẽ digiti ſuppoſitiõe detinet ſãguis ad tps
aliq̃ quouſq; malus diſtans a loco fleubothomie
poſſet moueri. Qñ igit in corpore eſt apoſtema et
fleubothomia fit ad diuertẽdũ: maxime cõpetit hu
ius digiti ſuppoſitio. Amplius cõſideranda ſunt q̄
ſiũt poſt fleubothomiã. Sciẽdũ igit qꝺ poſt fleubo
thomiã imediate: nõ ẽ dormiẽdũ: nec ambulandũ
nec cũ hoibꝰ colloquẽdũ: nec ĩ loco luminoſo morã
dum: ſed ſtatim facta fleubothomia et loco fleu-
bothomato decenter ligato: ſi fleubothomia fue-
rit de brachio teneatur brachium fleubothoma-
tum eleuatum: ⁊ alicui parieti appodiatum per ali
quod tempus. Hoc aũt fit ne ſanguis decurrat ad
locum fleubothomatũ: q2 forte locus apoſtemare
tur. Et tunc ſatis cito ponat ſe ad quieſcendum
ſuper lectum in loco obſcuro / nec aliquo modo

Non eſt dormiendum immediate poſt fleubothomiam.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iaceat ſuper latus vnde facta fuit fleubothomia ⁊ teneat oculos clauſos ⁊ ſolꝰ maneat vſq̃ ad tēpꝰ aliquod ne ſpiritus diſpergātur. Et interdū pareť bucella panis toſti in vino bono: et ſatis cito ante comedat. Et ſi ſtomachus ſit mundus poſſunt exhiberi duo oua recētia ſorbilia / ⁊ deinde comedat cibū ſuum ordinariū. Et in illa die ſit cibꝰ eius ſubtilis ⁊ bonus / ⁊ paucus. Et potus ſit bonū vinum cū pauca aqua / ⁊ ſecurius in die fleubothomie excedere pōt in potu boni vini q̃ȝ in cibo. In die fleubothomie nullo modo exercitetur: ſȝ maneat cum ſocijs ſuis in domo ſua cum gaudio. Illo etiā die nullo modo balneetur: nec aliquo modo coeat: nec dormiat. Nā dormire poſt fleubothomiam cauſat cōfractionē mēbrorū / ⁊ ē cauſa motus ſupfluitatū ad intra verſus aliquod mēbrum nobile. Amplius in ſomno retrahitur ſanguis ⁊ color / ⁊ ſpiritꝰ ad cētrum ⁊ ſic poſſet ratione motus inducti p̱ flebothomiam ⁊ ratione retractionis q̄ fit in ſomno fieri in humoribus ebullitio: ⁊ ſic poſſit fieri febris et apertio vene. Et ſpecialiter quia in ſomno mouentur mēbra hominis motu inordinato ⁊ inopinato / ſcilicet cum quis in ſomno voluitur ⁊ reuoluitur / quod etiam cauſa eſſe poſſit crepationis vene. Sic igitur poſt flebothomiam non eſt dormiendum / et ſpecialiter ante cibum ſed poſt cibuꝫ per duas vel tres horas puto q̄ non eſt magnum periculum: q̇a in tanto ſpacio humores poſſunt eſſe ſufficienter quietati. Securiꝰ eſt tamen non dormire: vel ſi dormiatur ſit valde parum / ⁊ ſit cum bona cuſtodia p̱pter periculum quod imminere poſſet. Et in ſexta

Iſta ſūt prohibēda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

die a die flebothomie poteſt balneareꝛ quinta die coire: ⁊ in quarta die exercitari. Sic igitur flebothomatus tribus dieb⁹ debet eſſe ſine exercitio notabili ⁊ in bono regimine cibi ⁊ potus. Et qꝛ flebothomiam ſequitur ſincopus valde ſepe: ⁊ ſpecialiter in habentibus ſtomachum cholericum ⁊ ſpiritus ſubtiles: bonum eſt ſtatim facta flebothomia fricare extrema et irroꝛare: faciē aqua roſata: aut vino odoꝛifero: ⁊ vocentur pꝛopꝛio nomine: ⁊ aperiatur os eoꝛum cum ligno ⁊ detur bꝛodium galline cum vino ⁊ poteſt dari dyamargariton ⁊ pliris cum muſto: vel zuccarum roſatum. Hec ſufficiant de his que fienda ſunt ante flebothomiam ⁊ i actu Conſequens eſt de ſanguinis inſpectione: ⁊ de diſpoſitione coꝛpoꝛum per ipſum ſanguinem cognitione bꝛeuiſſime pertranſire. Per hoꝛam igitur p⁹ flebothomiam inſpiciendus eſt ſanguis poſtq̄ȝ fuerit coagulatus. Bonum eſt autē vt ſanguis extrahatur in pluribus ſcutellis vt ipſius ſanguis diffoꝛmitas ⁊ diuerſitas poſſit melius a medico denotari. Prima conſideratio eſt circa hoc ꝙ ſi primus ſāguis ſit peioꝛ ſecundo ⁊ tertio: ⁊ ſecūdus peioꝛ tertio ⁊ ſic conſequenter: ⁊ vltimus ſit bonus: ⁊ notabilis bona ⁊ rationabilis ⁊ ſufficiens fuit flebothomia. Et ſi ſit econuerſo ſcilicet ꝙ primus ſit bonus et ſecundus malus non eſt adeo bonuȝ immo ſignū eſt quod adhuc eſt flebothomie vel pharmacie vel vtriuſq̄ȝ neceſſitatis. In flebothomia que fit ad diuertendum vbi locus flebothomatus diſtat a loco infirmo: hoc ſepe contingit ⁊ rationabiliter ſecundus ſanguis eſt peioꝛ pꝛimo: ⁊ eſt ſignum perfecta

De his q̄ fiēda ſūt poſt flōiā Signa.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuerſionis. Sed quanto flebothomia fit ad eua-
cuandum ⁊ ex loco ꝓpinquo morbo: puta ex eadē
parte: tunc primus ſanguis dꝫ eſſe deterior ſecun
do: ⁊ ſecundus tertio. Et ſi oppoſitū contingit ad
huc eſt flebothomie vel pharmacie neceſſitas. Sꝫ
Quinqꝫ ſunt ſubſtantie in ſanguie.
in corporibus ſanis que nimis diſtulerunt flebo-
thomiā ſepe contingit ꝙ primus erit melior ſecun
do: ⁊ tunc iteranda eſt flebothomia ſatis cito. Se
cunda conſideratio eſt circa ſanguinis ſubſtantiā.
Propter quod ſciendum ꝙ in ſanguine flebotho-
mie ſunt quinqꝫ ſubſtantie: ſcꝫ melancholia: phleg
ma ſanguis purus cholera ⁊ aquoſitas vrinalis.
Melancholia enim eſt ſanguis fex ⁊ coloris nigri
et eſt in infimo ſcutelle. Et qñ eſt nimia hui⁹ fecis
ꝗtitas non eſt bonū ſignū. Poſſumus eñ iudicare
talem hominē eſſe triſtem: inuidū: curioſum: auarū
timidum ⁊ puſillanimē. Et talis dꝫ vti mundifican
tibus melancholiā ⁊ multiplicantibus bonum ſan
guinē. Phlegma eſt quoddā albū ⁊ muſcillagino
ſum inſipidum quod eſt quaſi ſimile albumini oui.
Hoc eñ dꝫ eſſe in ſanguine poſt melancholiam et
huius non dꝫ eſſe nimia ꝗtitas. Et ſi ſit talis hūo-
ris nimia quantitas: poſſum⁹ talē iudicare phleg
maticum vel naturaliter vel accidentaliter: ⁊ eſſe
ſomnolentum ⁊ rudē ⁊ pigrū ad actiones et multi
ſputi. De iſto tñ humore plus debet eſſe ꝗ̄ de me-
lancholia. Deinde ſequitur ſanguis purus: cui⁹ co
lor dicitur eſſe purpureus vel rufus vel ſubrufus.
Et huius humoris debet eſſe maior quantitas: cu
ius humoris ſi ſit magna quantitas poſſumus iudi
care talem hominem eſſe ſanguineum ⁊ liberalem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et amicabilem: liberalem ridentem et rubei coloꝛis ſatis audacem atq; benignū. Deinde ſequitur cholera que eſt ſpuma ſanguinis crocei coloꝛis trahētis ad claram ⁊ ſcintillantem rubedinem. Et hūoris huius debet eſſe minoꝛ quantitas q̃ ſanguinis et phlegmaticis: ⁊ maioꝛ q̃ melancholie. Si igiť ſit magna q̃titas: poſſumus iudicare talē hominē eſſe colericum: et per conſequens eſſe hyꝛſutum: fallacē: iracundū et audacē: ꝓdigum ⁊ ad actiōes pꝛomptū: et vigilem et ſubtilem. Et eſt diligenter notandum quod in coꝛpoꝛe de melancolia debet eſſe minimum quia eſt humoꝛ minus confoꝛmis vite: et deinde colera et tertio de fleumate et de ſanguine plus q̃ de alijs. Et ſm quandā eſtimationē veritati ꝓpinquam poteſt dici quod ſanguis ē duplus reſpectu fleumatis: et fleuma duplum reſpectu colere: et colera dupla reſpectu melancolie. Hoc vero ſcire punctualiter ⁊ cum certitudine eſt valde difficile: ⁊ de hoc in alijs perfectius apparebit. Amplius cōſiderare debemus ſubſtantiā aquoſam que ſupernatat in ſanguine coagulato ſicut ſerum in lacte cū coagulatum eſt. Eſt enim ſanguinis ſuperfluitas et colamentū ſicut eſt ſeruꝫ lactis et hec eſt vꝛinalis aquoſitas et apparet ſimilis vrine: et in coloꝛe ⁊ in ſubſtantia ſi ponatur in vꝛinali Et quando talis aquoſitas eſt ſimilis vꝛine hominis ſani: cuius eſt ſanguis: eſt bonum ſignum: et aliter ſanguinis vt liberius non eſt bonum. Et quāto aquoſitas talis perfectius a ſanguine ſegregatur: tanto melius et melioꝛ digeſtio ſanguinis et decoctio in epate ſignificatur: et econuerſo. Hec

De q̃ſtitate.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim aquoſitas debet eſſe in ſanguine ad ſubtiliã-
dum ſubſtantiã ipſius ſanguinis vt liberius et fa-
cilius per venas magnas et paruas ad membra p
uenire valeat. Unde non eſt bonũ ſanguinẽ eſſe pri
uatum totaliter tali aquoſitate vrinali. Nã ex hoc
ſignificatur ſiccitas ⁊ groſſities ſanguinis: ⁊ pau-
cus potus permixtiuus ⁊ delatiuus. Et talis aq̃ſi-
tas minima ſolet eſſe in multũ ieiunantibus ⁊ vigi
lantibus ⁊ in his que vtuntur cibis declinantibus:
ad caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ: ⁊ in his qui multum exer-
citantur ⁊ ſudant: ⁊ ſimiliter in conualeſcentibus.
Amplius non eſt bonũ quod nimia huius aquoſi-
tatis quantitas ſit in ſanguine. Nã ex hoc ſignifica
tur defectus digeſtionis vel rõne ciboꝝ et potuuꝫ
vel rõne mẽbroꝝ ciboꝝ in ſanguine conuerſionem
facere non potẽtiũ ⁊ ſignificatur etiã nimia humi-
ditas ⁊ frigiditas ſanguinis: ⁊ corporis debilitas
Unde habẽtes ſtomachũ frigidũ ⁊ par frigidum ⁊
ſimiliter venas: ⁊ vtentes cibis frigidis ⁊ humidis
et multũ bibentes ⁊ comedẽtes: ⁊ ſpecialiter mul-
tum bibentes ⁊ parum exercitantes: ⁊ non multuꝫ
ieiunantes nec vigilantes conſueuerunt talẽ ha-
bere ſanguinem. Amplius in ſanguine eſt quedam
ſubſtantia carnoſa declinãs ad albedinẽ. Nam ſan
guis incipit de albari in venis ⁊ ſanguinis digeſtio
vlterior vt conuertatur in mẽbra dealbando ꝓce-
dit. Hec digeſtio incipit in venis magnis: ⁊ per ve
nas paruas terminatur finaliter ad mẽbra digeſtio
nis tertie: ſcilicet ad mẽbra exteriora ſolida. Hu-
iuſmodi aũt ſubſtantia quaſi carnea manifeſte ap-
ꝑaret in ſanguine poſt eius digeſtionem et ablutio

De ſub-
ſtãtia car
noſa.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem. Et quāto ſanguis eſt pinguioꝛ vel humidioꝛ et aquoſioꝛ: tanto minus eſt in eadē de huiuſmodi ſubſtantia: ꝛ quanto ſanguis eſt groſſioꝛ: niſi tēpe ramentum excedat: ꝛ minus pinguis ꝛ inaquoſus: tanto plus percipitur talis ſubſtantia. Ex multa igitur quantitate talis ſubſtantie albe bonitas digeſtionis in venis ſignificatur: ꝛ ſanguinis obediētia ad conuerſionem in mēbꝛa. Et ſpecialiter ſi talis ſubſtantia inueniatur tractabilis manibus: nec in ea apparent contenta nigra: nec ad tactū dura: et que digitis fricata quaſi pulueriʒantur. Ex hoc enim ſignificatur ad lepꝛā diſpoſitio pꝛopinqua. Amplius ſi de totius ſubſtātie ſanguinis ebulitionem cū cultello vel ſubtili ligno incide ſanguinem. Si enim non reſtat: ſed faciliter inciſioni obediat ſubtilitas ſanguinis ſignificatur. Et econuerſo ſi difficulter diuidatur ꝛ incidatur: groſſicies ꝛ viſcoſitas indicatur. Viſcoſitas ſanguinis: non eſt ſine dominio aliquali humiditatis: ſʒ groſſicies poteſt eſſe cū dominio ſiccitatis ſanguinis igitur groſſus ſine viſcoſitate non erit glutinoſus nec habet partes adinuicem adherentes ſicut partes cathene. Sed ſanguis viſcoſus eſt glutinoſus: et eius ptes ſibiinuicem adherent ſicut partes cathene. Si aūt ſanguis nullo modo ſuſtineat inciſionem: ꝙuis diuidatur: ſicut apparet in aqua oleo ꝛ ceteris liquoribus que facillime diuiduntur ſed non incidūtur: talis inquā ſanguis eſt nimis ſubtilis ſed talis ſubtilitas meo iudicio arguit indigeſtionem. Et quando ſanguis de facili perfoꝛatur ſatis conueniēter ſed non inciditur tunc arguitur ſanguinis viſcoſi-

Pꝛobatio ſanguinis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tas: et talis ſanguis vt plurimum eſt fleumaticus. Et quando ſanguis eſt groſſus ⁊ nõ viſcoſus. Amplius conſiderandũ eſt circa colorem ſanguinis. Inſpecto igitur ſanguine in ſcutella: ſi ſm aliũ: et alium ſitũ ſcutelle ſanguis appareat alterius ⁊ alterius coloris: ſicut apparet ĩ collo colũbe. Significatur ex hoc inquã humoꝝ maloꝝ diuerſitas cũ quadã ventoſitate eleuante partes ſanguinis: vt lumen facilius intret: ⁊ ſm aliũ: ⁊ aliũ ſitũ ſubĩtrãs aliũ ⁊ aliũ colorem cauſet. Hoc enim arguit humorum maloꝝ diuerſitatẽ cũ quadã ventoſitate. Et qꝛ tales non ſunt veri colores ſanguinis: ideo demum conſiderare debemus verũ colorẽ et fixũ ſanguinis: qui color ſi ſit rubeus: obſcurus primo purpureus bonus eſt: ⁊ arguit bonũ ſanguinẽ. Et ſi color ſit ſcintillantis rubedinis arguit dominiũ colere: ⁊ ſimiliter ſi ſit croceus: ⁊ ſi ſit ſpumoſus arguit ventoſitas. Et ſi ſit cinericius vel albus vel liuidꝰ: poteſt argui frigiditas et fleumatis dominium: et ſpecialiter ſi cũ hoc ſanguis fuerit viſcoſus et cetera particularia arguentia dominiũ fleumatis concurrunt. Iſti etiã colores poſſunt ꝑuenire ex aduſtione: ſicut patet in extenuatis et diſpoſitis ad lepram. Color viridis etiã atteſtatur aduſtioni ⁊ ſpecialiter colore. Color niger atteſtatur melancolie: vel per viam aduſtionis vel naturali. Amplius cõſiderare debemus ſanguinis saporem ſi placet qui debet eſſe dulcis. Si igitur ſit inſipidus arguit dominium fleumatis ſi ſit amarus dominium colere/ ſi ponticus vel acetoſus: dominium melancolie vel fleumatis acetoſi. Et ſi ſapor ſit ſalſus: arguit adu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtionem in humoribus. Amplius conſiderandum eſt ſanguinis odor. Nam ſi bona odoris et delectabilis eſt / bonum ſignum eſt et boni ſanguinis. Et ſi odor ſit fetidus / eſt magna putrefactio in humoribus. Amplius conſiderare debemus ſi ſanguis per fleubothomiam / extractus cito coaguletur. vel tarde. Si enim cito coaguletur / nimia ſanguinis groſſicies ſignificatur. Et ſi tarde nimia ſubtilitas et indigeſtio ſignificatur. Et ſi mediocriter mediocritas ſubſtantie denotatur. Hec ſufficiant de conſiderationibus habendis circa fleubothomiam. De his autem que ſumuntur ex parte egritudinum et accidentium non eſt hic locus loquendi / quia habent videri in curis egritudinum et accidentium. In hoc igitur negocio aliud tempus apponetur. De ſapo reſãguis

¶ Capitulum ſecundum de ventoſis.

Quoniam ſani minus vtuntur ventoſis quam fleubothomia / ideo de ventoſis breuiter eſt pertranſeundum. Circa igitur ventoſationez ſimul te cadunt conſiderationes. Prima conſideratio eſt de vtilitatibus ventoſarum. Sciendum quod duplex eſt modus ventoſandi. Unus ſine ſcarificatione ſiue carnis inciſione / et alius cum carnis inciſione ſiue ſcarificatione ventoſa. Uentoſa aũt in fronte poſita ſine ſcarificatione fit interdum ad diuertendum ſanguinem ab alio loco ne euacuetur immoderate / ſicut verbigratia in immodera-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

to fluxū menſtruoꝝ apponatur vētoſa ſub mamil=
lis ad ſanguinē diuertentiū. Amplius fit interduꝫ
ad attrahendū. Verbigratia ſi apoſtema ſit pꝛofū
dum apponatur ventoſa ſupꝛa locū apoſtematum
vt materia apoſtematis trahatur ad extra vt me=
dicaminū virtus poſſit melius ad materiā illā per=
uenire. Amplius interdū fit vētoſa vt apoſtematū
materia mutetur de loco nobili ad minus nobileꝫ
Amplius interdum fit ſine ſcarificatione: vt mem=
bꝛum ventoſatum calefiat: ⁊ ſanguis ad ipſum tra
hatur: vt eius ventoſitates remoueantur. Ampliꝰ
interdū fit talis vētoſa vt mēbꝛū reducat ad ſuum
naturalē locū a quo fuit remotū: ſicut fit in ruptu=
ra inguinis. Aliqñ fit ad ſedendū doloꝛē: ſicut ī do
loꝛe matricis ⁊ colica vētoſe fiunt ſine ſcarificatio
ne. Fiunt aūt vētoſe cū ſcarificatione ꝓpter duo.
Pꝛimo quidē ad euacuandū de venis magnis quā
uis non immediate ⁊ vētoſe hmōi poſite ſunt ī cru
ribus ⁊ inter ſpatulas. Sꝫ ſanguine exiſtente groſ
ſo tales vētoſe parū valēt: niſi pꝛecedāt ſubtilian=
tia ⁊ ab intra per cibos ⁊ medicinas ⁊ ab extra per
fricationem ⁊ balneū. Vētoſa aūt in fronte poſita
valde: pōt conferre doloꝛis partis poſterioꝛis ca=
pitis: ⁊ ad alias egritudines ad quas valet fleubo
thomia vene frontis: ſꝫ impedit rationē ⁊ intelle=
ctū. Ampliꝰ tales vētoſe maxime fiūt ad euacuan
dū ſanguinē ſubtilē q̄ eſt ꝓpe cutē. Unde in his q̄=
bus nō audemꝰ facere fleubothomiā: vel ꝓpter e=
tatem: vel virtutē: aut ꝯſuetudinē debemus face=
re ventoſas: ⁊ pōt fieri talis vētoſitatis cū magna
ſcarificatiōe ⁊ pua. Magna quidē cū fit ad euacuā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dum a toto corpore: ⁊ cũ parua cũ ſit ad euacuan-
dũ a venis capillarib⁹: et ab aliquo mẽbro ſpecia-
li. Et quãto ſanguis eſt ꝓfundior et groſſior tãto
debet eſſe maior ſcarpellatio. Et quãto ſubtilior
⁊ min⁹ ꝓfundior: tãto fiat minor ſcarpellatio. Et
ſcias ꝙ infans primo anno nullo modo debet vẽ-
toſari: ſed in ſcd̃o vel tertio: ⁊ ſic deiceps poteſt vẽ
toſari. Et dicũt quidã ꝙ poſt ſexaginta annos nõ
ventoſetur. Dicũt quidã ꝙ ventoſa nõ debet fieri ĩ
nouilunio: nec in fine lune: ſed luna exiſtẽte in ma-
gno lumine: et debet fieri hora die ſecũda vel ter-
tia. Et poſt horã vnã vẽtoſationis detur cibus.
Et qr vẽtoſa ⁊ fleubothomia in multis conueni-
unt: ⁊ ſpecialiter vẽtoſa que fit ad euacuãduz / tũc
reducẽde ſunt ad memoriã multe conſiderationes
ſuperius dicte ſunt de fleubothomia. Sic igitur
patet ꝓpter quas cauſas fit vẽtoſa. Secunda con
ſideratio circa ventoſas eſt ſcire loca in quibus vẽ
toſe cõmuniter poni conſueuerunt. Sciendum igi
tur ꝙ ventoſe apponi conſueuerunt ſuper caput: ⁊
in fronte: ⁊ in mento: et in parte poſteriori colli / et
inter duo cornua in principio mice. Et conſueue-
runt poni ſub collo ſupra nucam: et retro in parte
que opponitur cordi et ſtomacho. Et conſueuerũt
poni ſupra renes: et in cruribus: ſcilicet in parte an
teriori et poſteriori domeſtica ⁊ ſilueſtri. Conſue-
uerunt etiam apponi in loco cauillarum. Ad quid
autem horum locoꝝ ventoſe deſeruiant: dicenduz
eſt conſequẽter. Quidam dicunt ꝙ ventoſe poſito
ſuper caput conferũt amentie et ſcothomie: et tar
dant caniciem. Hoc tamen non eſt vniuerſaliter re

In q̃bus locis ap-plicat̃ vẽtoſa.

Sup ca-put.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cipiendum pro vero: immo potius in quibuſdam corporibus accelerant canos: et intellectum impediunt. Sed conferunt egritudinibus oculorum: puta ſcabiei: et bothor egreſſioni vuee. Sed intellectum impediunt ⁊ faciunt hereditare ſtuporem et obliuionem. Igitur in ſanitatis regimine nullo modo ventoſanda eſt ſummitas capitis. Ventoſa autem in fronte poſita valde poteſt conferre dolori partis poſterioris capitis et ad alias egritudines ad quas valet flobothomia vene frōtis: ſed impedit rationem et intellectum. Unde non eſt in ſanitatis regimine facienda. Ventoſa ſub mento confert paruis puſtulis que fiunt in ore: et egritudini dentium et gingiuarum et multum debent iuuare in mundificatione faciei et cutis capitis. Ventoſa que ponitur inter cornua occipitij valet grauedini et vacuitati que eſt in capite: et caput ⁊ faciem alleuiat: et doloribus qui ſunt in radicibus dentiū ⁊ gingiuarum auxilliatur: et eſt mirabilis in tumore faciei. Tales autem ventoſe que ponuntur in pᷓte poſteriori ⁊ ſupra nucam debilitant memoriam Unde non debent fieri: niſi imminente neceſſitate: nec aſſueſcendum eſt ad eas. Ventoſe que ponuntur inter ſpatulas valent egritudinibus pectoris ſanguineis: ⁊ aſmati ⁊ ſpaſmo ſanguineo. Sed ſtomachum debilitant: ⁊ poſſunt eſſe cauſa tremoris cordis alterius quam ſanguinei. Ventoſe renibus ſuperpoſite valent apoſtematibus coxarum: ⁊ ſcabiei earum: et emorroydibus: et podagre: ⁊ pruritui dorſi: ⁊ ventoſitatibus matricis: et veſice. Ventoſe in cruribus maxime competunt in ſanitatis re

In frōte

Sub mē to.

Int ſpatulas.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gimine loco fleubothomie: quia maxime repletionem diminuunt: et plus omnibus aliis ventoſis. Et tales ventoſe maxime valent doloribus matricis antiquis: ⁊ doloribus renum et veſice et menſtrua provocāt: ⁊ poſite in parte anteriori valent in apoſtematibus teſticulorum: et vulneribus coxarum et cruriū. Et poſite in parte poteriori valēt i apoſtematibus et exituris que fiunt in natibus. Ventoſe que ponuntur in cauillis pedum conferunt ad eadem ad que confert illarum venarum fleubothomia: pota prohibitionem menſtruorum ⁊ ſciatice ⁊ podagre. In pedibus.

## Capitulum tertium De ſanguiſugis.

Conſequenter eſt dicere de ſanguiſugis. Circa quas cadunt quinqȝ conſiderationes. Prima eſt de earum electione ſecunda de earum virtute. Tertia de ipſarum preparatione anteq̄ȝ applicentur. Quarta de ipſarum applicatione. Quinta de ipſarum remotione. Poteſt addi conſideratio. Sexta de his que fiunt poſt ipſarum remotionem. Propter primam ſciendum q͗ debent eligi ſanguiſuge de aquis mundis currētibus et participantibus laudabilibus conditionibus aquarum bonarum ſuperius enumeratis in primo capitulo ſecūde partis: et in capitulo de balneis: et in capitulo de regimine ſanitatis. Et ſunt aque in quibus reperiuntur rane munde q̄uis quidaȝ aſſerant oppoſitū hui⁹. Ampli⁹ ſanguiſuga dȝ Electio ſanguiſugarum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſſe ſubtilis ſicut cauda muris parui capitis nõ co
loris viridis: nec nigri: nec alteri⁹ mali coloris nec
ſuper eas debent eſſe fila coloris azuli Eligantur
rufe quaſi coloris epatis vel habentes ventres ru
beos et dorſum coloris ſimilis rei ſuper quam exi-
ſtit viriditas et non ſit ſimpliciter viridis. Si eniz
ſint magne et magni capitis et coloris nigri et di-
uerſorum colorum et ſint ex aquis frigidis flanti-
bus in quibus reperiuntur animalia venenoſa. Ta
les inq̃ ſunt venenoſe et ex eis inq̃ cõtingere con
ſueuit ſincopis et apoſtemata mala ſanguinis flu-
xus et febris et mẽbrorum laxitas ⁊ vlcera fraudu
lenta. Propter ſcdam ſciẽdũ ꝙ ſicut ꝑ fleubotho-
miã ⁊ vẽtoſas euacuat plenitudo toti⁹ mẽbri par
ticularis: ſic etiã ꝑ ſanguiſugas. Verũ eſt tñ ꝙ fleu
bothomia euacuat magis profundo q̃ ſanguiſu-
ga et ventoſa; et ſimiliter ſanguiſuga attrahit ſan
guinem a magis profundo q̃ ventoſa. Nam attra
ctio que fit per vẽtoſam eſt a calido ⁊ a vacuo. Sz
attractio que fit per ſanguiſugam eſt a virtute ani
me et tota ſpecie cum ſpiritu et calore: et ideo at
tractio eſt fortior: quia etiam attractum maiorem
habet conuenientiam cum attrahente: maiorẽ eñi
conuenientiam habet ſanguis attractus cum ſan-
guiſuga q̃ cum ventoſa. Si igitur ſanguiſuga eſt
conuenientior ad euacuandum plenitudinem et ſi
militer a profundo q̃ ventoſa. Et eſt diligenter no
tandum ꝙ dicunt quidam ꝙ ſanguiſuga attrahit
bonum ſanguinem et non malũ: ⁊ ſcdm hanc viam
nõ cõpetunt niſi in ſanguinis multitudine ⁊ non in
ſanguinis corruptione. Sed iſtorũ opinioni nõ cõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſentio: qꝛ ſapientum dictis nõ cõcoꝛdat. Mouerũt
eñ ſapientes ꝙ ſanſuguiſuga valet in moꝛphea et
in impetigine et in ſerpigine quod nullo modo eſ-
ſet ſi attraheret ſanguinẽ bonũ et relinqueret ma-
lum. Sic enim plus noceret ꝙ̃ pꝛodeſſet. Unde pu
to ſaluo melioꝛi iudicio ꝙ ſanguiſuga plꝰ euacuat
malũ ſanguinẽ ⁊ coꝛruptũ et attrahit ꝙ̃ bonũ ꝓpꝛo
pter duo. Pꝛimum quidẽ quia natura coꝛpoꝛis re
tinet bonũ et dimittit malum quo non indiget. Se
cundo quia malus ſanguis eſt pꝛopoꝛtionabilioꝛ
ſanguiſuge ꝙ̃ bonus. Non enim rationabile ꝙ ſan
guis qui habet ſimilitudinẽ et pꝛopoꝛtionẽ in tota
ſpecie cum membꝛo noſtri coꝛpoꝛis habeat pꝛopoꝛ
tionem et ſimilitudinem cum ſanguiſuga: quia ſan
guiſuga eſt multũ diſtans a coꝛpoꝛe noſtro ſed ra-
tionabilius eſt ꝙ malus ſanguis et coꝛruptus qui
nullam habet pꝛopoꝛtionem cũ membꝛis coꝛpoꝛis
noſtri vel paucam habet pꝛopoꝛtionem cũ ſangui
ſuga et ſic ſanguiſuga attrahit malum ſanguinem
qui eſt magis ei pꝛopoꝛtionatus ⁊ relinquit bonũ.
In omnibus igitur egritudinibus ſubcutaneis ꝗ
ſunt de ſanguine coꝛrupto multũ valent ſanguiſu
ge ⁊ plus ꝙ̃ ventoſa. Nam ventoſa attrahit indif
ferenter bonum et malum ſanguinem ⁊ ſanguiſu-
ga non. Sed eligit malum ſibi conuenientioꝛẽ reli
quendo bonũ. Pꝛopter tertiã ſciendũ eſt ꝙ anteꝙ̃
applicentur debent ſeruari ꝑ vnũ diem ⁊ pꝛocure-
tur ꝙ euomant per conſtrictionem ſicꝰ ꝙ emittant
quod eſt in eoꝛum ventribus et parum ſanguinis
agni vel anatis pꝛoijciatur et inde nutriantur ⁊ de
inde earũ immũdicies cũ ſpõgia vel cũ pãno aspe

In q̃bus egritudinibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ro remouetur. Propter quartam ſciendum ꝙ quā do volumꝰ applicare ſanguiſugas in loco: ante fricetur locus et fomentetur intantum ꝙ rubeat et pori aperiantur et ſanguis ſubtilietur et deinde ꝓiſciatur ſanguiſuga in aqua dulci et mundetur et loco applicetur. Et ſi applicari noluerit inūgatur locus cum aliquantulo ſanguinis agni vel luti aq̄ in qua morari conſueuit et permittatur attrahere ſanguinem quouſqꝫ appareant vene plene. Propter quintam ſciendum ꝙ quando volumus eas remouere a membro cui ſunt applicate: hoc poteſt fieri cum ſeta caude equi: aut cuꝫ aceto tepido aut cum aqua ſalſa aut ligno aloes: et demum abluatur locus cum vino puro ⁊ melle et ſecurius eſt ꝙ apponatur ventoſa ſuper locum ⁊ ſi forte ſanguinis fluxus non ceſſaret aſpergatur locus gallis cō buſtis et maſtice ⁊ ſanguine draconis et ſimilibus.

De caſu.

¶ Capitulum quartum de cauteriis.

Quia homines ſani raro vtuntur cauteriis ⁊ tamen vtuntur eis interdum propter operis complementum addemus hic vnum capitulum breue de cauterijs que tamen ſpectant ad regimen ſanitatis. Cum quibus autem et quomodo fiant cauteria ⁊ ſectiones non eſt hic dicendum: hoc enim eſt cirurgicorum opus. Nolumꝰ etiam hic enumerare omnes egritudines in quarū cura competunt cauteria vel ſectiones. Nolumus etiam hic enumerare omnia loca que cauteriſari conſueuerunt: ſed ſolum dicemus generales cautelas et vtilitates cauteriorum: et quedam generalis in cauterijs obſeruanda. Sciendum igitur ꝙ

Vtilitates cauterij.

multis cauteriſatio valde vtilis eſt in exſiccando humores ⁊ in attrahendo eos a remotis et profun do ad prohibandum ne corruptio aſpergatur ad confortandum membrum cuius complexionem vo lumus rectificare et ad reſoluendum materias cor ruptas in membro retentas. Amplius cauteriſatio valet ad retinendum ſanguinis fluxum. Et quan do cauterium fit ad hãc intentionem vltimam cau teriſatio debet eſſe profundior et fortior: quia ſi eſ ſent debilis faciens cruſtam que poſtea ſatis cito caderet eſſet error peior priore. Nam ſequeretur fluxus ſanguinis peior: et incurabilior priore. Ho mines igitur in latitudine ſanitatis exiſtentes qui tamen ſunt parati cadere in egritudines membro rum exteriorum contingentes et humoribus cor ruptis debent vti cauterijs ſicut verbigratia ad le pram ⁊ ad guttam roſaceam faciei: et vniuerſali ter ad egritudines deturpantes faciez propter hu miditates corruptas in cerebro retentas que non habent ſpiraculum: nam tales humiditates deſcen dunt ad faciem et ad totum corpus: et cauſant le pram: talibus inquã ad preſeruandum: et ſimiliter ad curandũ cauterizatio eſt bene vtilis. Et ſi ante ꝙ materia deſcẽderit: cauterizatio fiat in quatuor quartis capitis quouſ cauterizatio perueniat ad os cranei multuz eſt vtilis vt humiditates corru pte euentationẽ habeant ⁊ ſpiraculũ: ⁊ ad cetera mẽbra corporis: et ſimiliter ad faciem nõ decurrãt ſed talis cauterizatio inquãtũ peruenit ad craneuz multum ſubtiliter eſt fienda ne cerebrum ebulliat ⁊ pia mater / et dura ledatur / et ſic error nouiſſi

In qbus morbis confert cauterizatio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mus priore peior. Et omnia iſta cauteria in capite facta preſeruant et curant ab omnibus egritudinibus cauſatis vel cauſari poſſibilibus per viaƺ reumatis deſcendentis a capite: ⁊ ſic preſeruant ab vlcere pulmonis tuſſi aſmate ⁊ ſquinātia et vniuerſaliter ab alijs egritudinibusquarū mater poteſt eſſe reuma deſcendēs a capite: ⁊ ſpecialiter ſi humores ſint valde corrupti ⁊ in cerebro coartari. Et ſicut dictuƺ eſt de humoribus corruptis in cerebro / ⁊ in capite coartatis qui per cauteria capitis mundificantur et deſiccantur ſic ſuo modo intelligendū eſt de alijs mēbris corporis. Nā in quocunqƺ membro corporis ſint tales humores corrupti per taliū mēbroruƺ cauterizationē: mundificātur ⁊ deſiccātur: ⁊ membrū illud purificatur. Unde ſi tales humiditates corrupte ſint coartate in ſplene / vel epate / aut ſtomacho vel pectore ſuper mēbris illis fiant cauteria. Et ſimiliter intelligatur ſi humiditates corrupte fuerint coartate in iuncturis. Fiāt enim cauteria in circuitu iūcture. Sic igitur patēt tales vtilitates cauterioꝝ. Nunc reſtat ponere quaſdam regulas obſeruandas in cauterijs. Prima ꝙ nunqƺ fiat cauterium / niſi corpore prius mundificato per farmaciā / vel fleubothomiam vel per vtrūqƺ iſtoꝝ ſicut medico videtur expedire. Secūda regula obſeruanda eſt ꝙ quando cauterium fit ad euacuandum detineatur cauteriū apertū ſed quando fit ad retinendum ſanguinem locus cauterizatus non teneatur apertus. Tertia regula ꝙ cauteriuƺ qđ fit ad euacuandum ad minus teneatur apertum quadraginta dies ⁊ quolibet die mūdificet locus ſemel

Regimē obſeruā / dū i cauterizanti bus.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vel bis ſm ꝙ plus vel minus de ipſo euacuatur: et ſecundũ ꝙ materia eſt plus vel minus corrupta. Interdum lauetur locus cum decoctione foliorum edere terreſtris ⁊ arboree: vt locus cauterizatꝰ nõ feteat. Quinta regula eſt ꝙ non fiant cauteria in infantibus vel valde ſenibus. In infantibus quidẽ ꝓpter membrorum nimiã molliciẽ. In ſenibus autem ꝓpter nimiã mẽbroꝝ ſiccitatẽ. In his etiam etatibus mẽbra ſunt debilia: non potentia bene ſuſtinere cauteria. Quarta regula eſt ꝙ non fiãt cauteria in tẽporibus valde calidis: nec frigidis: nec ſiccis. Sexta regula eſt ꝙ non fiant ſuper muſculos ⁊ lacertos: ſed in fine vel in principio muſculorum. Septima regula ꝙ interdum fiant ſuper mẽbrum mandans: interdum ſuper membrum per qḋ tanꝗ̃ per medium mandatur: ⁊ interdum fiant ſuꝑ membrũ cui mandatur. Verbigratia. Si materia exiſtens in cerebro reumatizaret ad oculos per arterias ⁊ venas corpoꝝ anteꝗ̃ materia fluat fiant cauteria ſuper caput: ⁊ cum actu fluit: fiant cauteria in temporibus. Sed cũ tota materia fluxa fuerit ad lachrymale: oculi fiant in lachrymali. Interdum fiant cauteria ſub membro ad quod fluit materia. Verbigratia. Si materia fluat ad faciẽ poteſt fieri cauterium ſub mento ad mundificandum faciem. Octaua regula obſeruanda in cauterijs: eſt ꝙ cauteria q̃ fiunt ſub genibus ſunt vtiliora ad mundificandum totum corpus ⁊ humiditates corruptas a toto corpore. Vñ talia cauteria ſatis deberẽt eẽ vtilia i cura lepre: ⁊ morphee: ⁊ ſic de alijs. Hoc ego fui expertꝰ in vno ⁊ ꝑ̃ncipibꝰ huiꝰ mũdi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Capitulum quintum de farmacia.

ET interdum ventris ſolutio quibuſdã homi-
nibus multum cõpetit in regimine ſanitatis:
ſcilicet ad preſeruandũ ab egritudinibus materia
libus ex humorũ corruptione. Eſt em̃ poſſibile q̃d
laxatiua aut farmaca medicina corpus mundifice
tur ab humore qui generari conſueuit ex negligen
tiam diete et corporis diſcraſia: vel naturali: vł ac
cidentali. Nã quantũcũq; aliquis ſit bone ꝯplexio
nis ꝑpter nutrientia ſilueſtria: in ſe multiplicabit
malos humores: a quibus ſi non mundificetur cor-
pus grauabitur. Et ſimiliter quantũcũq; aliq̃s fue
rit boni regiminis: tamen ꝑpter maliciam cõple-
xionis: ⁊ debilitatis membroꝝ: ⁊ ſpirituũ ⁊ virtutũ
multiplicabuntur in corpore mali humores: puta
colera: fleuma vel melancolia: ex quorũ purgatio-
ne preſeruabitur corpus ab egritudine. Utentes
igitur malo regimine: ⁊ qui ſunt male cõplexionis
et non ſunt infantes: neq; decrepiti: ⁊ habẽtes ſto-
machum ⁊ viſcera fortia: habẽteſq; corpus ma-
gnum ⁊ pingue ⁊ ſunt guloſi: ⁊ multũ comedũt fru
ctus: et parum exercitantur: ⁊ non multuꝫ aſſellãt
nec ſudant: nec coeunt: tales ſunt maxime farma-
candi. Et ſi non euacuantur: non euadent qui ca-
dent in peſſimas egritudines. Et hoꝝ oppoſiti in
conditionib⁹ enumeratis: minime ſunt apti ad me
dicinam laxatiuã. Et ſpecialiter ſi venter eorũ ſit
ſolubilis: et ſint apti ad diſſinteriã vel lienteriã. Et
ſimiliter ſi eorum corpus ſit ſiccum. In talibus em̃
medicine laxatiue ſepius ſumpte corpus debilitãt
et ethycam et ptiſim adducunt. Et eſt diligenter

Iſti ſunt iar acã di.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

notandum quod antequam medicina laxatiua ſuma- tur preparandum eſt corpus ad eam: et humores ſunt digerendi et preparandi vt humores obediāt euacuationi. Qui enim conatur materiam indige ſtam euacuare: ipſam non euacuat: ſed ſana mem- bra debilitat et morbo reſiſtentia. Corpus igitur preparandum eſt cum nutrimentis mollificatiuis: et vnctuoſis et venarum apertiuis: et partiendus eſt cibus. Et vt ſit ad vnum dicere corpus eſt pre- molliendum: et humectandum nutrimēto plurimo balneo et requie. Et ſimiliter ſi materia ſit groſſa et viſcoſa ſubtilianda eſt et incidenda: et ſi ſit ni- mis ſubtilis et calida aliqualiter eſt ingroſſanda. Uerum eſt quod materia exiſtente furioſa: ſiue ſit furioſa ratione mobilitatis materie: vel ratiōe ma licie: ſiue ratione membri et loci: ſiue ratione quan titatis et qualitatis: ſiue ratione accidentis indu- cti per talem materiam: non debet expectari dige ſtio. Amplius obſeruandū eſt ne quis recipiat me- dicinam laxatiuam in temporibus calidis valde / nec frigidis: valde ſed in temperatis: vt in vere vel autumno. Tempus etiam humidum conuenientius eſt ad medicinam laxatiuam. Multum conſideran dum eſt quod luna non ſit in leone: et quod leo non ſit aſcendens: et vniuerſaliter quod luna non ſit in ſi- gno fixo. Si igitur luna in ſigno mobili et frigido et humido. Unde inter omnia ſigna mihi videtur quod cancer eſt conuenientius ſignum ad farma- ciam: et deinde piſcis. Hec enim ſigna non ſunt fi- xa: et ſunt aquatica / frigida et humida. Scorpio eſt ſignum conueniens: quia aquaticum frigidum

In quo tpe ſit far macādum De luna



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et humidum: ſed eſt ſignū fixum. Multū etiã con ſiderandū eſt ꝙ luna non ſit cōiuncta ioui: nec cor poraliter: nec per aſpectū: et ꝙ etiã non ſit coniū cta ſaturno. Nã coniunctio cū ioue debilitat virtu tem medicine: et fortificat virtutem naturalē cor poris. Medicina autē laxatiua non euacuat hūo rem: niſi ſuperando virtutes naturales corporis. Amplius coniunctio cū ſaturno immobilitat hu mores: et ſic īpedit operationē farmacie. Amplius conſiderandū eſt quod quedã medicine ſunt: ſup quibus poſtꝙ̄ ſumpte ſunt multū eſt dormiendū ſicut fortes medicini que ſumuntur in ſubſtātia pil lulata. Alie ſunt ſuper quibus non tantum eſt dor miendum: ſicut ſunt medicine nō ita fortes: que ſu muntur per modū electuarij. Et alie ſunt ſuper q̄ bus parum vel eſt nihil dormiendū: cuiuſmodi ſunt debiles medicine valde et que recipiuntur in cola tura. Medicine igitur que recipiuntur in ſubſtan tia pillulata recipiantur de ſero: et ſuperdormiat tota nocte. Multū autē conſiderandū eſt ꝙ pillu le non ſint indurate et petrificate: nec etiā ſint ni mis molles: ſed ſint ſiccate de nouo. Medicine au tem que ſumūtur per modū electuariorū recipi de bent in media nocte: et ſuperdormiatur vſqꝫ ad diē Et que recipiuntur in colatura recipi debēt in au rora: et parum vel nihil eſt ſuperdormiendum: vel ſtatim eſt ambulandū: ſed quieſcendū: qꝛ ſcimus ꝙ medicina quantūcūqꝫ ſit debilis nō operatur in humore: niſi primitus natura in eã egerit: reducē do de potētia ad actū. Et ideo quieſcendū eſt ſup eam ſumptā quouſqꝫ appropinquet tēpus opera

In q̄ hora medicina ſit accipiēda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionis: et tunc mouendū eſt corpus hincinde: laborioſe: nec in loco valde calido: nec frigido valde. Si enim vis ducere ellebor moue corpus: nec dormiatur aliquo modo donec medicina ſuaꝫ perfecerit operationem q2 ſomnus retinet fortes euacuationes. Et ſil'r medicina ſumpta nihil eſt comedendum donec bibenduꝫ: nec medicina cōpleuerit ſuā operationem. Sunt tñ quidā debilis nature ꝛ rare compoſitionis: qui non pñt eſſe ſine cibo quouſqꝫ medicina ſuā perficiat operationē: ꝛ iſti debēt ante hauſtum medicine comedere aliquid ſubtile leue facilis digeſtionis. Et tales etiam poſtqꝫ medicina incipit operari poſſunt comedere aliquid ſubtile ſtipticum: quod ſtomachum confortet ꝛ medicinam ad inferiora deponat. Sed ſi neceſſitas non cogat cibus et potus totaliter dimittanſ quouſqꝫ medicina perfecerit operationem. Scimꝰ autem medicinā ſuā compleuiſſe operationem ex eo quod videmus mutationem in egeſtionibus ad humorem cui medicina exhibita non eſt appropriata: tunc enim ſignum eſt qꝫ medicina perficit opus ſuum et tunc poteſt farmacatus cibari. Amplius eſt aliud ſignuꝫ ſcilicet qꝫ medicina exhibita apparet in egeſtionibus. Nā poſtqꝫ medicina ſufficienter eſt operata natura eam emittit et tunc farmacatus comedat / bibat / et quieſcat. Tertiuꝫ ſignuꝫ eſt ſitis quam ſcimus non euenire nec ex acuitate medicine nec humoris nec ex complexione ſtomachi. Si igitur medicina non ſit acuta nec etiā hūores in corpore qui debent euacuari ſunt multū calidi nec etiā farmacatus ſit naturaliter ſitibundus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tunc quidē ſatis pꝫ farmacati operatio. Vñ ſignū eſt purgationis ſufficiētis. Sꝫ poſtq̄ perceperim⁹ farmacū appropinquare ad opationis terminum bonū eſt ꝙ farmacat⁹ bibat aliq̄d lubricatiuū lauatiuum: ⁊ ſitis ſedatiuuꝫ: ⁊ medicine repreſſiuū ⁊ expulſiuū: ⁊ hmōi eſt aqua ordei calidiſſima: hec eniꝫ eſt lauatiua: et medicine repreſſiua ⁊ lubrica. Et poſt horā diei comedat cibū ſubtilem facilis digeſtionis: ⁊ vinū limphatū bibat calidū nihil em̄ ſuſcipiat actu frigidū: ⁊ dimittat illa die oēs fructus: ⁊ ſpecialiter frigidos ⁊ hūidos laxatiuos. Et ſpecialiter ante cibū: ⁊ p̄cipue crudos debilitātes ſtomachum. Et ſi medicina fuerit multū acuta ⁊ farmacatus multū cōplexionis calide: ⁊ tēpus calidum nullo modo bibatur vinum: ſed loco vini bibatur mellicratū: vel aqua ſcilicet zuccarata vel bibatur aqua cocta in vino pauciſſimo vel debiliſſimo alterata. Et eſt diligenter notandū quod ſi q̄s fuerit farmacatus vehementer purgatus et forte timeatus vlteriorē purgationē nullo modo bibendū eſt mellicratū/ nec aqua zuccarata nec ſimilia aque vētrem laxare poſſent ſed bibi dꝫ citus citoniorꝫ inſpiſſatus per decoctionē cū aqua ferrata vel aliquod ſimile. Interdū aūt contingit quod medicina exhibita nō euacuat: vel qꝛ medicina eſt debilis vel qꝛ corp⁹ eſt debile vel qꝛ vētoſitas groſſa ē in ſtomacho q̄ ſubleuat corp⁹ medicine vel qꝛ vie inteſtinorꝫ ſunt opilate. Si igit̄ videam⁹ medicinam nō opari: qꝛ virt⁹ eſt debilis cōfortāda eſt cū cibo ſubtili lubrico ⁊ poſtea exhibeat̄ aqua nō multum frigida. Si aūt medicina ſit debilis dem⁹ aquam

Regimē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

frigidā nō nimij frigoris ꝛ deinde dabim⁹ aliq̄ cō-
preſſiua pōtica ſicut citonia pira. Hec enim medi
cinā ad inferiora deponūt. Si aūt ventoſitas ſit
in cauſa vel cōſtipatio inteſtinoꝝ cliſteria ſunt cō
petens medicina ꝛ diſſoluētia vētoſitatē. Si aūt
medicina exhibita nō opereť et declinet ad ſupio-
ra et generet morſuꝫ cordis ꝛ anguſtiā ꝛ eſtuatio-
nem et prefocationē ꝛ motū ſpaſmoſuꝫ ꝓuocand⁹
eſt vomitus. Et ſi viderimus quod declinat ad in
feriora nō premittātur cliſteria fortia attractiua.
Ampli⁹ taliū medicinaꝝ maliciā corrigit pot⁹ aq̄
vehemēter frigide ꝛ balneatio in ea ꝓpter hoc qđ
frangit acuitatē medicine ꝛ inflāmationē ꝛ remo-
uet ferocitatē medicine. Etiā ad hoc cōferunt ty
riace ſpecies q2 tales medicine ſunt de genere vene
noſorū. Sed ſuper oīa quando medicina non eua-
cuati cōfide in clyſteriū bñficijs. Si aūt cū his om-
nibus medicina ſumpta nō fuerit a corpore expul
ſa ꝛ accidētia mala multiplicētur ꝛ medicina ꝛ ma
teria moueať ad ſuperi⁹ fienda eſt fleubothomia
de ſophena ꝛ poſt de baſilica. Uomitus aūt magis
ꝓuocādi ſunt qñ medicina generat cordis morſuꝫ
et nauſeā ꝛ facit ſingultū ꝛ prefocationeꝫ. Nec tñ
contēnenda ſunt clyſteria. In hoc eñ remedio cō
fiſus ſum vſqꝫ ad nūc ꝛ bonū effectū inueni. Inter
dum etiā contingit ꝙ medicina farmaca exhibita
euacuat plus ꝙ̄ oportet: et tunc ſtudendū eſt pri-
mo vt medicina a corpore expellatur. Ampli⁹ vt
inteſtina confortentur ad retinendum. Tertio ſtu
dendū eſt etiā vt materia diuertať. Quarto vt to
tū corp⁹ ꝛ ſpecialiter cor et cetera membra prin-

Correctio medicinarum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cipalia confortētur. Quinto etiā in caſu forti exhibenda ſunt ſtupefaciātia ꝛ materiā congelantia Dico igitur p̄mo ꝙ ſi videamus medicinā ſeceſſiuam adhuc in corpore manere ꝛ corporaliter ꝛ virtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxatiua virtutem medicine debilitantia ꝛ corp⁹ medicine a corpore expellentia quoꝝ vnū ꝛ optimū eſt aqua ordei calidiſſima cū mucillagine pſilij vel citoniorū in potu exhibita. Hec eñ faciūt virtutē medicine debilitari ꝛ ipſam a corpore expellunt ꝛ ita intelligitur in alijs. Hoc autē remediū eſt bonū ſi videamus talē euacuationē ſuperfluam eſſe ex virtutis medicine fortitudine. Ampli⁹ dico ſecundo ꝙ virtus contentiua inteſtinorū in tali caſu eſt confortanda: poſſibile eſt enim talem ſuperfluā euacuationem eſſe non ꝑpter medicine fortitudinem ſed ꝑpter contentiue inteſtinoꝝ debilitatem. Contentiua autē ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ confortatur cū ſtipticis ꝛ ab'itra et extra. Ab intra aūt et carne citoniorū aromatizata vel nō aromatizata: ꝛ ab extra cum oleo roſato vel maſticino vł mirtino. Ampli⁹ dico tertio ꝙ eſt ſtudendum in diuerſione materie verbigratia poſſibile ē ꝙ materia ad itestina fluat ab omnibus membris ꝛ tunc fricationes ꝛ balnea multū competūt ad diuertendū materiā ne moueatur ad inteſtina. Et ex eadē ratione interdū cōpetunt diuretica ꝛ interdū etiā competit vomitus. Hec omnia eñ diuertunt materiam ab inteſtinis. Amplius qꝛ interdū medicina laxatiua euacuat vltra debitum ſuperando virtutes corporis ꝛ vitales et naturales multum ſtudendum eſt: eſt in ta

Remedium. 

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

li caſu in virtutis confortatione. Et quia ſomnifera ⁊ ſtupefacientia retinent euacuationes fortes i ſtante magna neceſſitate non eſt malū dare aliquā opiatā ad imobilitatē materie et ad ſtupefaciendam animalam virtutem hoc tamen fiendum eſt cū magna cautela.

¶ Capitulum ſextum De vomitu.

Quamuis homines ſani ſimpliciter ⁊ a tempore non indigeant vomitu. tamen homines in quorum ſtomachis multiplicatur fleuma et colera per vomitū ab egritudinibus preſeruantur et in ꝓpria ſanitate conſeruātur. Si igitur huiuſmodi homines vomitu vtantur ſecundum ꝙ expedit eorū ſtomachus a ſuꝑfluitatibus mundificatur ⁊ digeſtio melior efficitur ⁊ corpus renouatur caput etiā et ſenſus alleuiatur et viſus acuitur: ꝙ ſi vomitus i moderate fiat et vbi non oportet corpus deſiccabitur epati ⁊ pectori necnon oculis ⁊ pulmoni nocebit: venas quoq; quandoq; ſcindit et rūpit ex quo paſſio accidit et emoptoica: debet enim fieri vomitus ad plus his in menſe in regimine ſanitatis hominum predictorum: nec debet talis vomitus in regimine ſanitatis fieri ſtomacho vacuo. Nam talis vomitus laborioſus eſt nimis. Fiat igitur poſt cibi ſaturitatem et ſumptionem diuerſorum ciborū abhominationem habentium ⁊ etiam quodammodo inciſiuam virtutem. Non debet vomitus fieri frequenter ne ſtomachus corrumpatur ⁊ virtus eius deſtruatur nec debet conſeruari cert9 numer9 diex inter vnū vomitū ⁊ aliū. Habētes aūt collum longum et pectus ſtrictū ⁊ ſine carne et humores ele=

Bona q̄ prouenīunt ex vomitu ⁊ etiam mala

Quibus nō ꝯfert.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uatos ad modum alarum ⁊ crura tortuoſa tales í q̄ non vtantur vomitu ad conſeruandum ſanitatē eorū et q̄ oculi multū ledūtur a vomitu. Interdū cum aliquis vomere voluerit duos pannulos in rotunditate circūuolut ⁊ ſuper oculos ponātur et cū alio panno lato optime liget ne inde auferātur donec vomitus ſit cōplet⁹. Et poſtq̄ erit pfectus facies aqua roſata eſt abluenda. In eſtate quidā cū aqua roſarum ſimplici. In hyeme vero ponatur in ea aliquātulum ligni aloes ⁊ os abluendum eſt cuꝫ hydromelle vel ſirupo acetoſo ⁊ nō ſtatim eſt comedenduꝫ nec tardet comeſtionē donec fames ſit fortis: ⁊ ſi contingat vomētēꝫ ſitire / ſeda eius ſitim cū ſirupo citonioꝝ ⁊ nō cū iulep nec cū ſirupo acetoſo: q̄ iſta duo incitāt ad vomitū: ⁊ qui vomuerit comedat carnes pulloꝝ facilis digeſtionis in gelatiua vel galentina. Hec de vomitu ſufficiant vt competit in regimine ſanitatis. De vomitu enim laborioſo qui fit ſtomocho ieiuno ⁊ cum fortibus medicinis non eſt hic determinandum: quia non competit ſanis corporibus: ⁊ ſi interdum forte competeret ad preſeruandum ab aliquibus malis egritudinibus. Et eadem ratio eſt de eo ⁊ medicina laxatiua. Unde eis que dicta ſunt ſuperius de medicina laxatiua et ex his que dicūtur de vomitu in iſto capitulo patet quid ſit faciendum et obſeruandum in vomitu laborioſo qui fit cum medicina forti.

Laborioſus vomitus.

¶ Capitulum ſeptimum
De clyſteribus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quia homines ſani ſepe ⁊ ſepius clyſterib⁹ vti cõſueuerunt ⁊ ſimiliter ſuppoſitorijs de his breuiter determinãdũ q̃tum ſufficiat ad regimen ſanitatis. Sciendum igitur ꝙ homines in quorum inteſtinis feces indurati con ſueuerunt ⁊ propter quam indurationẽ poteſt cho lica paſſio ꝑuenire. Similiter in quorũ viſceribus ventoſitates multiplicari cõſueuerũt vel phlegma muſcillaginoſum vel ad quoꝝ inteſtina pauca cho lera demãdatur incitãs expulſiuã/ tales inq̃ꝫ indi- gent in ſanitatis regimine clyſteribus vel remolli- tiuis cõtra fecũ indurationem vel vẽtoſitatũ diſſo lutiuis contra ventoſitatẽ vel phlegmatis euacua tiuis ⁊ ſimiliter intelligatur de alijs humoribus vel aliqualiter inordinatiuis cõtra defectus mordifi- cationis ꝑpter colere tranſmiſſe ad inteſtina pau- citatẽ interdũ fiunt clyſteria mundificatiua viſceꝝ ⁊ conſolidatiua ⁊ reſtrictiua ⁊ attractiua a remo- tis ⁊ impinguatiua. Sed q꞉ his non vtimur in regi mine ſanitatis de his penitus nulla fienda eſt men- tio in iſto capitulo. Et eſt diligenter notãdũ ꝙ cir ca exhibitionẽ clyſteriũ multe regule ſunt conſide- rande. Prima regula ꝙ clyſteria maxime fiunt ad euacuationẽ inteſtinoꝝ ⁊ ad cõſumptionẽ vẽtoſi- tatũ in eis ⁊ ſimiliter in renibus. Unde ſuſpecti de colica paſſione ⁊ dolore renũ ⁊ ſpecialiter ventoſo maxime debent vti clyſteribus. Unde clyſteria im- mediate euacuant ab inteſtinis inferioribus ⁊ reni- bus ⁊ conſequenter a partibus ſuperioribus. Eua- cuant ab inferioribus ⁊ eradicant a ſuperioribus per quandam colligantiam inferiorum ad ſuperio

In q̃bus conterũt enemata

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Stoma choreple to nō eſt dandum enema.

ra. Secunda regula eſt ꝙ clyſteria fortia non debent fieri niſi materia digeſta. Tertia regula eſt ꝙ clyſteria nullo modo fienda ſunt cibo exiſtente i ſtomacho adhuc indigeſto qꝛ attraheretur cibus indigeſtus ad inteſtina ⁊ ad epar. Quarta regula eſt ꝙ clyſteria non ſunt nimis frequentanda ne natura debilitetur. Quinta regula ꝙ quando exhibet clyſtere propter renes: clyſterizandus debet iacere ſupinus ⁊ ſi propter inteſtina econuerſo. Sexta regula ꝙ non debet fieri clyſtere in tempore calido nec in hora calida: ſed debet eligi hora aliquantulum frigida. Septima regula ꝙ non debet fieri balneum ante clyſtere ne incorpore fiat motus agitatiuꝰ. Octaua regula ꝙ illi qui ſūt ſuſpecti de emorroydibus ⁊ ſimilibus paſſionibus ani non debent vti clyſteribus. Nona regula ſi quis timeret ne clyſtere retineatur poni debet in circuitu ani arena calefacta vel milium calefactuꝫ. Que autem ſunt materie clyſteriorum ſcitur ex libris ſimplicium.

¶ Capitulum octauum de ſuppoſitorijs.

Suppoſitoria attrahūt a partibus remotis.

Conſequenter dicemus de ſuppoſitorijs quibus ſani interdū vtuntur. Sunt autem ſuppoſitoria quedam leuia nō acuta: puta facta ex melle et ſucco mercurialis vel ex ſapone gallico vel fruſto caulis ⁊ ſimilia. Et ſunt alia his fortiora: vt ſuppoſitoria ex melle acuata cum ſcamonea vel cum euforbio vel cum colloquintida ⁊ ſimilibus. Prima quidem ſuppoſitoria ordinantur ad ventrem remolliendum. Et ſecunda ordinantur ad extrahendum materiā a remotis a ſpecialiter a partibus ſuperioribus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Prima quidem ſuppoſitoria magis competunt in regimine ſanitatis ꝗ̃ ſecunda.

¶ Capitulum nonum De peſſarijs.

De peſſarijs autem ſciendum ꝙ ſicut ſe habent ad inteſtina ſuppoſitoria ⁊ clyſteria ſic peſſaria ad matricē. Interdū autem fiunt peſſaria ad menſtrua prouocanda ⁊ ad matricem mundificandum. Interdū ad reſtringendum menſtrua. Interdum fiunt ad cōfortandum matricē ⁊ vt diſponatur ad conceptū. Horum autem peſſariorum materia ſcitur ex libris particularibus. Et de iſto memini me dixiſſe ſuperius de regimine appropriato ſexui femineo ⁊ in tractatu quem compoſui de regimīe ſterilitatis. In his etiam locis dictum eſt de figura et quantitate peſſariorum et de modo immitendi peſſaria. Et ideo hic pertranſeo et huic operi finem impono cū dei laude: cuius nutu ſermo recepit gratiā ⁊ et doctrina perfectionem.

Peſſaria cōfortāt matricē.

¶ Tractatus De flebothomia ſecundum arnaldum de villa noua.

De cāis flebo.

Flebothomia eſt inciſio vene omnes humores euacuans: vnde circa flebothomiam poſſunt notari quatuor. Primum eſt de cauſis quare flebothomia debet fieri. Secundum eſt quod et que vene ſunt de quibus facimus flebothomiam. Tertium eſt in quibus caſibꝰ ⁊ de qua vena conuenit flebothomia. Quartū eſt quot et que ſunt que debent conſiderari in flebo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

thomia. De primo ſic proceditur. Unde dicimus ꝙ flebothomia non fit niſi quia humores peccant in quantitate: aut in qualitate: aut vtroqꝫ modo vt dicit Auicēna primo cañ. fen. quarto capitulo de flebothomia. Quantitate vt in ſynocha inflatiua: qualitate vt in cauſone vtroqꝫ modo: vt in cauſonide. Secūdū notabile eſt circa flebothomiaꝫ de venis quot ꝛ que ſunt de quibus facimus flebothomiam: ꝛ dicit Auicen. primo canonis capitulo p̄allegato quod qñqꝫ flebothomia fit de vna: qñqꝫ de arteria: tñ raro. vñ. xxxij. vene ſunt de quibus facimus floīam. Prima eſt in medio frontis: due ſunt ī angulis oculoꝝ: alia eſt in ſummitate naſi: due ſūt ſub lingua: due ſunt in maxillis interius: ꝛ due ſunt retro aures: ꝛ ſic ſunt decem. In vtriuſqꝫ brachij iūcturis ſunt qnqꝫ vene: quaꝝ prima ſm cardinalem eſt cephalica: ſecunda eſt mediana: tertia cardiaca quarta epatica: ꝛ quinta baſilica: ꝛ cum ex vtroqꝫ brachio habeamus decē: ꝛ pri⁹ decem ſunt viginti. In manibus ſunt quatuor vna. ſ. inter auricularē ꝛ medicū et alia inter indicē ꝛ pollicē ī qualibet manu. In coxis ſunt due vene: in vtroqꝫ pede tres vna. ſ. interius iuxta cauillaꝫ: alia exterius: alia in medio pedis ꝛ ſic ſunt. xxxij. Tertiū notabile eſt in quibus caſibus de qua vena competat floīa. Unde debes ſcire ꝙ flebothomiā facim⁹ vnde vena que eſt in medio frontis in dolore capitis antiquato et in freneſi confirmata. De venisque ſunt in angulis oculorum facimus floīam propter ruborem oculorum ꝛ inuoluntariam lachrymarum effuſioneꝫ. De vena que eſt in ſummitate naſi: in frenoſi ꝛ ad clari

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficandum faciem: de venis que ſunt ſub lingua in ſquinantia: de venis que ſunt in maxillis ꝓpter dolorem dentiū: de venis que ſunt retro aures in emigranea: de cephalica fit flebothomia contra dolorē capitis: de mediana ī paſſiōe ſtomachi ⁊ membrorum ſibi adiacentiū: de cardiaca in paſſione membroꝝ ſpiritualium: de epatica in paſſione epatis de baſilica in paſſione membroꝝ ſpiritualiū de vena q̄ eſt inter auricularem ⁊ medicū in manu dextra fit fl'oīa qn̄ timetur de epatica paſſione ⁊ de illa que ē in ſiniſtrum que ſaluatella dicitur in paſſione ſplenis: de aliꝭ duabus que ſunt inter indicem ⁊ pollicem fit flebothomia in paſſione oculorum ⁊ lʒ de venis que ſunt in angulis oculorum magis competat tamen eſt nimis periculoſa: de venis q̄ ſunt in coxa fit flebothomia in ſcabie de phlegmate ſalſo: de baſilica interiori fit flebothomia in paſſione matricis ⁊ membroꝝ genitalium de ſophena exteriori ī paſſione renum: de vena que eſt media contra malum mortuū Quartū notabile eſt de hisque debent cōſiderari circa fleubothomias / ⁊ in fleubothomiis debēt quattuor cōſiderari ſcʒ virtus: etas: tēpus ⁊ cōſuetudo. Virtus nā ſi virtus eſt debilis nō debet fleubothomari nā in fleubothomia ſi ſit nimia ꝑditio caloris naturalis ⁊ ſpirituū / et tūc virtꝰ magis debilitaṫ. Etas debet cōſiderari / nā qui ſunt in etate puerili ⁊ in etate ſenectutis cōſtituti non debent fleubothomari exceptis quibuſdā carnoſis ſenibus multū abundantibus in ſanguine ⁊ calore naturali ⁊ ſpiritibus. Medij autem horum fleubothomari debent decimoquarto anno vſqꝫ ad ſexageſimum.

Virtꝰ cō ſiderāda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tempus debet conſiderari:nam in tempore nimis calido:vt in diebus canicularib⁹ nõ debet fieri fleubothomia:quia tempore diſpoſito in nimia caliditate fit magna deperditio in calore naturali et ſpiritu quare patiens poſſet incurrere periculum. Itẽ in tempore frigidiſſimo non debet fieri fleubothomia:quia tunc humores ſunt compacti ꝛ cõglobati:et ratione huius compactionis ꝛ conglobatiõis per fleubothomiam non poſſet fieri expeditio liberalis. Preterea notandum eſt ꝙ ſm diuerſitatem temporum fleubothomiam fieri diuerſimode precipimus. Vere nãq; in eſtate a parte dextra fleubothomiam dicimus optimam:quia iſtis temporibus magis humores multiplicantur et abundant maxime in parte dextra:autũno:ꝛ hyeme humores frigidi potius dominantur:ꝛ hoc in parte ſiniſtra: et ideo a parte illa in iſtis temporibus fleubothomiam fieri iudicamus. Unde verſus. Eſtas:ver dextras:autũnus hyemſq; ſiniſtras. Item ſciendum eſt ꝙ quattuor quadre ſunt in luna. Prima eſt calida et humida:ꝛ comparatur ſanguini ꝛ in iſta fleubothomantur ſanguinei:et terminatur in die ſeptima Et ſecũda eſt calida ꝛ ſicca:ꝛ terminatur in die decimaquarta: et comparatur colericis ꝛ in iſta fleubothomantur colerici. Tertia eſt frigida et ſicca:ꝛ comparatur melancolicis et terminatur in die viceſimaprima. Quarta eſt frigida / ꝛ humida / et comparatur fleumaticis ꝛ in iſta fleubothomãtur fleumatici:et terminaꝛ in die viceſimaoctaua. Hec autem omnia intelligi debent quantum eſt de tempore electionis. Adhuc eſt aliud tẽpus fleubotho

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mandi: ⁊ eſt tẽpus neceſſitatis: ⁊ in iſto tẽpore nõ conſiderantur particularia: nã neceſſitate cogen/te ſeu vigente ⁊ virtute exiſtente forti omni tẽpore anni ⁊ in omni quadra: ⁊ in omni hora ⁊ die licitum eſt facere flebothomiã. Item conſuetudo debet attendi circa flebothomiã: nam ſi quis vſq; ad tẽpus ſenectutis abſq; flebothomia permanſerit poſtmodũ non ſine periculo flebothomus adhibetur. Nota φ ſeptem ſunt planete quibus inferiora generabilia ⁊ corruptibilia reguntur ⁊ ordinantur Primus ⁊ altior eſt ſaturnus: ſecundus iuppiter: tertius mars: quartus ſol: quintus venus: ſextus mercurius: ⁊ ſeptimus eſt luna. Saturnus eſt planeta frigidus ⁊ ſiccus effectiſſime inimicus vite: nã mors frigida ⁊ ſicca eſt velociter inducta. Juppiter eſt calidus ⁊ humidus effectiſſime ⁊ eſt amor vite q2 vita ſtat per calidũ ⁊ humidũ. Mars autẽ calidus ⁊ ſiccus effectiſſime ſic ⁊ ſol. Venus eſt calidus ⁊ humidus effectiſſime. Mercurius eſt frigidus ⁊ ſiccus ⁊ ſecundũ aliquos tẽperatus. Luna ẽ frigida ⁊ humida. Nota autez quod ſi quis ſibi minuat in die ſabbati ⁊ in mane cũ mercurius dominetur in illa hora errat. ſi vero hora ſecunda illius diei ſibi minuat non errat q2 in illa dominatur iuppiter amicus vite ⁊ ſicut dico de iſtis planetis: ita intelligendũ eſt de omnibus alijs ꝓportionabiliter ſecundũ virtutẽ ⁊ rigorẽ artis. Sed quamquã ita ſit in medicina nõ curamus obſeruare niſi curſũ lune ſolũ cuius ratio hec eſt: q2 luna ꝓpinquior eſt nobis quaz aliquis alius planeta ⁊ eius influentia manifeſtior eſt ⁊ ſenſibilior. Propter enim influen



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam lune fluit mare ⁊ refluit ⁊ creſcente luna cre-
ſcit omne humidum ⁊ decreſcente decreſcit: ⁊ quia
medicus eſt ſenſibilis artifex: maxime ꝓpter illam
partē q̄ dicitur practica: ideo conſiderat curſuꝫ lu
ne pre ceteris de qua luna tales dantur regule. Lu
na exiſtēte in cōiunctione nullo modo fiat flōia ſic
nec exñte plena. Ratio prime regule talis ē: qꝛ qñ
luna ē in coniunctione tunc non hꝫ aliud de ea: et
tunc ē minus de humido in corpore viuēte q̄ꝫ alia
hora: ⁊ ſi tunc aliquis ſibi minueretur minueret ſi-
bi humidum ⁊ fieret exiccatio cum ex duplici par
te minueretur humiditas: ſed ſi forte ſit magna ne
ceſſitas fiat ſcarificatio in tibijs: naꝫ ſanguis tibia
rum eſt groſſus ⁊ feculentus: vnde non eſt magnū
periculum in tali diminutione. Unde accidit pari
ſius noſtris temporibus quod quidam medicus ha
bebat quēdam militem in cura ⁊ fecit ipſum minui
luna exiſtente in coniunctione: ⁊ ſtatim arripuit ip
ſum fluxus tam vehemens quod in triduo expira-
uit: quia eius retentiua fuit adeo debilitata ꝓpter
defectum humidi naturalis quod humidum cibale
non poterat in eius corpore remanere. Ratio ſecū
de regule hec ē quando enim luna ē plena: tunc eſt
in corpore viuēte plus de humiditate q̄ꝫ in alia ho
ra vl' etate: ⁊ tunc ſi quis ſibi minueret exiret hūi-
ditas magno impetu ⁊ exiret nimis de bono ſan-
guine: ſicut enim vides de dolio pleno q̄ exit vinū
magno impetu: ita exiret tūc temporis ſanguis: et
tunc non poſſet natura regulare euacuationē vt di
ceret: natura enim intēdit bonum ſanguinem reti
nere ⁊ prauum eijcere: ſed tunc prauus ſanguis et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bonus ſunt commixti: quare non pōt vnuz euacua ri ſine alio. Et cōſimilis ratio ē ne quis minuat de vena brachij vl' etiam de alia poſt prandium: quia tunc ſanguis plus mixtus ē prauus cum bono quā añ prandium: ⁊ ita exiret bonus ſicut prauus. Nūc ad maiorem certitudinem ſciendum eſt quod duo decim ſunt partes in celo ſtellato quas duodecim partes duodecim ſigna appellamus: ⁊ quamuis quodlibet eorum ſit primum ⁊ quodlibet vltimum tamē oēs mechanice opationes incipiunt ab illo ſigno quod dicitur aries. Sunt autē predicta ſi-gna hec Aries: thaurus gemini: cancer: leo: virgo: ⁊ illa: ſꝫ dominantur alijs: ⁊ dicuntur ſigna ſeptem trionalia. Et in iſtis luna eſt magis obſeruanda: quia in iſtis luna eſt toti terre habitabili propin-quior. Alia vero ſex ſigna dicuntur meridionalia ⁊ ſunt hec libra: ſcorpio: ſagittarius: capricornus aquarius piſces. Nunc ſciendū quod luna hꝫ ſpe ciale dominium ſupra caput quando ē in ariete: ⁊ tunc aliquis nullo modo eſt minuendus in capite: quia luna tantam frigiditatem infligeret ſupra in ciſionem ⁊ fugatur calor ⁊ ſpiritus naturalis adeo quod poſſit eſſe mortificatio de facili: ⁊ eſt ſemper periculum in negocio: eam ſagax medicus ſemper debet expectare vel tardare inciſioneꝫ capitis do nec luna exiuerit arietem: manet enim luna in quo libet ſigno per duos dies cum dimidio ⁊ paulo plꝰ ſed de illo plus ad preſens non eſt curandum: quia non facit errorem ſenſibilem. Luna exiſtente in Tauro habet ſpeciale dominium ſupra collum. Et tunc nullo modo facienda eſt minutio / de



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

collo ratione predicta qua dictū eſt de capite. Luna vero exiſtente in geminis dn̄atur in brachijs et tunc: ⁊ cetera. Luna vero exiſtente in cancro dn̄atur pectori ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna exiſtente in leone dn̄atur ventri ⁊ tūc ⁊ cetera. Luna exiſtente in libra dn̄atur renibus dorſo ⁊ pudibundus ⁊ pectini ⁊ tunc ⁊ cetera. Luna exiſtente in ſcorpione dominatur in cruribꝰ ⁊ tūc ⁊ cetera. Luna exiſtēte in ſagittario dn̄atur genibꝰ ⁊ cetera. Luna exiſtēte ī capricorno dn̄atur tibijs ⁊ tūc ⁊ cetera. Luna exiſtēte in aquario dn̄atur ſophenis. i. cauillis tibiarꝫ vl' collis pedū ⁊ tūc ⁊ cetera. Luna exiſtēte in piſcibꝰ dn̄atur plātis ⁊ tūc ⁊ cetera. Notādū aūt diligēter ꝙ qn̄ luna eſt in ſignis ſeptētrionalibꝰ: tūc dn̄atur mēbris principalibꝰ ⁊ magis vitā habētibꝰ: ⁊ tūc nobis ꝓpinquior quare tūc maxime ē luna ſeruanda. Qn̄ vero luna eſt in ſignis meridionalibus: tūc mēbris vtilioribꝰ dn̄atur: ⁊ tūc eſt nobis remotior ⁊ ſine dubio ſeruāda: ſꝫ nō tātū ſicut in alijs. Item nota diligenter ꝙ ꝗ in aliqua duarꝫ primarꝫ regularū inciderit cū aliqua duodecima ſpecialiū regularū: tūc eſt magis ꝑniciosū ⁊ magis mortiferꝫ. Vn̄ credo ꝙ luna exiſtente in cōiūctione ⁊ exiſtēte ī ariete ſi qͥs vulneref in capite nō euadet mortē: etiā de paruo vulnere: ⁊ adhuc periculoſius: ē luna exiſtente in ariete ⁊ plena ⁊ ſic de alijs ꝓportionabiliter intelligēdo. Vn̄ hoies fatui ꝗ neſciūt cāz mirātur aliqn̄ vehemēter qn̄ aliqͥs morif repēte recepto ꝑuo vulnere. Luna vero. xxvij. xxviij. xxix. xxx. eſt timēda: qꝛ aut eſt in cōiunctione: aut circa coniunctionē. Luna vero quattuordecima ſemꝑ ē ple

na. Vñ triceſima quattuordecima q̃ndecima: etiã
xvj. eſt timẽda / ⁊ ſm aliquos. xix. qꝛ eſt ꝓpe lumen
plenũ. Regula de luna quo ad ſigna breuis ⁊ vti-
lis: ſed debes ſcire ꝙ ſol moratur in quolibet ſigno
triginta diebus ⁊ paulo plus ꝙ nõ facit errorẽ. Et
debes ſcire ꝙ ſol ingredit̃ ſignum arietis in medio
martij reſidet in eo vſq3 ad mediũ mẽſis aprilis: et
ſic de alijs ſcito ⁊ cognito in quo ſigno eſt ſol ſi vis
ſcire in quo ſigno eſt luna: hec ẽ regula habeas ka-
lendariũ ⁊ cõputa quot dierꝝ eſt luna. ⁊ adde duos
dies ⁊ diuide totũ ꝑ q̃ntũ ⁊ ſi habueris vnũ q̃nariũ
ꝑ duo ſigna diſtat luna a ſole / ſi aũt habueris duos
q̃narios per quattuor ſigna intellige diſtãtiã ita ꝙ
lunã intelligo ꝓcedere verſus oriẽtẽ. Per regulã
ergo tu ſcis in quo ſigno eſt ſol / ⁊ per iſtã regulam
ſcis in quo ſigno eſt luna. Verbigratia ſi ita ſit qđ
ſol ſit in principio arietis ⁊ luna ſit quinta ipſa erit
in principio geminorꝝ. ⁊ ſic de alijs ſignis. Nota ꝙ
ſophene pedũ ⁊ alie parue vene conſequenter fle-
bothomantur in veſpere ⁊ poſt comeſtionẽ ⁊ cau-
ſa eſt qꝛ tunc magis apparẽt tũ ꝓpter motũ factũ
de die / tũ etiã ratione comeſtionis magis ſunt in-
flate vene ⁊ magis apparẽtes: ẽt qꝛ groſſi humo
res mouent̃ verſus noctẽ. Alia cã eſt ſm aliquos /
quia virtꝰ magis debilitatur ex flebothomia par-
uarum venarum ꝙ̃ ex flebothomia venarum bra-
chij ꝓpter maiorem diuerſionẽ caloris ⁊ ſpirituu3
modo virtus eſt fortior poſt cibum quare ⁊ cetera
Si vena brachij non poſſit inueniri accipitur fer-
mentum bene acre: ⁊ deſuper emplaſtretur in no-
cte ⁊ in mane apparebit vena ⁊ cetera. Sangui-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neis flebothomis in terreis ſignis magis expedit Cholericus in ſignis aquaticis. Phlegmaticis in ſignis igneis. Melancholicis autẽ in aeris ſignis.

Y Era que pigra appellatur ſic fit. Reci. pulueris ro. rube ſpice maſticis xilobalſami carpobalſami: cynamomi; caſieligne aſſari omnium ana. dra. v. aloes draga. lxxx. teratur aloes per ſe ⁊ cribelletur ⁊ poſt cribellationem miſceatur cum puluere cribellato aliarum rerum ⁊ conficiantur cum melle diſpumato valet in dolore capitis ex frigida cã ⁊ calida ⁊ compoſita: ⁊ remouet in faſtidium a ſtomacho ⁊ ipſum in omnibus operationibus ſuis confortat ſoluit cholerã ⁊ phlegma ⁊ oẽm materiam quã inuenit in ſtomacho ⁊ inteſtinis ⁊ vermes interficit: ⁊ eos inducit mortuos ⁊ viuos: datur cũ aqua calida decoctionis lactucarũ vel roſarũ: vel violax aut cũ aqua calida in frigida cã. Doſis eius ẽ ab vno au. ad. ʒ. ij.

QUando aliquis vult componere medicinã laxatiuam ex ſimplicibus medicinis laxatiuis: ſumat de vnaquaque quantum ſufficit vni doſi ad purgationem: poſtea ſi totum fuerit compoſitum ex quattuor medicinis accipias quartam totius ⁊ ſi ex quinta quintam: ⁊ ſic in alijs numeris (verbigratia) ſi fuerit medicina laxatiua ſcamonea: aloe: agarico ⁊ colloquintida: ſumemus ex aloe. ʒ. iij. ⁊ ex colloquin. ℈. j. ⁊ ß. ex ſcamonea. ℈. ß. ⁊ agarico. ʒ. j. ⁊ ſcru. j. ⁊ habebimus in ſummo ex omnibus collectis ſimul. ʒ. iiij. ⁊. ℈. iij. ⁊

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

totius quarta erit.ʒ.j.⁊ quarta vnius.ʒ.⁊ hoc ſufficit vni doſi de hoc compoſito ex. v. medicinis ſumes quintam partem totius.v.Reci. turbith.ʒ.j. Aloes.ʒ.iij.agarici.ʒ.j.⁊.℈.j.colloquinti. .j.⁊.ß. ſcamonee. .ß.collectis medicinis ſimul fit ſumma de omnibus quod erit totum compoſitum.ʒ.v. et ſcrupul'.iij.cuius quinta erit.ʒ.i.⁊ quinta vni⁹.ʒ.⁊ hec quantitas de hoc compoſito ſufficit vni doſi in homine vno.

GEneralis regula de rob quomodo fit/ eſt nominis expoſitio quid hic dicatur: per rob: vbicunqȝ experietur in ſcientiis intelligas ſiccum vel humidum actuale expreſſum a re poſt concuſſionem rei/ et decoctuȝ vſqȝ ad rei ſpiſſitudinem vel quaſi vſqȝ ad ſirupizationem/ et ſpecialiter quando decoquitur ⁊ inſpiſſatur abſqȝ adiuncto fit. Et poteſt fieri ex qualibet re: hoc modo recipiatur res viridis et digeſta ſiue ſemi digeſtionis et perfecte contunditur ⁊ exprimitur eius ſuccus cum cocleari vel manibus aut alio modo et colatur illud quod exprimitur a re: et ponitur tunc ad ignem: et bulliatur donec eius medietas ſi conſumpta: aut donec eius due medietates conſumpte fuerint et deſpumatur et reſeruatur et hoc erit rob cuiuſlibet rei: ⁊ erit illi⁹ nature ſecundum quod res ex qua deriuatum fuit et eſt preter hoc nobilioris operationis quam res ipſe: ſecundum quod ipſum ſi non fuerit decoctum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

PIllule cochie q̄ valēt ad oēm dolorē capitis ⁊ ſpāliter q̄ fit ex materia phlatica fria cōpoſita ⁊ ꝓpter hoc remouēt catharrum ⁊ valēt in epilepſia ophthalmia ⁊ omnib⁹ egritudinib⁹ auriū oculoꝝ ⁊ oīm interioꝝ ſenſibilium ſic fiūt. Reci. pul. pigre. ʒ. x. colloquinti. ʒ. iiij ⁊ tertiā ſcamonee. ʒ. ij. ß. ⁊ turbith ſtichados. ana. ʒ. vj. fiant pillule ad modū cicerū groſſi cū ſucco ruthe vel apij. Doſis eaꝝ ē. ʒ. j. ʒ. ß. vel. ʒ. j. ſola

GArgariſmus qui mundificat caput ⁊ deponit phlegma. ℞. piretri piperis. an. ʒ. ij. ſinap̄. ʒ. v. granoꝝ granati acetoſi. ʒ. iiij. terantur ⁊ conficiantur cū melle ⁊ fiat gargariſmus cum aqua calida. Aliud ad idem ℞. ſinapis ſanſuci. ana. ʒ. ij. aceti mellis q̄tum neceſſe eſt miſceantur ⁊ adminiſtrentur. Gargariſm⁹ ad paraliſim torturam ⁊ grauitatem lingue. ℞. ſinap̄. origani. ʒʒ. piperis al. piperis lon. piperis nigri piretri omnium. ana. ʒ. ß. baurach. ʒ. iiij. yſopi. ſucci radicis lilij celeſtis radicis capparis ſtafizagrie. ana. ʒ. iij. granoꝝ granati torrefactorum ſanſucci ſicci. ana. ʒ. viij. terantur ⁊ conficiantur cum melle: ⁊ diſſoluantur cum ſecaniabin mixto cum aqua ⁊ gargarizetur cum eo gargariſmi fiunt cōtra ſquinantiam ⁊ dolorem in gutture: primo in principio cum ſucco merorum immaturorum ⁊ ſucco corticum immaturorum nucum ⁊ ſucco berberum / et vino de granatis / et ſimilium cum aqua calida / repercutiunt enim materiam a loco / et confortant locum / ne amplius materiam recipiant.

Gargariſmus qui fit in augmento / confortat lo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum et diſſoluit materiam ſquinantie. Diſſoluatur medullis caleficum aqua calida ⁊ cũ miſceatur cum ſucco ſolatri. Gargariſmus qui mundificat et diſſoluit omnẽ ſuperfluitatẽ gutturis oris ⁊ gingiuarũ ⁊ loca iſta oia ꝯfortat Sumat oxi mellis ſqllitici vel ei⁹ acetũ ⁊ diſſoluat cũ aqua calida vel aqua de coctionis yſop i quod melius eſt Gargariſmus qui vocem clarificat ⁊ mũdificat cannam pulmonis et guttur ⁊ totũ caput ⁊ cõfert ad catharrũ. Sumuntur yſopus yreos ⁊ liquiritia ⁊ crocus terãtur pfecte ⁊ miſceãtur cũ melle ro. ⁊ aqua calida vł aqua decoctionis loquitur quod eſt melius.

CAputpurgiũ appellat omne illud quo caput purgatur ⁊ ſpecialiter illud quod ponitur cum naſcali: vel quod ponitur i naſo aliquo modo vel ingenio p quod purgatur materia ventoſa vel humoroſa capitis. Scire hoc conuenit ꝙ caputpurgium: vel naſcale non debet fieri niſi poſt purgationes vniuerſales totius corporis. Caputpurgium quod valet ad ſodam antiquam ex ventoſitatibus ⁊ phlegmate: ⁊ conferens ad dolorem oculorum / ⁊ aurium tinnitum ex ventoſitatibus ſic fit. Reci. fellis thauri mirrhe muſci. ana. ſcrupu. j. aloes. ſcrup. ß. terantur ⁊ fiant pillule vt lens et cum neceſſe fuerit diſſoluantur cum aqua calida vel aqua decoctionis ſauine quod melius erit ⁊ imponantur cum naſcali. Aliud ad idẽ. Reci. caſtorei oppopona. croci. galle adip. ana. ℥. j. terantur ⁊ conficiantur ⁊ fiant pillule et ſoluãtur cum aqua ⁊ ponãtur in naſo cũ naſcali vel alio igenio. Aliud quod abſcindit deſceuſum lachryma-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum ab oculis et valet ad ſodam frigidam ⁊ vento
ſam ſic fit, Reci. fellis adip. et fellis thauri ſicle ſuc
ci ana. drag. ß. miſceantur ⁊ fiat capurgium ex eis.
Caputpurgium quod valet ad emigraneam anti-
quam que fit ex phlegmate/et ventoſitatibus groſ
ſis ſic fit. Reci. oppopona. fellis lucij vł alterius pi
ſcis. ana. ʒ. ij. lentium amararum drag. vj. ſerapini
origani. ana. drag. j. terantur et cribrentur et fiant
pillule et ſoluātur ex eis. ij. grana ordei cū oleo de
amigdalis dulcibus: ⁊ oleo de auellanis: et oleo de
ſe. cucurbite et fiat ex eis caputpurgium in capi-
te omni menſ. in principio. Caputpurgium ad ſo-
dam ex caliditate ſic fit. Recipe ſpodij drag. duas
opi. grana. ij. croci. drag. ß. terantur et conficiātur
cum oleo de nenufare vel oleo violato cū lacte mu
lieris puellam lactātis. Aliud ad idē. Recipe amu
li zuccari aū. ʒ. ij. opij. ʒ. iiij. ſpodij. ʒ. gra. ß. j. croci.
ʒ. ß. fiant pillule. et diſſoluantur cum aqua frigida.
Caputpurgium quod valet ad furfures capitis ſic
fit. Recipe camphore croci aū. ʒ. ij. ſpodij tria gra
na ordei terantur: et conficiantur cū albumine oui
fiant pillule: et diſſoluantur cum pōdere trium gra
norum ordei aque fluuialis: aut cum lacte mulieris
et oleo violato: et ponatur iū naſo. Caputpurgiū
mirabile noſtrum quod fecimus conferens ad debi
litatem viſus: et tenebroſitatem: et pannum et la-
chrimas ſic fit Recipe ſucci cicoree: ſucci ruthe: ſuc
ci eupathorij: ſucci celidonie et eufraſie fellis tau-
ri: lucij ⁊ gruis miſceāt: et fiat caputpurgiū bis vel
ter i ebdomada: poſt purgationē factā oī ebdoma-
da cū pillulis cochijs. Aliud. Recipe ſalamā. i. ra-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dix eius: maſticis: piretri: turbit. ʒʒ. añ. tere. ⁊ miſc. et pone i paruo ſacculo lineo: inter dētes ⁊ maſtica et fleuma deſcēdet: pōt hoc fieri ſine purgatiōe p̄- cedēte: de mane tamen et ante comeſtionē. Aliud fit de iure maiorane abſtracto ꝑ nares ad cerebrū.

¶ Incipit Aſtronomia Hypocratis de infirmitatibus.

Dixit Hypocras q̄ fuit medicus et magiſter optim⁹. Cuiuſmodi medicus eſt q̄ Aſtronomiaʒ ignorat. Nullus hō dʒ ꝯmittere ſe i manus illius q̄ nō eſt medicus ꝑfect⁹. Cognoui qꝛ opus erat ſciēdi Aſtronomiā: aſpexi libros Hypocratis et inueni librum hunc paruum ſed optimum. Dicit Hypocras ꝙ medicus primo aſpiciet lunam quando eſt plena luminis: quia tūc creſcit ſanguis et medulla in omni homine: et medulla in beſtijs omnibus: et augmentum in mari: et in cunctis mundanis rebus.

Quando infirmitas cadit in lecto. Opus eſt videre ſi luna exeat tunc de combuſtione: tunc enim creſcit infirmitas quouſ veniat ad oppoſitionis gradus: ⁊ quando fuerit in oppoſitione: aut ſi fuerit cum malo planeta/ aut in malo loco: et ſi aſpexerit dominum mortis per hoc poteſt ſcire vtrum debeat mori: vel non ſi habuerit longam infirmitatem vel curtam. Nunc videamus cauſam ſignorum iuxta preſentiam lune in eis.

Cum īfirmitas cuiq̃ acciderit qn̄ luna fuerit in ariete cū marte aut cū ſole erit īfirmitas ī capite pp caliditatē ſolis ⁊ dolebunt ei pulſus capitis. Habet ergo febres calidas ⁊ non vadit caliditas ab eo patitur quoq̃ anxietatem et vix loquitur. In pectore quoq̃ nimiū calorem patitur ⁊ dolorem in pulmone: ⁊ habet vehementiſſimum pulſum Neceſſe eſt enim ei minuere de vena cordis ſangninez ⁊ vti rebus frigidis in potu ⁊ cibo minuentibus calorem: ⁊ habet infirmitas ſeuire in freneſim. Et quando cum ea fuerit Mars aut Saturnus morietur ex hac infirmitate īfra ſeptem dies die quo luna fuerit cum ſole per quartū aſpectum vel plus; hoc eſt ſi luna addat ſuo lumine Si luna fuerit in ariete ⁊ infortunā aſpexerit ī quadrato aut oppoſitione: ⁊ ſi fuerit illa īfortuna Saturnus erit infirmitas in capite: ⁊ etiam iſta infirmitas ducet eū extra mētē ⁊ faciet inſanū: ⁊ nunc creſcit ⁊ nunc minuitur: ⁊ eſt ſimul qui videre non poteſt. Si non ab Aſtronomia neſcis non poteris ſcire eius infirmitatē. Et ſi fuerit luna in diminutiōe luminis aut graduum: qn̄ reuertitur ad primū aſpectum Saturni. i. qn̄ eū dimiſit ⁊ p aliū aſpectū eam aſpexerit: terminatur infirmitas ſiue in bono ſiue in malo: q̃ ſi aſpexerit īfortunā morietur ⁊ ſi nō aſpexerit meliorabitur. Et qn̄ luna diuiſerit illos aſpectus de q̄bus diximus q̃ deberet terminari ⁊ īuenit Jouem vel venerē p aliquē aſpectū anteq̃ veniat ad cōbuſtionē ſup eū ſtabit infirmitas: donec luna veniat in aſpectū: aut in oppoſitiōe ſolis: ⁊ ſi illos non inuenerit ⁊ inuenerit Mercurium morietur: et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſi inuenerit Martē meliorabit ꝛ hec infirmitas erit de aliquo phlegmate albo. Et qñ infirmus preſen-tit infirmitatem ꝛ fuerit luna addens in ſuo lumine et gradibus: et Mars ꝛ ſol in ariete erit infirmitas in capite et in roſan: et naſcitur ei apoſtema in capi te de phlegmate albo: ꝛ exiet ei ſanguis de narib⁹: et oportet eum vti frigidis: ꝛ opus eſt ei medicina vnde apoſtema moriatur ꝛ ſi fuerit luna cū Mercu rio in loco ſolis euadet īfirmus: ſed primū habebit magnū periculū. Ideo Mercurius concordat cum Marte in vno negocio: ſed Mars nō facit ſic cum Saturno: ꝛ moritur qñ Saturnus fuerit in loco ſo lis: ſed ſi fuerit ipſe Jupiter cū eo ibidē: vel Mer-curius aut Venus habebit egritudinē diuerſam ſi aſpexerit eā Mars: vel Saturnus aliquo aſpectu opus eſt illi vt det ei medicinam leuem qñq₃ ſedet: qñq₃ ſe volutat. Pone ſedē eius in loco alto et vt poſſit videre per totū. ꝛ balneo vtatur ꝛ ſedeat pla ne / ꝛ dormire fac eū plane: ꝛ da ei aquā frigidā / et da ei mādducare quod vis. Quia qñ ſic eſt aſpectus nō eſt opus ei dare medicinā iuxta phiſicā vel ſicut placet. Et qñ aſpicit eā Mars ex oppoſito vel qua drato illa infirmitas eſt ex ſanguine: ꝛ ſentit calidi tatē ꝛ ſiccitatē / ꝛ dolet in nocte / ꝛ nō poteſt dormi re / ꝛ habet volūtatē bibendi vinū / aut res actu fri gidas / ꝛ eſt ei neceſſariū minuere ſanguinē / ꝛ dare medicinā que eū reddat frigidū ꝛ hūidū. Et ſi fue-rit in iſto Saturnus cum luna venerit ad eum ꝛ nō inuenerit fortunā morietur vſq₃ ad dies nouē a die quo ipſum primo cepit infirmitas ſi fuerit addens in ſuo lumine ꝛ gradibus: / ꝛ aſpexerit eā Mars ex

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſeptimo vel quarto: et luna venerit ad Saturnum: et Mercurius cum ea erit hec infirmitas ex frigiditate aut fleumate: et erit totus fractus ⁊ diruptus et vix pauca loqui poterit: et ſtomachus erit ei induratus; et non poterit digerere calebit interius, Medicina laxatiua erit ei neceſſaria: quia illa infirmitas eſt de colera alba. Aſpice lunam quando veniet ad oppoſitum loci / in quo fuerit: et cum ibi erit habebit magnum periculum et laborem: et moritur ſi non inueneris cum luna aliquam fortunam in vno ſigno: et ſi inueneris cum ea fortunmm quouſqꝫ ad viginti octo dies euadet.

¶ Si luna fuerit in tauro. iij.

Sed cum aduenerit īfirmitas et luna eſt in tauro: et Mars et ſol ibi cum ea habebit hanc īfirmitatem in nocte in pectore ⁊ lingua erit ſibi combuſta: ⁊ habebit magnum calorem in oculis in ore: vadit raro ad ſellā et balbutit: et habet febrem ex ſanguine et nimiam ſitim patitur: opus eſt ei medicina laxatiua / et ſanguis minutio. Manducet quicquid velit / et bibat de frigido caueat de calido. Et aſpice quando luna fuerit in trino aſpectu ad ſolem / ſi diminuitur infirmitas viuet / ſi creſcit moritur quando luna erit in oppoſito ſolis / ſed ſi inuenerit Iouem vel Venerem non moritur.

¶ Si luna fuerit in geminis. iiij.

Si luna fuerit in geminis quando accidit infirmitas / vel aſpexerit eam Mars / vel Saturnus ex oppoſito / vel quarto eſt infirmitas de eo quod perdit ſomnum / aut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia habuit aliquam triſticiam vel nimiam cogita
tionem de aliquo negocio dolebit totum corpus/
et durabit hec infirmitas centum diebus poſtea ha
bebit calorem in corde et cum iacet in nocte ſe mul
tum extendit / et dolebit epar / et ſi non fuerit cum
luna vna ex fortunis moritur vſq; ad dies triginta
Cum autem fuerit luna in geminis addens in ſuo
lumine et gradibus / et mars aſpexerit eã ex quat
tuor vel ſeptem erit hec infirmitas ex cholera ru-
bea / et febres habet / et pulſus tamen ei vehemens
minuat / et frigidum vtatur. Si autem Saturnus
fuerit in illo aſpectu / et nulla fuerit fortuna mori-
tur / quando luna venerit ad oppoſitum ab illo in
quo erat quando cepit infirmitas / ſed ſi aliqua for
tuna eam aſpexerit euadet / ſed magnum pericu-
lum habebit. Si fuerit luna in geminis erit hec in-
firmitas ex humiditate. Et ſi Saturnus cũ ea fue
rit in capitis parte tunc caue ne minuat Et nõ vta
tur humidis nec frigidis ſed tẽperatis. Aſpice qñ
luna venerit in oppoſitiõe ſolis ſi inuenerit aliquã
fortunam inſpicientem eam bono aſpectu viuet a-
lioquin moritur. Si vero ſit in geminis luna et aſ-
pexrit eã aliqua fortuna ex vno aſpectu viuet / et
mutatur hec infirmitas in aliam / ſed quando dimi-
ſit eam fortuna / et non inuenerit aliquam quouſq;
venerit in oppoſitum loci in quo erat non poterit
ſcire medicus quam infirmitatem habebit / ſed tũc
quando luna fuerit in oppoſitione predicta. Si au
tem luna fuerit ĩ geminis et cũ ea fuerit ſol ⁊ mars
erit hec inrfimitas magna / et vnus ei lachrymatur
ocul⁹ venietq; ĩ freneſim ⁊ magn⁹ eſt ei timor ⁊ ti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

met multum/et apparent ante ipſum diuerſe figu/re/ ⁊ pulſus ī eo nō īuenitur: ⁊ pulſus capitis dolet. Caue ne minuat/ ⁊ leuis cibus ei daꝛ/ ⁊ fac eū iacere i loco tēperato. Aſpice ergo qñ luna venerit ad aſpectū q̄rtū primi loci/q2 tūc moꝛiꝛ. Sed qñ fuerit cū ſole ⁊ Marte/ ⁊ aſpexerit eā fortuna ex bono aſpectu/ ⁊ luna eſt addēs lumini/ ⁊ gradib9 euadet cū luna venerit ad quartum aſpectum in quo fue/rit primum. Uide ne des ei potionem ſed vtatur leui cibo et in alto ſedeat.

¶ Si luna fuerit in cancro. v.

Si luna fuerit in cancro qñ venit īfirmitas et aſpexerit eam Saturnus ex quarto ⁊ ſeptimo eſt infirmitas: quia exiens a balneo frigus eum inuaſit et nullum ſentit odoꝛē dolebit ei pectus: ⁊ tuſſim habet: et parum caloꝛis: pulſus ī eo nō īuenitur: ⁊ ſtomachū dolet ⁊ renes: ⁊ opus eſt ei medicia coꝛpis mūdificatiua: ⁊ q̄ tuſſim repꝛimat. Si vero nō fuerit cū luna: vel nō aſpexe/rit aliqua foꝛtūa donec venerit ad quartū aſpectū loci ī quo fuerit qñ cepit īfirmitas ante oppoſitio/nē moꝛiꝛ ad decē dies. Sed ſi aſpexerit eā foꝛtuna viuet: ſed magnā fatigationē habebit. Si aūt luna fuerit ī cācro: ⁊ aſpexerit eā mars ex quarto vel ſe/ptimo infirmus pꝛimū nimiū vomit: aut habet ma/lum ſtomachū: opus eſt ei medicina frigida et ſto/machi reſtrictiua. Si vero aſpexerit eā aliqua foꝛ/tuna in ipſo loco moꝛitur anteq̄ꝫ veniat ad quartū aſpectum. Si vero luna in cancro curſu eſt vacua hec infirmitas eſt ex potu nimio ex quo vene reple te ſunt et ſe nimium diſtēdit: habet quoqꝫ doloꝛem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in nocte:ꝛ voluntatem ſedendi in alto ꝛ diſco oper
to:loquentem audire non vult vtatur reb⁹ tempe-
ratis q̃ eũ infrigeſcant:quoniã enim luna venerit
ad oppoſitum cãcri euadet. Sed ſi inuenerit mar-
tem vel ſolẽ conuertetur hec infirmitas in febres
calidas pulſus non mouetur ſemper vno modo:mi
nutio neceſſaria eſt ei:et durat ſm̃ infirmitatẽ. Si
fuerit vt diximus de loco niſi fuit ad quartũ gra
dum. Si autẽ inueneris a. xc. vſq; ad oppoſitũ hẽ
tunc videre malũ in nocte:aut clamat:aut nimium
fatigatur. Sed quando venerit ad illũ aſpectũ eua
det. Sed ſi non inuenerit in loco primo fortunam
recidiuabit hec infirmitas in aliã. Sed euadet qñ
luna reuerſa fuerit ad primũ locũ. Et ſi fortunã ibi
non inuenerit moritur. Si aũt fortuna eã aſpexit
bono aſpectu euadet. Si autẽ luna fuerit in cãcro
et ſaturnus ꝛ iupiter cũ ea habebit morbũ per. xxx.
dies et viuet. Si aũt luna fuerit in cancro : ꝛ ſatur
nus et mars:ꝛ venus cũ ea erit infirmitas ex fati-
gatione itineris:ꝛ qñ venit a nimio exercitio cum
muliere voluit ſe ꝛ fit multũ debilis. Non minuat :
ſed vtatur cibo confortatiuo caueat a frigiditate
Cũ luna de loco primo venerit ad oppoſitũ:ꝛ non
inuenerit aliquẽ planetã euadet qñ veniet ad op-
poſitum primi loci:ꝛ ſi fortunã inuenerit tunc eua
det:ꝛ ſi in fortuna creſcit infirmitas ꝛ moritur. Si
vero luna in cancro:ꝛ ſaturnus et mars : ꝛ mercu-
rius cũ ea eſt infirmitas ex labore ſtudendi : vel le-
gendi:ꝛ eſt de colera nigra. Qñ aũt egreſſa fuerit
de loco primo:ꝛ inuenerit fortunã euadet cum lu-
na venerit ad quartũ aſpectũ illius fortune. Sz ſi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inuenerit infortunā habet mori qñ in quarto illius infortune fuerit aſpectu. Sꝫ ſi nō inuenerit aliquē planetā euadet dū venerit ad oppoſitū. Sꝫ ſi inuenerit infortunā durabit hec infirmitas vſqꝫ dū venerit ad primū locū ⁊ euadet. Sꝫ cū luna inuenerit infortunā per malū aſpectū qñ valet ad oppoſitū efficitur mēte captus. Si nō infortunā inuenerit cadet in aliā infirmitatē ⁊ euadet.

¶ Si luna fuerit in leone. vi.

Quando luna fuerit in leone. ⁊ aſpexerit eā ſaturnus ex quarto vel ſexto erit infirmitas ex fleumate ⁊ dolorē habebit ī capite. Ita quod vomet ītestina ⁊ habebit febres multas ⁊ nimium durabit hec infirmitas: ⁊ maior erit interius ꝙ̄ exteri⁹: ⁊ nimiū erit ſtiptic⁹: ⁊ ſi nullā fortunā aſpexerit morieť dū venerit ad quartū aſpectū leonis. Sꝫ ſi fortuna aſpexerit euadet dū venerit ad quartū aſpectū. Si vero luna eſt in leone: et aſpexerit eā mars ex quarto vel ſexto erit infirmitas ex abundantia ſanguinis ⁊ calorē nimiuꝫ patitur: et cū due febres accipiunt bibat res frigidas ⁊ ſiccas. Sed ſi aſpexerit eā fortuna ex bono aſpectu euadet poſt fatigationē magnam. Sed ſi fortuna non aſpexerit moritur quando venerit ad oppoſitum loci tempore infirmitatis accepte. Si non infortuniuꝫ primo aſpexerit moritur quando venerit ad quartum aſpectum. Cū autem luna fuerit in leone in qualicunqꝫ grauamine aſpexerit eaꝫ mars aut ſol ex quarto habebit nimium caloreꝫ interius in pectore et pedes et manus frigidos: dolorem in capite opus eſt ei minui ſi poteſt: quando lu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

na eſt in primo ſigno: ſi in illo ſigno non poteſt: ex-
pectet donec luna veniat immediate ſui luminis.
Unguat quoq́ pedes quod tollat frigiditatem.
Si mars vel ſol cuʒ ea erit eſt hec infirmitas ex do
lore cordis: quando ergo venerit luna ad quartuʒ
aſpectum primi loci euadet. Quando luna euene-
rit ex vno de locis quos dixi et inuenerit iouēʒ in
itinere vel venerem anteq́ꝫ venerit ad quartum aſ
pectum: opus eſt ei componere balneum et ſedere
in loco alto. Si vero ſaturnum inuenerit conuerte
tur hec infirmitas ad veſice vitium et euadet quan
do luna venerit vel redierit ad primum locum. Et
quando luna inuenerit ſolem vel martem et fuerit
ſaturnus vel mercurius cuʒ ea erit infirmitas ſicut
diximus ex dolore cordis et erit longa timendum:
eſt ne veniat in ptiſim vtatur frigidis nō iaceat in
loco lucido. Aſpice quando luna eſt in quarto aſ-
pectu: et ſi hec infirmitas creſcit moritur. Si mi-
nuitur euadet quando luna venerit ad oppoſitum
ſed ſi inuenerit in formam non euadet donec luna
tantum pergat quantum ad locum: in quo primo
erat.

¶ Si luna ſit
in virgine. vij.

Cum luna fuerit in virgine et ſaturnus aſpe
xerit eam ex quarto vel ſeptimo: habebit
dolorem ſtomachi et ventris et tele ſuſti-
nentis inteſtina interius habentis apoſtema: de
fleumate albo interius etiam patitur quandoq́ꝫ a



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

debilis eſt ei pulſus et nemo per aſtrologiam de infirmitate eius poteſt cognoſcere vtatur frigidis et temperatis: opus eſt vt ſanet apoſtema ita ꝙ non aperiatur. Iſta enim infirmitas futura eſt longa ſi non fortuna eam aſpexerit euadet poſt dies multos ſi in fortuna moritur ad dies.xl. Cum fuerit luna in virgine et fortuna et in quarto: vel ſeptimo erit infirmitas cum magno calore interius: et nimium aſſellat et proijcit ſanguineꝫ et venerum: et pulſus eſt ei fortis et quandoqꝫ minuitur: patitur: quandoqꝫ anxietatem habet etiam malum ſtomachum vtatur ſtiptica medicina ſtomachum confortante ſed ſi luna non aſpexerit eam aliqua fortuna moritur vſqꝫ ad dies.xxx. et ſi aſpexerit viuet. Cū luna fuerit in virgine vacua curſu ſtomachus infirmi erit debilis habebit quoqꝫ fluxum ventris ⁊ qñ mittit vrinam pungit eum veſica habet quoqꝫ colorem viridem et vrinam vix facit: ſed ſi fuerit cuꝫ ea mars vel mercurius vel ſol erit infirmitas magna et vix loquitur opus eſt ei medicina que paulatim fluxum reſtringat: habebitqꝫ magnum periculum quando luna proueniet ad oppoſitum. Si aſpexerit eam fortuna viuet: et ſi non moritur. Et ſi fuerit ſicut dictum eſt prius et inuenerit ſaturnū cum luna aut mercurium: aut venerem ſiue iouem erit infirmitas longa et habebit dolorem capitis ⁊ non euadet donec luna veniet ad primum locum.

### Quando luna eſt in libra.

CUm luna in libra fuerit et ſaturnus aſpexerit eam ex quarto vel ſeptimo erit infirmitas ex nimia potatione et maior erit quando luna erit in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diminutione luminis et graduum et in oculo cepe
rit et tempora ei dolent: pectoris eſt ei ſtrictio: tuſ
ſis et hec eſt ex fleumate in pulmone: ſternutat mul
tum: habet quoq; febres leues opus eſt ei medici-
na temperata in cibo ſi aſpexerit eam mars ex ma
lo moritur: ſi non viuet cum luna venerit ad oppo
ſitum primi loci. Si autem fuerit in libra et aſpexe
rit eã mars ex quarto vel ſexto erit infirmitas: ex
ſanguine et habebit magnas febres: et pulſus ĩ no
cte videt peſſimas viſiones et non poteſt dormire
et habet apoſtema ex fleumate et eſt ei neceſſaria
minutio et medicina temperata. Et ſi non aſpexe-
rit eam aliqua fortuna moritur vſq; ad dies. xxiiij
et ſi aſpexerit eam euadet cum luna venerit ad op
poſitum. Quando luna fuerit in libra ⁊ peregrina
erit infirmitas et dolore pedum et manũ interius:
habet calorem et oculos graues quaſi violentos ⁊
balbutit cũ loquitur. Medicina ergo et dieta ſunt
ei neceſſaria frigida et humida et minutio. Cum
autem luna exierit de loco primo et inuenerit for-
tunam aut fuerit cum ea euadet: dum luna vene-
rit ad ſeptimum ſin autem moritur. Cum autem lu
na fuerit in libra et mars et ſol in oppoſitione erit
infirmitas in capite magna: ſimiliter ſi ſaturnus cũ
luna fuerit et oculi eius lachrymantur minutio eſt
ei neceſſaria et medicina laxatiua. Et ſi luna inue
nerit venerem aut iouem quando egreditur de lo-
co iſto euadet alioquin moritur.

¶ De luna quando
eſt in ſcorpione. ix.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cum luna fuerit in ſcorpione et aſpexerit eã
ſaturnꝰ ex quarto vl' ſeptimo erit infirmitas
ex ſanguine putrido aut veneno: ſi luna fuerit ĩ di
minutione luminis et gradus et non aſpexerit eã
fortuna moritur et ſi fuerit aſpectus in lumine: et
gradu et fortuna aſpexerit eam viuet. Cum autẽ
fuerit luna in ſcorpione et mars in eodem et iupi-
ter aſpexerit eam ex quarto habebit febrem vali-
dam. Neceſſaria eſt ei medicina laxatiua tempera
ta: et cum exierit luna de loco iſto et iunget ſe ioui
euadet. Cum luna eſt in ſcorpione peregrina quan
do primum incipit infirmitas leuis habebitur ⁊ va
dit et mutat ſe in malum apoſtema vero patitur in
veſica et puſtule ei naſcuntur in natibus. Cum au
tem luna fuerit venerit ad tertium aſpectum loci:
in quo fuerit patitur febres calidas et cum luna
venerit ad ſolem et non inuenerit fortunam mori-
tur: ſi vero inuenerit naſcetur ei apoſtema ĩ aliquo
aliorum et viuet et opus eſt ei vt aperiatur in bal-
neo et non in loco calido vel frigido. Cum autẽ lu
na eſt in ſcorpione et cum ea mars et ſaturnus iſte
infirmus habebit febres calidas et alias frigidas
ꝓpter hoc accipiat res que minuant fleuma: ⁊ in-
de valet ad ſellam ne minuat. Quando vero luna
egreditur de loco iſto et aſpexerit etiam fortuna
euadet vſqꝫ ad diẽ decimum quartum: et ſi non aſ-
pexerit durabit vſqꝫ ad viginti dies.

¶ Quando luna eſt in ſagittario.

Si luna fuerit in ſagittario ⁊ aſpexerit eã
ſaturnus ex quarto: vel ſeptimo erit in-
firmitas ex fleumate habebit quoqꝫ calo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rem in toto corde pedes tamen frigidos: durabit iſta infirmitas vſq dum luna iungatur ſaturno bis Sed ſi inuenerit fortunam non durabit amplius: quouſq luna venerit ad oppoſitum primi loci. Cū vero luna fuerit in ſagittario et aſpexerit eā mars ex quarto: vel ſeptimo: et addiderit in ſuo lumine et gradibus erit infirmitas q medicus ſcire nō poteſt niſi per aſtronomiam: quia non dolet caput nunc corpus: nunc aliter patitur et cum ei accidit quando intrabit balneum et nimis calefacit et nimium frigus intrauit in pectus ſuum et in caput: vomit quoq multum et aſſellat opus eſt ei ſtipticis: ſed leui vtatur dieta et leui ſyrupo preter acetoſum. Cum luna exierit de ſcorpione et inuenerit ſaturnum moritur. Sed ſi inuenerit fortunā viuet ſed magnā habebit fatigationem. Cum luna exierit a ſagittario in ſecundo vel tertio ſigno erit infirmitas ex tuſſi et dolorez in pectore habebit. Et quando exierit de iſto loco et aſpexerit ſagittariū ex quarto euadet: ⁊ eſt ei neceſſaria medicina mollificatiua timeat autem ne balneum intret

¶ Quando luna eſt in capricorno.

SI luna fuerit in capricorno et aſpexerit eam ſaturnus ex quarto: vel ſeptimo ⁊ fuerit in diminutione luminis et gradibꝰ eſt infirmitas ex nimia fatigatiōe ſudor ⁊ frigꝰ accipit eū nimis eſt clauſus ⁊ ſternutat multū ſtomachꝰ ⁊ pectꝰ ei multū dolēt: hꝫ qq febres ex



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fatigatione vtatur rebus tẽperatis et ſirrupo temperato. Qñ aũt luna aſpexerit fortuna euadet: ſ3 habebit magnã fatigationez. Si vero nõ aſpexerit moritur vſq3 ad dies. xxx. Cũ aũt luna fuerit in ſcorpione et aſpexerit eam mars ex quarto vel ſeptimo erit infirmitas ex vomitu habetq3 fluxũ vẽtris ardetq3 ei multum et inflat et habet magnam febrem et ſudat multuz pulſus eſt ei inequalis op9 eſt ei medicina frigida. Si autem luna aſpexerit fortunam euadet ſi non moritur: vſq3 ad quinque dies. Cum autez luna in capricorno fuerit ⁊ mars et ſol ſecurum erit infirmus ex nimia calefactione ab igne et fatigatione et accipit cum febris ex colera citrina. Caueat a balneo et ſe non infundat in aqua frigida. Sed quando exierit luna non euadet vſq3 ad dies ſeptem.

¶ Quando luna eſt in aquario. xij.

Cum luna fuerit in aquario addẽs ĩ ſuo lumine et gradu aſpexerit eam ſaturn9 ex quarto vel ſeptimo erit infirmus ex nimio labore quãdoq3 creſcit: quãdoq3 minuitur et timendum eſt de eo et perdit ſanguinem. Aſpice quando venerit ad oppoſitum ſi meliorabitur viuet. Sin autẽ viuet vſq3 ad dies quattuor. Cum vero luna fuerit in aquario peregrina primo habebit malum in corpore et dolebit interius: habet quoq3 febres calidas et durabit multũ et habebit magnam anxietatem. Sed quando luna venerit cu3 ſole aſpice quando egredietur a ſole. Si inuenerit fortunam antequam veniat ad locum in quo incepit infirmitas tũc euadet. Si non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inuenerit fortunā moritur. Cū luna fuerit in aquario ꝛ ſaturnus vel mercurius cum ea eſt infirmitas ex cholera nigra. Sed ſi ſit addēs ſuo lumini ꝛ gradibus et inuenerit fortunam euadet. Si non inuenerit moritur.

¶ Quando luna eſt in piſcibus.

Quando luna fuerit in piſcibus addens lumini et gradibus: et ſaturnus aſpexerit eā ex quarto vel ſeptimo eſt infirmus ex frigore quod eum accepit habet dolorem in capite et in ventre: et eſt ei opus medicina calidaq̄ frigus expellit. Si aſpexerit fortuna viuet. Sed poſtq̄ euadet vene ꝛ nodi dolent ei. Cum vero luna in piſcibus fuerit addens ſuo lumini et gradibꝰ et aſpexerit eā mars a quarto vel ſeptimo erit infirmitas ex nimio potu et cibo et ex nimio ſanguine et colera: eſt opus et vt minuat et maiorem dolorem habebit in nocte quā in die. Sed ſi non aſpexerit fortunam in ipſo loco in quo accepit eum infirmitas moritur. Si aſpexerit euadet quando lūa veniet ad predictum locum. Cum enim luna fuerit in piſcibus et venus et iuppiter cum ea infirmus ſudauit et bibit aquam ꝛ habebit dolorem in oculis. habebit quoq̄ febrem cum frigore ꝛ apoſtema cū calore / opus eſt ei medicina laxatiua et coloris expulſiua: et quando venerit luna ad oppoſitum loci euadet. Cum luna fuerit in piſcibus: et mars cum ea erit infirmus ex calore: opus eſt ei vt minuat et ſi fortuna eam aſpexerit viuet: ſi non moritur. Ad confortandum virtutem retentiuam. Elige ſigna frigida et ſicca: vt ſunt taurus: virgo: capricornus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro aſcendēte vel ꝙ luna ſit in eorum aliquo. Ad virtutem expulſiuam: elige ſigna frigida et humida vt ſunt cancer: ſcorpius: et piſces. Humorqꝫ planetam aſpiciat: vt ſaturnum: melancolia: ſolem: iouem ⁊ venerem ſanguis martē: vero colera: et lunam fleuma. Summe tamē caue ne luna malum aſpectum habeat ſaturnum aut martem. Quodqꝫ luna ſiue dominus aſcendentis non ſint in quarta et octaua domibus neqꝫ luna ſit aſcendens.

¶ Explicit.

TRactatus. Jo. de zantuliete barbantini de dietis totius anni. Et primo quo ad mēſem ianuarij vti zinziber bonum eſt. Reuponticum bibere. Sanguinem minuere non eſt vtile: quia humores frigidi dominātur complexioni. Calidis cibis ⁊ temperatis vti bonum eſt. Electuarium diagalange optimum eſt ad confortandum ſtomachū cor: et epar mēbraqꝫ officialia: vti auibus bonum ē quia generant ſubtilem ſanguinem et notabilem. Bibere vinum clarum: rubeum: odoriferum vtile ē ad generandum ſanguinem qui filius nature dicitur. Menſe februarij vti diureticis calidis vt ſemine apij feniculi mixtis cum melle condito bonum ē ⁊ minuere de pollice ſiniſtre manus: ac vti pillulis de ſimplici aloes. Teſticulos cum optimo vino calido abluere bonum eſt quia ex tali ablutione membra principalia ꝙ plurimum cōfortātur: ⁊ digeſtio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

melius procuratur. Etiã aromaticis vti tẽperate prodeſt. Menſe martij cõditũ bibere: dulcia comedere: ruthã ⁊ leuiſticũ mãducare radices cõfectas ĩ ſpeciebus. Aſſata comedere: balnea intrare bonũ eſt. Sanguinẽ nõ minuas: nec aliquã vẽtris ſolutionem facias: qꝛ frigus ex mutatione tẽporis ſuis virtutibus enumeratur. Betonica pipere ⁊ ſpeciebus aromaticis calidis vti bonũ eſt. Propter ieiunium quo vtuntur xp̄iani cõſulo q̄ oẽs piſces fluuiales ⁊ lacunales aſſatos comedas cũ oleo: aceto ⁊ cynamomo: quia hec tria cõſumptiua ſunt piſciũ humiditatis. Marinos aut recentes cũ vino ⁊ ſpeciebꝰ comedas: legumina nõ laudo: nec caſtaneas: quia inflatiua ſunt vino albo ⁊ citrino vti bonum eſt. Menſe aprilis bonũ eſt ſanguinẽ minuere. Betonicã ⁊ pimpinellã bibere: venã epaticã incidere. Solutionẽ ventris facere vrinã purgare cũ radicibus apij feniculi calidis temperatis vti oẽs radices mãducare vnguentũ balbiſtici propter ſtomachi dolorẽ: vinũ exile bibere: aquã refutare niſi ſit bene cocta. Caput pectinare: viridiarum viſitare/ ortũ videre: plantas pedũ ⁊ manuum cum aqua calida lauare bonũ eſt quia fumoſitates a tota corpore exalantur per fomentatiões. Menſe maij bis in ebdomada abſinthiũ bibere: ſemen maratri comedere: venã epaticam incidere: caput purgare cũ yerapigra bonum: qꝛ calidi humores in collo regnant illo tempore. Cathaplaſma camomille capiti imponere propter oculorum tepiditatẽ. Acrimina per interualla comedere: nullius animalis caput comedere: vrinã cũ petroſilio purgare. Solutio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem facere bonum ieiuno ſtomacho ſpaciatuꝫ per pratū aut viridariū ire. Et vinū tēperatum bibere bonū et vtile eſt. Menſe iunij aquā clarā ieiuno ſtomacho. Et interdum lac coctū bonuꝫ eſt bibere: atqꝫ crudū propter colerā reprimendā: ſicerā non bibas/nec ſpecies calidas recipe: neqꝫ iraſcaris meridie/neqꝫ acruminibus vtaris. Menſe iulij ſanguinem nō minuas: neqꝫ ventris ſolutiuum accipias: neqꝫ vtaris acruminibus: quia omne ſimile ſuuꝫ ſimile multiplicat ⁊ facit furere vtaris ſaluia ⁊ rutha: ⁊ flore apij quia latet virtus in rebus que non pateſiunt medicis vagi palantibus ſecreta. Menſe auguſti: caules et maluas nō comedas: cicera et nalū non bibas: qꝛ dulces liquores patiuntur indiſcretā cōplexionē. Medullas animaliū non comedas aceto ⁊ pulegio cum aqua calida vti bonū. In memetipſo oxizaccara vſus ſum: lactuca vti cū aceto nequaq̄ timeas febrem. Nō vtaris acruminibꝰ alliata ⁊ piperata: caſſia fiſtula his in ebdomada cū frigida aqua ieiuno ſtomacho ſumes qꝛ bonū ⁊ iocundū eſt. Menſe ſeptēbris omnia quecūqꝫ vis comedas tēperate: quia oēs eſſe bone ſunt. Ideo qꝛ corpora ſuperiora in aprili/⁊ in ſeptēbri recta acie inferiora reſpiciunt. Et ideo peccant miſerrimi alchimiſte qui non nouerūt planetas adequare metallis ſolus deus eſt qui nouit miſcere totū per totum. Coſtū ⁊ maſticē bibere: qꝛ multū viſcera cōfortāt lac ouium bibas/quia ſanguinem dulcorat ⁊ puriorē reddit. Menſe octobris racemis ⁊ ficubus ſiccis vtere muſtū bibe cū gariofilis porros cum melle comedas qꝛ coleram eſtiuā purgāt purgeris cuꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dyaſſene quia attractiuum eſt melancolie. Noli cū triſtibus cōuerſari nec cuꝫ ruſticis quia illo tēpore crudeliores ſunt: pillulis de maſtice ꝛ aloe glorioſum eſt vti. Menſe nouēbris cynamomū bibe ꝛ galanga tibi nō detur in cibis obliuioni. Balneis non vtaris. Ideo qꝛ inter termināś et terminatum eſt diſcordia minuas ſanguinē inter ſpatulas cū ventoſis et ſuper natē venā epaticā ſolam incide quia tunc ſanguis magis coagulatus eſt vtaris pillulis de croco ꝛ aloe citrino: non eſt bonum vti piſcibus lacunalibus. Menſe decembris ſpicanardi vti bonum eſt quia faſtidium a corpore expellit quecūqꝫ vis comedere manduca ideo quia illo tempore omnia elementa certum habent motum ꝛ ventres hyeme calidiſſimi ſunt natura. Eſce adeſſe temperate equaliter conueniunt fructibus crudis non debes vti nec nimis calidis ꝛ in nocte aliqualiter vigilare bonum eſt. Et maſticare maſticē ad purganduꝫ dentes ꝛ caput. Ego enim in illo tempore poſt cibum ꝛ carnes pingues comeſtas cum aqua calida prouoco vomitum ꝛ multos malos humores receptos per ineptam diſtemperantiam purgo.

Explicit.

Verſus ad propoſitum magiſtrales.

Eſcas per ianum calidas eſt ſumere ſanum
Hinc cape feruorem de pollice funde cruorem.
Hinc aſſature tibi ſint. Et balnea cure.
Venter ſoluendus cruor eſt pede minuendus.
Lac bibe caprinum gariophila vel cynamomum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Lactuce frondes ac innumeros bibe fontes.
Venam non ledas dum ſanum te facere credas.
Hinc calidos vigore cibos hoc menſe memento.
Hinc venam pandas ſpecies quoqꝫ ſedule mādas
Hinc ſpretis rebus hijs viaris ſpeciebus.
His vteriſqꝫ domo ſpeciebus cum cynamomo.
Sunt apte membris calide res menſe decembris.

## ¶ Sequitur tractatus Quid pro quo.

Pro ariſtologia longa vel pondus equale zurumber.i.zedoarie:et tertia pōderis de mace:et medietas pōderis de mace:ꝛ medietas pōderis ſui de coſto. Et loco longe ponitur medietas ponderis ſui de pipere:ꝛ equale pondus zurumbet.

Pro abſinthio abrotanū vel origanum vel poliū.
Pro abrotano:abſinthium vel origanum.
pro aſſaro:zinziber vel polipodium quercinum et pondus ipſius et ſeminis acori et.vj.pondus eius amomi.
pro acoro in expellendis ventoſitatibus:vt iuuamento epatis et ſplenis equale pondus de cimino cum tertia ſui ponderis de ariſtologia.
pro aceatica ſuccus lentiſci vel ypoquiſtidos.
Pro aniſo daucus.i.paſtinaca vel ſanſuccus.i.maiorana.
pro aſpalto pix liquida vel ſemen vrtice vel eruce: vel agni ſperma.
pro ameos aniſum.
pro amomo ameos vl' caſſia dupla vl' ſauina ī duplū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro acanto.i.ſpina alba ſemen litij.
pro abrongi.i.quodam grano laxatiuo :quo care mus ſerapinum.
pro achante ſpermate.i.vrtice ſperma lichinda.i. candelabris herba.
Pro auripigmento ſandaraca.
pro agarico epithimum.
pro antimonio plumbum vſtum.
pro acoro radix acanti.
pro agarico epithimum vel euforbium.
pro aſſa fetida ſerapinum.
pro aloe ſucc⁹ centauree vel ſterc⁹ bouis vel litiū.
Pro apij ſemine ſemen rape.
pro amygdalis amaris abſinthiū vel nuclei pſicorū
pro amygdalis dulcibus auellane :vel econuerſo.
pro affodilorum radice ſuccus vel radix blete.
pro amygdalarum lacte lac auellanarū ⁊ ecōuerſo
Pro ambra ſtorax calamita in duplum.
pro armoniaco maiore calamus aromaticus.
pro armoniaco ſale ſal capadociū vł ſal fortir tritū
Pro amilo yris illirico.
pro axungia porcina medulla vituli.
pro adipe ceruino adeps lupinus.
pro adipe vrſino vel lupino vulpinus.
pro adipe cocodrili adeps canis marini.
pro balſamo terebentina diſtillata/vel oleum lau rinum/vel gummi edere.
pro balauſtia pſida /vel cupule glandium /vel cor tex mali granati.
Pro butyro lac vaccinum:
Pro borragine cicorea vel ſcariola,
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro berberis omnes ſandali ⁊ ſpodium.
Pro buzacharam ponitur zinziber.
Pro bolo armeno ſãguis draconis vel puluisbalã
Pro corallo ſimptitum.
Pro coſto enula.
Pro colognidio ſemen coriandri.
Pro cappare geneſta.
pro cappari radice: radix tamariſci.
Pro caſſia ſauina et cinamomum in duplum.
pro calamo ſilueſtri rafanus.
pro cimino ſemen baſiliconis.
Pro cedria id eſt pice liquida laudanum.
Pro cardamomo charui vel cynamomum / vel piper longum.
Pro croco / aloe / vel equale / pondus de coſto / et quarta panderis ipſius de corticibus caſſie lignee
Pro cicidon galla laudanum.
Pro camedreos vel camepitheos radix lapatii agreſtis.
pro cipreſſo medietas põderis eius de cortice granati ⁊ pondus ipſius de ſarco colla rubea.
pro coranis pira immatura.
pro cretano ſaxifragia vel grana ſolis.
Pro colofonia reſina.
pro cotula fetida camomilla.
pro carui ciminum vel piper.
pro calamento menta aquatica.
pro cubebis zedoaria.
Pro carpobalſamo fructus edere vel xilobalſamꝰ equali pondere.
Pro cucurbite ſucco ſuccus violarũ inſipidarum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte.

Domine mundi qui ex bina ſtirpe nobili originē aſſumpſiſti: altiſſimus deus veſtram clementiam ⁊ ſanctitatem ad omnia optata faciat peruenire. Cogito ⁊ cogitaui tēporibus multis veſtre altitudini cōplacere aſcendi in altū ⁊ inueni rē difficilē ⁊ ſepe fallibilē ad iudicandū rimatus ſum viſcera terre: et inueni ibi vanitatem ⁊ tēporis perditionē reduxit me fortuna in medium forte ꝓpter mediocritatē mei animi et in eo inueni tres doctrinas principi neceſſarias volenti longo tempore dominari. Quarū vna docet diſcernere equum ab iniquo: ⁊ iuſtū ab iniuſto: et ius ſuuꝫ vnicuiqꝫ rectiſſime exhibere. Et hec cōſeruant principē in ſua lege: ⁊ homines naturales in bono ſtatu ⁊ pace: vt domino ſuo non aduerſentur: ſed ſemper ei ſeruiāt: ⁊ ipſum diligant toto corde. Alia docet ſanū in ſanitate regere: et egris reddere ſanitatem: et hoc inuenitur licet imperfecte in libris ſcientie medicine. Et ideo ſequentes eius operationem propter ipſius doctrine defectū ⁊ intellectū occultū errare ſepiſſime conſueuerūt. Tertia ſcientia eſt difficilior ⁊ obſcurior de qua paruꝫ peruenit ad nos eo quod apud caldeos et grecos parum habetur: vel quia ad eos non peruenit: vel quia ſepulta fuit ab antiquis: ⁊ de hac intentione intendo cōponere veſtre altitudini ſermonē minime conſuetum vt altiſſimus deus conſeruet in nobis corporis vires ⁊ theſaurū ſapientie vſqꝫ ad terminum naturalem quem ipſe in ſua poſuit poteſta



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

te. Et in eo ſermone inueſtigabo doctrinā que do cet hominem defendere ab accidentibus ſenectu tis et ſenij ne veniant ante tēpus. Et ſi venerint q̄ dem omnino partim docet penitus remouere: et q̄ cum tēpore venire debent docet abſq; leſione ali qua per ſpaciū tēporis retardare: nam quedam ex his diminuunt microcoſmū a decore: quedā ab o perationibus humanis: vt nec ſibi nec alijs vlteri9 pficere plene poteſt cū ſuū terminū ſic feſtinat ꝛ nō ſolum accidētia ſenectutis aliquando accidunt iu uenibus: ſed ſenij ſenibus accidunt tota die: ꝛ ſic ip ſi amittunt ex negligentia regiminis: ꝛ ignorantia ppꝛietatuʒ rerū quod natura eis diligentiſſime mi niſtrauit. Nā donec homo abſq; accidentibus ſene ctutis ꝛ ſenij conſiſtit: nec decoꝛ ſenſus ꝛ intellect9 nec virtutes animales in eo et coꝛpoꝛe minuuntur et quod predicta inueſtigatio ſit poſſibilis ſapien tes duas vias ad hoc conſeqnendū nobis oſtendūt Quarū vna eſt per regimē ſanitatis tradita ſapiē tibus: vt Auicen. teſtatur in pꝛohemio ſui regimi nis vbi dicit ars cuſtodiendi ſanitatem a duab9 re bus ſecuritateʒ prebet homini ꝛc. Alia eſt pꝛopꝛie tas quarundam medicinarū que ab antiquis fue runt occultate de quibus Diaſcoꝛides loquitur te ſtante haly ſupꝛa tegni galieni dicente circa finem poſſibile eſt vt ſint medicine alique q̄ pꝛohibeant: hominem a velocitate ſenectutis ꝛ frigoꝛe ꝛ ſicci tate mēbꝛoꝝ ꝛ per illud elongetur vita hominis. Itē dicūt ꝙ illi q̄ diu vixerunt vſi ſunt medicinis q̄ bus plongata eſt vt vita eoꝝ quaꝝ cognitio non puenit ad grecos ꝛ in lib. pterimi in. c. de mulſo le

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gitur q diuus augustus interrogauit quendā q lō
go tēpore vixerat quomodo vires corpis tot tpi=
bus cōseruauit. Responsum est ei posui oleū extre=
rius ꝛ mulsum interius: sed hic sermo occultā habꝫ
interpretationē qꝛ cū dixit oleū exterius intelligit
ſicut sonat ꝛ qualiter hec iniunctio fieri debet dicā
in capitulo de his q̄ animalem virtutē excitāt. Sꝫ
cum dicit posui mulsum interius. i. nutrientia in ca
liditate ꝛ humiditate temperata: qꝛ mulsum ē res
temperata q̄ de aqua ꝛ melle fit duꝫ modo proporꝛ
tionetur secundū quod conuenit. Et filius princi=
pis abolay dicit in secunda parte sui libri qd vsus
carnis cuiusdā serpentis plongat vitā ꝛ cōfortat
virtutē ꝛ conseruat sensum ꝛ iuuentutē. Item di=
cit Auicē. in quarto cañ. in feñ. decorationis q ſi
ʒ. j. dragagāti rubei alba calay potetur depilat ca
nos et loco eoꝝ facit nigros renasci: ꝛ in multis a
lijs locis inueni philosophos ꝛ alios sapientes de
hac intētione loq leuiter tñ transeundo: nec inue=
ni ab eis traditū in hac intentione totū quod neceſ
sariū esse debet: ꝛ ideo de hac materia rescripsi ve
ſtre altitudini doctrinā specialē. Postquam vero
ſic est oportet vos subtiliter inuestigare q̄ antiqui
occultauerunt scilicet causas senectutis ꝛ senij ꝛeo
rū accidētiū q̄ quādoq cū tpe quandoq ante tēp9
accidere cōsueuerūt. Sed senectus et seniū ꝛ eorū
accidētia pueniūt ex debilitate caloris naturalis:
debilitas autē caloris naturalis puenit ex dissolu
tione naturalis humiditatis ꝛ ex augmēto extra=
nee. Vñ q̄dā sunt q̄ humiditatē naturalē cōfortāt
ꝛ restaurāt et restauratā sincerāt. Et quedā que



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

extraneam humiditatem feſtinant venire q̄ iam venit purgant ⁊ conſumunt ⁊ ſic naturali humiditate defenſa ⁊ diſſoluta reſtaurata ⁊ extranea defenſa ab augmento ⁊ augmentata cōſumpta ⁊ purgata. Tunc conſequens eſt: vt calor naturalis cōfortetur ⁊ virtus eius releuetur que fuit ex predictis incommodis debilitatus et tandē canicies cutis deformitas et leſionis ſenſus impedimentū quod eſt ſenectutis accidens auferatur. Et hec predicta nō facit regimen iſtius epiſtole niſi cōſeruato regimine ſenū ſanitatis a ſapientibus traditū. Quia ſapientum regimē eſt principium iſtius epiſtole. Sꝫ regimen eſt additio: ⁊ cōplementū quod ſapiētes antiqui occultauerant. Et hec eſt via per quē homo ab accidentibus ſenectutis et ſenij ne veniant ante tempus. Et poſt illud venientia retardantur et per hoc conſeruabitur iuuentus ⁊ feſtina ſenectus retardabitur virtute dei excelſi.

De cauſis ſenectutis: ⁊ de his q̄ cauſis ſenectutis obuiant.

De accidentibus ſenectutis ⁊ ſenij ⁊ eorꝫ cauſis et ſignis leſionum ſenſuum.

De cibis ⁊ potibus q̄ naturalem humiditatem: q̄ quotidie reſoluitur conuenientius reſtauratur.

De his que naturalē retardant humiditatē reſolui ⁊ reſtaurant ſincerant ne cito reſoluatur.

De nutrientibus ⁊ alijs rebus que accidentia ſenectutis ⁊ ſenij feſtinent venire.

De his que euacuant ⁊ cōſumūt hūorē inducentē accidentia ſenectutis ⁊ ſenij ⁊ canos auferunt: et tingunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De his que calorē naturalē debilitatū ex naturali curſu nature ⁊ reſolutionis naturalis hūiditatis ex augmento extranee confortant ⁊ reſtaurant.

De his que virtutes et ſenſus reparant et confortant: ⁊ iuuentutem conſeruant.

De his que animalem excitant virtutem: ⁊ corpora confortant: ⁊ motum alleuiant.

De his que induunt cutem pulchritudine iuuenili ⁊ mundificatione: ⁊ rubedine: et que cutis auferūt corrugationem.

De his que iuuant ⁊ ledunt ſenſuū.i. ymaginationem et memoriam.

Mundo ſeneſcente ſeneſcūt hoīes nō ꝓpter mūdi ſenectutē: ſed ꝓpter multiplicationem viuētiū inficientiū ipm aerē qui nos circundat. Et ꝓpter negligentiā regiminis ⁊ ignorantiā ꝓprietatū illarū rerū que regiminis defectum ſupplent ex quorum infectione negligentia ⁊ ignorantia calor naturalis ante tēpus cōſiſtendi minui incipit. Et poſt illud eius diminutio ⁊ diſtemperantia magis acceleratur ex cuius debilitate accidentia ꝓueniunt ſenectutis que in tēpore conſiſtendi ſi accidant poſſunt auferri ⁊ per illud eoꝝ acceleratio pōt retardari vt rapidus ille curſus q̄ fit de ſenectute ad ſeniū ⁊ de ſenio ad decrepitatem non feſtinet qꝛ circulus etatū plus curꝛit de ſenectute ad ſeniū vna die q̄ꝫ faciat de iuuentute ad ſenectutē in tribus: ⁊ ſic de ſenio ad etatē decrepitā. ſit. Sed debilitas naturalis caloris fit duobus modis ꝑ reſolutionē naturalis hūiditatis ⁊ augmētū extranee: qm̄ calor innat⁹ in hūiditate

exiſtit naturali: ꝛ ab augmēto extranee humidita
tis extinguit̃ qui ꝓuenit ex debilitate digerēdi: vt
Auicen̄. in primo can. c. de cōplexionibus. Sꝫ cau
ſe reſolutionis naturalis humiditatis ꝛ augmenta
tionis extranee per quas caloꝛ naturalis debilita
tur ſunt multe: vt in hoc capitulo declarabo. Sed
reſolutio naturalis hūiditatis accidit: ex duabus
cauſis. Prima eſt aer circūdans q̇ materiam deſic
cat ꝛ caloꝛ innatꝰ q̇ intꝰ eſt ad hoc adiuuat: qꝛ ipſe
eſt cauſa extinguēdi ſeipm̄ eo ꝙ ſuā cōſumit mate
riā ſicut ignis lāpadis extinguitur cū oleum ſuum
conſumit. Secūda cauſa eſt laboꝛ ꝓueniēs ex mo
tibus coꝛpoꝛeis: ꝛ aīalibꝰ q̇ ſunt neceſſarij in vita
ad reſiſtendū illi toti: vt ait Auicen. in. c. de cōple-
xionibus etatū ꝛ generū. Motꝰ animales ſunt ac-
cidentia animi. Motus coꝛpoꝛei dicunt̃ qbꝰ coꝛpo
ra mouent̃: alterātur ꝛ mutant̃ a cauſis neceſſarijs
male mēſuratis. Sꝫ ex augmēto extranee humidi
tatis ꝛ humoꝛis extranei fit duobꝰ modis. ſ. ex vſu
cibarioꝝ ꝛ rerū generātiū in naturalē humiditatē
ꝛ ꝑcipue fleumaticā ꝛ q̄ ſunt illa inferiꝰ dicā in ca
pitulo de nutriētibus ꝛ rebus que accidētia ſene-
ctutis ꝛ ſenij feſtinant venire. Alio modo fit ex in
digeſtione ex qua generat̃ humiditas naturał ꝛ hu
moꝛ putridꝰ. Nā digeſtio ē radix gñationis in na-
turalis ꝛ naturalis hūiditatis q̄ cū ē bona bonam:
mala malā generat hūiditatē: vt Gał. in tegni. et
Auicē. in. iiij. can̄. de rebꝰ q̄ canicié retardāt. Naꝫ
ex cibis male digeſtis malꝰ humoꝛ generat̃: ꝛ ex ci
bis q̄ naturał̃r generāt malū hūoꝛē bn̄ digeſtis bo
nus hūoꝛ aliquādo generatur. Et nota ꝙ non ſo-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum flegma appellatur humiditas extranea: ſꝫ omnis humor extraneus putridus vt Auicenna de cōplexionibus etatum. Sed phlegma extraneum eſt omnibus extraneis humoribus deterius. Nam ipſum iuuat ad extinguendū calorem naturalē duobus modis. Uno modo ſuffocando ⁊ altero qualitati obuiando. Et raſis dicit in capitulo de iuuamentis ventris ſolutionis quod hec humiditas generatur ex errore nutrientium ex dicta negligentia et corporis intemperantia. Et per hanc diſſolutionem naturalis humiditatis et augmentuꝫ extranee inueteratur homo que inueteratio fit duobus modis: vt dicit Ariſtoteles in epiſtola ad Alexandrum. Uno modo ex naturali curſu nature: et cum tempore paulatim et ſucceſſiue: et poſt tempus conſiſtendi poſt quod caliditas naturalis minui incipit neceſſario et tempus illud incipit: poſt etatem quadragintaquinque annorum: vel quinquaginta annorum: vt Auicenna in capitulo de complexionibus generum et etatum. Alio modo inueteratur homo ex neceſſitatibus et curis peſſimis et hoc fit per viam diſſolutionis naturalis humiditatis: et fit taliter. Nam diuturne egritudinis ⁊ mala accidentia diſſoluunt ⁊ deſiccant naturalem humiditatem: que caloris naturalis eſt fomentum: humiditate deſiccata ⁊ diſſoluta calor naturalis debilitatur ⁊ infrigidatur: eo debilitato et infrigidato virtus digeſtiua deficit: ⁊ ideo cibaria indigeſta permanent ex quorū indigeſtione naturalis hūiditas deſiccaꝛ ⁊ extranea augmētaꝛ ⁊ ſic membra nutrimento carentia infrigidantur: de-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiccantur ꝛ conſumuntur: qꝛ non nutriuntur: vt di-
cit yſaac in libro febꝛiū. Sed queritur q̄ ſit iſta hūi
ditas ꝛ in quo loco eſt a qua caloꝛ naturalis nutrit
que eſt eius fomentū. Hec humiditas eſt in conca-
uitate coꝛdis ꝛ in venis eius ꝛ arterijs: vt yſaac in
pꝛedicto lib. c. de ethica. Preteres in mēbꝛis ſunt
humiditates diuerſarū ſpecierū de quibus ſunt hu
miditates parate ad nutriendū ꝛ humectandū iun
cturas: de illis ergo eſt illud quod eſt repoſitū in ve
nis: ꝛ illud quod eſt repoſitū in mēbꝛis ſicut os: vt
Auicenna in quarto can. capitulo de ethica: ꝛ foꝛ
te ſapientes intendunt quod omnes iſte humidita
tes ſunt fomentum caloꝛis naturalis: et pꝛecipue
illa que eſt in coꝛde ꝛ in arterijs et venis eius: qꝛre
ſtauratur per cibum ꝛ potum enchimū ꝛ clarifica-
tur per medicamina accepta per hos ꝛ humiditas
membꝛoꝛuꝫ per medicamina extrinſeca ſicut minu
tiones et balnea ꝛc. Poſtquam vidimus de cauſis
ſenectutis videndum eſt q̄ ipſis obuiant cauſis: de
quarum obuiatione ſapiētes duas tradiderūt do-
ctrinas quarū vna eſt ſciētia regiminis. Alia ſcien
tia ē ꝓprietatū quarūdā rerū quas antiq̄ occulta-
uerūt ꝛ qualr̄ fit ꝑ regimē Auicēna docet in pꝛin-
cipio ſui regiminis ſanitatis dicēs ars cuſtodiēdi:
ſanitatē a duabꝰ rebꝰ ſecuritatē pꝛebet hoī ſcꝫ a ꝓ
hibitione penitus putrefactionis ꝛ defenſione hu-
miditatis ne cito diſſoluatur: que defenſio fit: per
regimen reſtaurationis quod fit ī coꝛpoꝛe loco eiꝰ
quod reſoluitur ſecundum quantitatem poſſibilē:
ꝛ regimen pꝛohibens oīum cauſarū ſiccitatem ac
celerare facientiū exceptis cauſis que faciūt ſicci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tatem debere eſſe. Et aliud fit per regimen cuſto-
diens a generatione putrefactionis: et ob hoc di/
cit Auicen. ꝙ regimen ſanitatis facit hec predi/
cta: et loquitur per ſinodochen: quia quod eſt par-
tis attribuitur toti: et gerit vicem perſuadentium:
vt attente intendant omnes ſtudentes huic ſcien-
tie regiminis: et ſic ſolum regimen ſanitatis tradi-
tum a ſapientibus non facit hoc: ſed partim. Sed
vna cum regimine iſtius epiſtole retardat hoc to-
tum quod ſupradictum eſt Altera doctrina eſt que
defendit corpus alterari cum vſu quarũdam medi
cinarum quas antiqui occultauerunt quas res om
nes in capitulo regiminis iſtius epiſtole declarabo
Sed regimen ſanitatis ſapientum / cum regimine
iſtius epiſtole non concordat: quia regimen ſapien
tum docet regere omnes etates: ſed regimen epi-
ſtole docet regere ſenes et ſeniores: et decrepi-
tos tantum. Preterea regimen ſapientum ſenum
et ſeniorum eſt principium: ſed iſtius epiſtole eſt
finis et complementum ⁊ vnum abſq; alio paruum
proficit. Nam doctrina regiminis ſapientum preci
pit obuiare cauſis ſenectutis cum mẽſuratione ſex
generum cauſarum neceſſarium que conſeruãt cor
pus ⁊ mutãt ⁊ ſic iſte cauſe ſunt completiue ſanita-
tis ⁊ infirmitatis / quia quando adminiſtrantur in
qualitatibus ⁊ quantitatibus ⁊ vſu earum ſecũdu;
ꝙ oportet conſeruant ſanitatem ⁊ quando nõ ad-
miniſtrantur ſecundum ꝙ oportet ⁊ tranſeunt in il
lo faciunt accidere egritudinem quando perſeue-
rat tranſitus / et multiplicatur: collige hoc in teg.
Gal. cum expoſitione haly. ibi vbi tractat de regi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mine ſanitatis: ſed mēſuratio harum cauſarum cō plete fieri non poteſt ita ꝙ nō excedat vltra vel citra: quia ſapientes plus preceperunt fieri ꝗ̄ ī actū deduci poſſit: quia intelligentia eſt operatione ſubtilior et ſic menſuratio completa illarū cauſarum eſt impoſſibilis niſi in corpore meliori: formatim ī quo natura menſurat quod hodie non de facili inuenitur / ſed regimen epiſtole in quo ſunt medicine occultate ab antiquis de quibus Dioſcorides loq̄tur ſupplet defectum mēſurationis illorum ſex generum cauſarū ſecundū poſſibilitatē rerū menſuratarum. Quis enim aerē infectum a vaporibus putridis delatis a ventis vitabit. Et quis cibū et potum menſurabit et ſomnum et vigilias et motum ⁊ quietem et illa que fiunt et retinentur et accidētia anime quin excedant vltra vel citra ita ꝙ corpus non mutetur ab his: nullus. Neceſſe igitur fuit vt antiqui vterentur medicinis que defendebāt corpus alterari ab his cauſis adminiſtratis / et ſecundum menſurationem poſſibilem ſupplerent defectum cauſarum ſecundum poſſibilitatem menſurarū. Et ego collegi veſtre altitudinis ex libris ſapientū ⁊ ex reuelatione diuina regimen iſtius epiſtole quod eſt complementum regiminis ſapientū vſus cuius defectum ſupplet et defendit naturalem humiditatem diſſolui / et extraneum augmentari in tempore conſiſtendi / et poſt tempus illud defendit eorum diſſolutionem et augmentationem accelerari ex quibus incommodis calor naturalis debilitatur ex cuius debilitatione ſenectus et eius accidentia habent prouenire; ſed vſus iſtius regi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

minis epiſtole non prodeſt negligentibus doctri⸗
nam regiminis ſanitatis ſapientum et precipue in
regimine quod debet fieri poſt tempus conſiſtendi
Quare ergo ſapientes ſcripſerunt regimen ſanita
tis et proprietates rerum que ſunt in hac epiſtola
penitus dimiſerunt cauſe ſunt multe / quarum vna
eſt / quia magis neceſſarium fuit ꝙ ſcientia que nõ
poteſt ſciri abſq magno labore et ſubtili ingenio
a ſapientibus traderetur quam illa que a legente
taliter qualiter poteſt fieri. Preterea regimen ſa⸗
pientum docet regere omnem etatem / omnem cõ⸗
plexionem / et omnia membra / preter tria in⸗
ſtrumenta ſenſuum occulta / et omne eſſe homi⸗
nis / et omne corpus ſanum. Sed regimen epiſtole
non docet niſi ſupplementum regiminis ſenum et
ſeniorum quod antiqui non ſcripſerunt ſapientes
videlicet defendere ſenem ab accidentibus ſenij /
et ſenium ab accidentibus decrepite etatis: quia
non inueni ſcientiam perfectam inuentam et com⸗
pletam ab aliquo ſapiente niſi in ſenectute vt li⸗
ber principis philoſophorum ad Alexandrum te⸗
ſtatur quia in illa etate ratio eſt valde clara licet
memoria ſit aliquantulum diminuta in non vten
te ſed in quibuſdam iſtarum medicinarum de qui
bus ſum locutus loquor in epiſtola hac in expe⸗
rientia et vſu. Et in quibuſdam non quia non eſt
poſſibile cuilibet homini experiri et vti i rebus om
nibus eo ꝙ tria contradicunt ſcꝫ ſumptus ⁊ potẽ
tia et fama vulgi inter que faciam mentionem de
vi rerum ſermone occulto que inter alias res quas
in hac epiſtola ſcribã obtinẽt principatum. Qui⸗

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum vna iacet i viſceribus terre: altera natat i mari: tertia repit terra: quarta vegetatur in aere: quinta aſſimilatur medicie que egreditur de minera nobilis animalis. Sexta egreditur de minera animalis lõge vite: ⁊ ideo ſermone occulto de his loquar attendens preceptum principis philoſophoꝝ ad Alexãdrum dicentis: qui omnes occultas proprietates detegit eſt transgreſſor quandoq̃ diuine legis. Preterea dubitaui ne ad manus infideliuꝝ deuenirent ꝙ eſſet indignum: quia omnes qui querũt legem diuinam ſubijcere ſub poſſe proprietatibus illarum rerum que plãtis animalibus lapidibus diuinitus ſunt collate non debent recipere iuuamentum: ſed ſupradicte res indigent preparatione quedam electione: nam in quacunq̃ re altiſſimus deus poſuit proprietatem ⁊ iuuamentum ibi poſuit nocumentum in contrarium pro cuſtodia: vt in tyro: et ellebozo; et auro: vt nullus ex his operationem nobilem et ſublimem cõſequi poſſit. Preterea vbicunq̃ altiſſimus deus poſuit proprietatem ineffabilem ibi quandam poſuit ſimilitudinem: vt quilibet homo clari intellectus ſuam cognoſceret operationem. Nam plurime res faciunt quod oſtẽdũt: vel ſua forma: vel materia: vel ſua eſſentia: vel ſuo colore et durabilitate et corruptione. Nam id conſeruat quod diu conſeruatur: et id corrumpit quod cito corrumpitur et id facit ad cuius ſimilitudineꝝ res quelibet denominata eſt et formata: et hoc eſt quod antiqui occultauerunt; et adhuc noſtris temporibus eſt occultatum niſi vir in ſpeculatione ſapiens: et in operatione longo tempore ſit exptus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et nota ꝙ ex quibuſdam rebus et medicinis predi‑ctis poteſt ſeparari virtus a ſuo corpore vt de om‑nibus medicinis que ſunt ex plantis ⁊ animalibus et ex quibuſdam ſeparari non poteſt velut de om‑nibus illis que ſunt ſpiſſe ſubſtantie vt metalla: et que ſunt de genere lapidum vt coralli: iacicti et ſi‑milis: et he ſunt ſubtiliter terende in vltimo ⁊ pro‑prie cum voluntas noſtra eſt vt perueniant ad finē elongationis: vt Aui. in. cañ. de iudicijs quarūdam medicinarum extrinſecus Sed hec contritio nō po‑teſt fieri in metallis niſi per combuſtionē: et hoc eſt quod credo ait Aui. in. c. de lepra et argento et au‑ro facere in. v. cañ. in confectione de iacincto. Sed quidam alij preceperunt ſoluere medicinas ſpiſſe ſubſtantie: vt Ariſto. ait teſtante yſaac in gradibus c. de margaritis dicens: vidi quoſam homines eli‑quaſſe gemmas de quarum liquore albe morphee lote plene curate ſūt Sed medicamina ſubtilis ſub‑ſtantie vltimo non ſunt terenda: vt ad aliam nō cō‑uertantur operationem: vt Gal. dixit de cymino te‑ſtante Aui. Quedam autem iſtorum medicaminū ſunt laxatiua quedam confortatiua. Sed de qbuſ‑dam laxatiuis poteſt ſeparari virtus a corpore: et de quibuſdam non ſeparatur vt ab omnibus rebus aſperis Aui. dicit in. c. de ſcabie: quia ipſe precepit in capitulo de regulis ſolutiōis ventris ⁊ vomitus ꝙ neceſſe eſt in quibuſdam regionibus et comple‑xiōibꝰ ne medicinarum corpora ponderētur. Sed virtutes earum tantum. Et Raſ. in. c. de ſimplici‑bus laxatiuis precipit de mirabolanis facere deco‑ctiones et ſirupos/ in quibus ſola virtus ſolutiuo‑

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum ⁊ cõfortatiuorum remanet. Et hoc ideo precipiunt ſapientes vt natura deportet medicamen ad loca longinqua: vt excludat inimicum nature ſicut Johannes damaſcenus precipit in medicinis q̄ facta eſt cibus: quia earum virtus abſq̧ corpore plus operatur ſola q̄ȝ iuncta cum ſuo corpore ĩ hac noſtra intẽtione: quia calor naturalis fatigatur in ſeparando virtutem rei a corpore quod eſt durum terreſtre et eo fatigato debilius portabit virtuteȝ ad inſtrumenta ſenſuum: vt ea poſſit deoppilare et ſuperfluam deſtruere humiditatem / et ad membra quarte digeſtionis currere: vt virtuteȝ digeſtiuam carnis et cutis confortet ex quibus debilitatis ꝓueniũt quedaȝ accidẽtia ſenectutis vt patet ĩ morphea. Preterea calor naturalis noſtri corporis nõ eſt ſemper potens in omnibus medicinis ſeparare virtutem a corpore ſuo terreſtri. Sed cum virtus ſola datur abſq̧ corpore calor naturalis non fatigatur nec virtus medicine deſtruitur a digeſtionibus in deportando eam ad membra ſimilium partium: et inſtrumenta ſenſuum: et ita virtus rei ſuaȝ operationem complebit calorem naturalem nõ fatigando: et cũ hoc concordat Gal. teſtante yſaac in. c. de lepra dicens nullũ vidi hoiem infectũ curatum niſi biberit vinum in quo ceciderit vipera. Et Johannes damaſcenus in ſuis amphoriſmis oportet ad purgandum intra pulſos humores vt medicina in ſimilitudinem cibi conuertatur per ingeniũ et arbitrium medici. Alius dicit oportet medicinam que ad tertiam tranſit digeſtionem: ꝙ auide recipiatur: et ſecundum quoſdam cum reconuerti-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bili:ſicut eſt lac et ius gallinarum.

### ¶De accidentibus ſenectutis et ſenij et eorum cauſis et ſignis leſionum ſenſuum.

ACcidentia ſenectutis ⁊ ſenij ſunt hec: canicies/palliditas/et cutis corrugatio:debilitas virtutum ⁊ virium:diminutio ſanguinis et ſpirituum: lippitudo oculorum;multitudo muſcillaginis:exſcreatus putridus:debilitas anhelitus; inſomnietas: ira:et inquietatio animi: leſio inſtrumentorum ſenſuuꝫ in quibus virtus animalis operatur. Et de omnibus videamus:et ex qua occaſione quodlibet accidens habet prouenire:notato tamen ꝙ quedam ex predictis accidentibus accidunt in tempore conſiſtendi:quedam ſenibus necnon predicta omnia in ſenibus poſſunt prouenire:ſed quando accidunt in tēpore conſiſtendi: tunc predicta accidentia non dicuntur ſenectutis accidentia:ſed infirmitates et remouebūt tanq̄ egritudinesque omnibus etatibus accidere conſueuerunt. Et principalis cauſa omnium predictorum accidentium eſt debilitas caloris naturalis que fit duobus modis vt ſuperius dictum eſt. Canicies contingit ex phlegmate putrido egrediente a ſtomacho vel a cerebro:vt yſaac dicit: et non ſolum videtur hoc accidens ex ſolo phlegmate putrido: vt Auicen͞.in capitulo de complexionibus etatum: ſed hic humor putridus generatur multis modis. Unus eſt ex vſu quarumdamrerum / que humorem putridum inducentem caniciem generant vt infra inuenies capitu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum ſpeciale. Alius eſt ex debilitate caloꝛis natura
lis qui exit a coꝛpoꝛe abundantia frigoꝛis: vt Ari
ſtoteles in fine libꝛi de animalibus. Nam caloꝛe na
turalis debilitato cibus priuatur digeſtione: ⁊ tūc
humoꝛ putridus īducit hoc accidens vt haly ſupꝛa
tegni: ſcilicet vbi tractat de regimine ſenū. Et quā
doqꝫ hoc accidens contingit in pilis et capillis: et
tunc difficile eſt ad remouendum poſtq̄ venit: ſed
eſt nimis difficile ad defendendum ne ante tempus
veniat. Item dicit Ariſtoteles in loco ſupꝛadicto:
ꝙ pili cooperti citiꝰ caneſcunt q̄ diſcooperti: nam
coopertoꝛium pꝛohibet ventum et ventus pꝛoijcit
putrefactionem. Item pili tympoꝛum caneſcunt ci
tius q̄ poſterioꝛum: quia in parte anterioꝛi cerebꝛi
eſt plus de humiditate ideo citius putreſit. Et quā
doqꝫ pꝛouenit canicies ex īfirmitate cutis vt ī moꝛ
phea et barrabas ⁊c. Et tunc accidit ex debilitate
caloꝛis illius membꝛi: nam cibus pꝛouenit ad quoli
bet membꝛoꝛum et digeretur a caloꝛe naturali illiꝰ
membꝛi et a virtute digeſtiua illius membꝛi. Cum
ergo ille caloꝛ debilitatur coꝛrumpitur ille cibus et
tunc accidit membꝛo infirmitas et occaſio. Itē di=
cit ꝙ quandoqꝫ accidit ꝙ multi infirmantur ꝑpter
quam cauſam pili caneſcunt / et poſt infirmitatem
reuertuntur ad ſuam diſpoſitionem / et cauſa eius
eſt debilitas naturalis caloꝛis in decoctione cibi et
in membꝛo / et quando ſanitas reuertitur nigreſcūt
pili / et ille erit ſimilis ſeni qui mutatus eſt ⁊ factus
eſt iuuenis. Sed Auicenna dicit in quarto de diſpo
ſitione conualeſcentium ꝙ ideo capilli albeſcunt /
quia priuantur nutrimento / eo ꝙ exit et ſpargitur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

humiditas innata q̄ facit nigredinem: ſicut accidit
ſegetibus qñ deſiccãtur albeſcũt. Poſtea qñ por=
tatur aqua reddit eoꝝ viriditas: ⁊ ita qñ diſpoſi=
tiones bone ſunt redit nigredo: ⁊ hoc nõ põt acci=
dere niſi in etate conſiſtendi. Preterea in vnoquo
qꝫ mẽbro exiſtit virtus naturalis ſcḋm cõplexionem
eius q̄ cõuertit nutrimentũ in ſimilitudinẽ mẽbri:
ſed diuerſa virtute in ſimilitudinẽ alteri⁹ ſi nõ be=
ne permutat. Ex hac diuerſitate ꝓuenit īfirmitas
in cute: vt Auicē. in. ſ. caſi. de virtutib⁹ naturalib⁹
Itē qñ cutis virtus ⁊ mẽbri eſt debilis corrumpit
naturã ⁊ cõplexionẽ nutrimẽti eius qḋ in ea pene=
trat: ⁊ in illo nutrimẽto corruptio corrũpit ⁊ con=
uertit om̄e nutrimẽtũ quod venit ad illã materiã
ad naturã ſuam ſicut bona cõplexio cõuertit mate
riam corruptã ad rectificationẽ ⁊ facit eã cõueniẽ
tem velut narrat. G. teſtãte Auicē. in. c. morphea
q̄ ē quedã arbor q̄ mutatur de venenoſitate ad co
meſtibilitatē ex tranſplãtatione ſicut arbor q̄ ē in
perſia: cuius fruct⁹ ſunt venenoſi cũ tranſplantant̄
in egypto fiunt comeſtibiles: ⁊ ſi iterũ tranſplãtant̄
in perſia redeũt fruct⁹ ad venenoſitatē. Et ꝓpter
predictã cauſam fuerũt īuenta medicamina q̄ po
nuntur in exteriorib⁹ ſicut iniunctiones ⁊ lauatio=
nes ⁊c. Nã talia medicamina ſunt magis ꝓpinqua
in curationē egritudinũ ꝓuenientiũ ex nocumẽtis
quarte digeſtionis qꝫ intrinſeca: q2 virtus medici=
narum ſumptaꝝ intrinſecus frangit̄ qñqꝫ a prima
et ſecunda digeſtione: q̄ cum peruenit ad quartam
operatio eius iam fracta eſt: ita quod non prodeſt
vt vult Auicē. in. c. de laſſitudine ex ſe veniente et



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſic inunctiones confortat virtutem quarte dige-
ſtionis. Et eſt verum quod medicamenta exterio-
ra ſunt magis propinqua interiorib⁹ humore pur
gato vel humore non peccantem in interioribus.
Sed quando humor peccat primo debet corpus:
ab humore nociuo complete purgari: deinde caro
ꝛ cutis cum prouocatione longi ſudoris mundifi-
cari. Tertio virtutem membri confortant: quia ni
ſi virtus membri confortetur et ad ſuam naturam
reducatur humor regenerabitur: ꝛ precipue quan
do melancholici humores inferunt leſiones. Sꝫ ad
purgationeꝫ humoris corrupti in quarta digeſtio
ne dixerunt quidam ꝙ ſola virtus laxatiuorum de
beat exhiberi abſqꝫ ſuo corpore: quia virtus ſepa-
rata a ſuo corpore citius ad locuꝫ quarte digeſtio
nis penetrat ꝙ̃ cum ſuo corpore ſine caloris natu
ralis fatigatione: nam virtus ſolutiuorum pl⁹ ope
ratur ſine corpore ꝙ̃ cū corpore. Et hoc eſt quod
dicit Auicenna in. j. can. de diſpoſitione medicina
rum ventrem ſoluentium quod eſt neceſſe in qbuſ-
dam complexionibus ꝛ in quibuſdam regionibus:
ne medicinarum corpora ponderentur: ſed virtu-
tes earum tantum: deinde apponantur medicami
na extrinſecus: quorum proprietates ſit vt tempe
ret eſſentiam membri ꝛ complexionem eius ita vt
prohibeat recipere ſuperfluitates effuſas ad ipſū
membrum et impedimenta ſicut facit terra ſigilla-
ta ꝛ ſimilis ꝑpter ꝑprietatē q̄ eſt in eis aut ꝑpter
equalitatē ſue complexionis quare infrigidat illō
quod eſt calidius ꝛ calefacit quod eſt frigidus ſm̄
quod viſum eſt Gal. de oleo roſarum: vt Auicen.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tri.ij.de operationibus medicinarum ſingularium: nam predictum accidens reddit hominem magis deformem ⁊ magis in manifeſto corporis apparet Ideo ſtudui in oſtendendo cauſam eius: ⁊ ſapientes poſuerunt cauſas ⁊ remedia eorum in tractatu decorationis: quia propter aduentum ipſorum fit deformitas: ⁊ propter tarditatem et retentionem fit decoratio ⁊ eſt etas conſiſtendi que vocatur ab Auicenna etas pulchritudinis. Iam dixi cauſam vnius accidentis ſenectutis ſcilicet caniciei. Nūc dicendum eſt de cutis corrugatione: ⁊ quibuſdam alijs accidentibus que quandoqꝫ ante tempus quā qꝫ cum tempore hominem inuadere conſueuerunt Sed cutis corrugatio fit quandoqꝫ ex carne extenuata ⁊ ita neceſſario manet cutis vacua: et fit increpatio. Nam Ariſtoteles in fine libri de animalibus dicit quod fit ex putrefactione humoris: ⁊ dicit quod corrugatio que accidit corpori eſt contrarium glaciei: quia ſi vapor congelatur fit ex eo glacies ⁊ non putrefit ⁊ non erit corrugatio. Et hoc accidens ſepe accidit his que igne vtuntur ſicut in fabrili arte ⁊ fuſionibus. Nam vſus harum rerum reddit faciem tornatillem ⁊ corrugatam: ideo domine ab igne auertere faciem ſuam conſueuerunt. Sed ea que remouent cutis corrugationem inferius in capitulo de his que induunt cutem pulchritudine puerili ⁊ mundificatione / et rubedine dicam. Palliditas autem ſecundum quoſdam / eſt accidens ſenectutis. Et quandoque iuuenibus accidit ex phlegmate ſuperfluo. Sed in ſenibus accidit ex diminutione ſanguinis et ſpiritus.

Et qñq3 ex ſanguinibus infectione. Et qualr ſan/guis bon⁹ regñatur infra de his q̄ intendũt cutem pulchritudine: ⁊ in. c. de his q̄ cõueniẽtius natura lem humiditatē reſtaurãt inuenit ⁊ ſpũs multipli/catur cũ his q̄ faciũt gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ cũ gñanti=bus bonũ ſanguinē vt in p̄dicto. c. inuenitur. Di=minutio ſanguinis fit ex reſolutione ⁊ diminutiōe naturalis hũiditatis: q² radix naturalis hũiditat̷ eſt in ſanguine cordis principalr: ⁊ ſecũdario in il=lo q̄ eſt in venis ⁊ mēbris: ⁊ diminuto ſanguine di=minuitur ſpũs: ⁊ reſtauraī ſanguis cũ his q̄ natura lē hũiditatē reſtaurãt. Et ſanguine reſtaurato ſpi ritus cõfortãtur ⁊ reſtauraī. Multitudo muſcilla=ginis excreatus putrid⁹: ⁊ lippitudo oculoꝝ ſunt accidentia ſenectutis: ⁊ accidũt ex hũiditate acci=dētali ⁊ p̄cipue flegmatica. Et oritur qñq3 illa hu miditas ex ſupfluitate quarte digeſtionis: ⁊ curaī cũ rebus purgantib⁹ flegma ⁊ ip̄m conſumentib⁹ ⁊ deſiccãtib⁹ vt infra ſuo ꝓprio. c. inuenietur. S3 ꝓ p̄rie v3 lippitudini res q̄ natat in mari. ſ. margari=te: ⁊ q̄ vegetaī in aere. ſ. anthos: excreatur putre=do. Valēt etiã ea q̄ purgant ⁊ aperiunt pectus: vt dyayris ⁊ dyapraſũ ⁊c. Et muſcillagini v3 purga tiua phlegmatis capitis ⁊ ſtomachi: ⁊ quãdoq3 ex ſuperfluitate ſanguinis in iuuenibus ⁊ adoleſcen/tibus accidere cõſueuit. Debilitas anhelitus: inſõ nietas: ira ⁊ inquietas animi: ſunt accidentia ſene ctutis. Sed debilitas inſtrumentoꝝ anhelitus ac=cidit ⁊ ſtrictura meatuũ pulmonis q̄ fit ex ſiccitate nimia: vel quãdoq3 ex nimia humiditate ſuperabũ dante: ſed huic accidenti ſubueniendum eſt cũ his

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que precipiuntur ſapientes in tractatu de egritudinibus q̄ accidunt inſtrumentis anhelitus. Nam Auicen. dicit in eodē tractatu quod crocus hꝫ ꝓprietatem confortandi inſtrumēta anhelitus. Sꝫ inſomnietas: inqetatio ꝛ ira accidunt senibꝰ ex fumis melancholicis aſcendentibus ad cerebrū ꝛ impedientibus inſtrumenta ſenſuum: ꝛ ideo p̄cipit in lib. regiminū ꝙ ſenes phlegmatica ꝛ mł'ica cibaria ꝛ acuta vitare debent: ꝛ confert huic diſpoſitionī dyapapauer ꝛ comedere olus lactucarū cū ſpeciebus aromaticis: vt Gal. dicit ſe feciſſe teſtāte Auicen. in. c. de ſomno. Sed contra inqetationē: ꝛ iraꝫ ꝛ garrulationem adhibeatur operatio ꝛ actio anime vt gaudiū ꝛ leticia velut dicā ī capitulo de his qui induunt cutim ꝛc. Et de medicinis conuenientibus his accidētibus eſt res que iacet in viſceribꝰ terre. ſ. aurū: ꝛ que natat in mari. ſ. margarite: ꝛ illa cuius minera eſt planta. ſ. lignū aloes. Debilitas viriū ꝛ virtutū eſt accidens ſenectutis ꝛ ſenij. Sed virium debilitas accidit ex humiditate ī naturali: ꝛ precipue fleumatica mollificante neruos. Et quandoqꝫ ex nimia ſiccitate neruorum ꝑ quaꝫ nerui cōtrahuntur quare debilitantur. Et quandoqꝫ accidit ex percuſſione ꝛ concuſſione neruoruꝫ vt ſepe accidit militibus ludū militie exercentibꝰ: nā ex hoc accidenti quandoqꝫ amittitur militia ꝛ quedam magiſteria. Nam multos vidi iuuenes milites quorum vires erant debiles ſuam maliciā amittentes: et econuerſo: ſed vires confortantur: cum ex ſiccitate debilitante proueniunt cum medicina cuius minera eſt planta indica. ſ. lignum aloes.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et cum ſit ex humiditate valet / cum ſit cibus de medicina qua vegetatur ſcilicet anthos. Sed virtutum debilitas accidit quandoque ex ſuperfluo: humore / quandoque ex penuria. Nam virtutes ſunt virtutes ſunt plures. Una dicitur appetitiua alia digeſtiua. Et quamuis diuerſa nomina ſortiantur: tamen vna eſt. Et hoc eſt quod dicit Johannes damaſcenus / virtus ſiue virtutes / varia nomina habentes vna eadem ſubſtantia eſt / ſed ſecundum diuerſa officia ſubiectis membris diuerſis vocabulis nuncupatur. Sed qualiter virtutes confortantur et reparantur inferius: in capitulo de his que confortant virtutes et eas reparant dicam. Leſio inſtrumentorum ſenſuum eſt accidens ſenij quod ſepe contingit iuuenibus et ſenibus / que leſio accidit quandoque in manifeſtis inſtrumentis ſenſuum. Sed quando in manifeſtis inuenit curentur ille leſiones ſecundum quod in ꝓprijs capitulis illarum leſionum ſapientes deſcribunt. Sed leſio inſtrumentorum occultorum capitis ſit in tribus partibus cerebri in quibus virtus animalis operatur in parte poſteriori / media / et anteriori / que partes appellantur ab Auicenna ventres. Sed in parte poſteriori fit memoratio de qua loquitur Haly regalis in primo ſermone Theorice dicens quod ſenectus eſt domus obliuionis / ſed Seneca in libro de ſenectutis dicit contrarium quod ſi homo exercet illud inſtrumentum non erit minoris memorie. Unde accidit quod ex longo exercitio / vnius inſtrumenti proprietates alterius minuitur / vt quotidie in inuentoribus et memoran

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tibus apparet. Nam leſio in his ventribus ſiue inſtrumentis cerebri accidit quandoque a cauſa intrinseca / quandoque a cauſa extrinſeca. Sed a cauſa intrinſeca accidit dupliciter a natura: vel cum homo illam leſionem: ab vtero materno extraxit / et tunc eſt incurabilis. Ex accidenti / fit duobus modis ex rebus intrinſecus aduenientibus / et quandoque ex humoribus malis facientibus corporis infirmitates. Et tunc dicitur prouenire ex parte corporis / qui quandoque ſunt in loco cerebri / quandoqꝫ ſunt ex membro alio. Et quicunqꝫ ſit humor dummodo ſit malus ledit ſupradictos ventres ⁊ oppilat. Et hic humor quandoqꝫ generatur ex malis cibarijs / ſcilicet valde melancholicis et phlegmaticis. Et quandoqꝫ ex indigeſtione et rebus acutis fumoſis / vt ſunt acrumina ⁊ vinum vinoſum et non commixtum et ſimilia. Ex his cauſis accidunt egritudines que fiunt in operatione ſenſuum. Et ſic propter predictam cauſam operatio anime impeditur propter defectum ſui inſtrumenti ſicut in fiſtula patet. Nam ipſa reſonat ſecundum clauſionem ⁊ apertionē ſuorum foraminum. Impeditur etiam operatio anime ex cauſa extrinſeca multis modis ſcilicet ex vaporibus fetidis inficientibus corpora et oppilantibus inſtrumenta ſenſuum: inter quos vapores / deteriores exiſtunt / qui ex inferius et eorum ſuperfuitatibus veniunt. Et precipue ex cadaueribus propter ſimilitudinem quam habent cum corporibus ſubtiliores propter humanis ſicut ſemel accidit quod poſt forte prelium quod fuit in ethio


Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pis: relicta ſunt cadauera multa: ex his venit vapor peſtilentialis ad terram grecorum ⁊ ex hoc accidit mortalitas et infirmitas: ⁊ in eis qui euaſerūt remanſit obliuio ita quod non recordabantur nomen ſuum nec filiorum ſuorum vt Galenus dicit teſtante Aui. in. iij. canō. capitulo de ſignis aſſumptis ex operationibus animalibus: ⁊ accidit quandoq ex aere groſſo ⁊ turbato: ⁊ hec eſt cauſa quare orientales ſunt alijs ſubtiliores ꝓpter defectū vaporuꝫ Sicut patet ꝙ homo eſt ſubtilioris perſcrutationis in ſereno tempore ꝙ̄ in nebuloſo: nam aer turbatus triſtificat animam et commiſcet humores. Sed aer turbatus differt ab aere groſſo. Aer eniꝫ groſſus eſt ille qui in turbatione ſue ſubſtantie ſiſtatur. Sed turbatus eſt ille qui partibus miſcetur groſſis. Duarum vero rerum ſignificatio eſt ꝙ ſtelle minute parum apparent ⁊ reſplendent: ſed ſcintillant ⁊ tremunt ⁊ eius cauſa eſt quod vapores et fumi multi exiſtunt ⁊ venti boni pauci: vt Auic. in j. canō. de operatione qualitatū aerearum. Et ſiꝉr accidit hoc impedimentum aliquando ex negligētia mundificationis corporis intrinſecus ⁊ extrinſecus: nam ſordes extrinſeca poros oppilat et impedit naturam in expellendo alias: ⁊ accidit quandoq ex infirmitatibus hec leſio: et ſic eſt impoſſibile hominem infirmum ſanum ſenſum habere. Ergo oportet ſcientiam ſanitatis precedere: nā in regali diſpōne in. j. ſermone dr ꝙ ſenſus: ⁊ intellectꝰ nō erit niſi ꝑ ſanitatē aīe rōnalis: nec ſanitas anime rōnalis erit niſi per ſanitatē virtutis vitalis ⁊ naturalis. Et ariſtoteles dicit in lib. de ſecreto ſe/

cretorum ꝙ non eſt via ad aliquam rem ſciendam: vel inueſtigandam niſi per potentiam clari intellectus: ſed potentia clari intellectus nõ eſt niſi per ſanitatem: et ſanitas non eſt niſi per equalitatem cõplexionis: et equalitas complexionis non eſt niſi ꝑ temperantiam humorum. Et ideo deus excelſus glorioſus ordinauit modum ad temperantiam humorum et conſeruantiam ſanitatis que omnia reuelauit philoſophis et ſanctis prophetis et quibuſdam aliis quos illuſtrauit ſpiritu diuine ſapientie.

IAm dixi fere omnes cauſas ſenectutis ⁊ ſenij et leſionum ſenſus. Nunc dicamus ſpecies nocumenti ſenſus contingentis in operatione cerebri ⁊ ſunt ꝓpter duas cauſas et cognoſcuntur tribus modis. Et nota ꝙ hic accipitur ſenſus ꝓ imaginatione: et diſcretiua memoria. Et hoc dicit Auicen̄. in. iij. can̄. cap̄. de leſionibus ſenſus que verba ſic ſunt intelligenda: cognoſcuntur tribus modis. i. cognoſcuntur cum tribus generibus ſignorum: que inferius ſcribuntur. Sed illa ſigna non ſunt ſigna egritudinum quarũdam q̄ ſenſum ĩpediun. ſ. per mixtiõis ſenſus et alienatiõis et ſtoliditatis et amẽtie ⁊ corruptiõis mẽorie ⁊ imaginatiõis quod ꝓpter id quod Auicenna dicit in predictis egritudinibus: quia ponit alia ſigna. Sed ſigna que ponam hic ſunt ſigna leſionis ſenſus q̄ nõ ſunt egritudines: q̄uis inter egritudines numerentur. Item aliud verbum quod dixit ꝙ ſpecies nocumenti ſenſus fiunt propter duas cauſas quarum vna cauſa cum ſit ex parte anime rationalis quando corpus infirmatur: et tunc anima in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

firmatur ſicut inſtrumenta eius: ⁊ ſic leditur ſenſus quia priuatur eo ꝙ ab anima procedere debet per nocumentum accidens inſtrumentis cerebri: qꝛ do nec in hoīe ſanitas cōſeruatur nocumentū nō cadit ſupra intellectum et ſenſum quem homo habet naturaliter intelligens. Alia cauſa eſt qꝛ etiam in ſano hoīe ſepe accidit nocumentum in ſenſibus quod nocumentum non accidit ex parte infirmitatis corporis tm̄: ſed ex parte trium inſtrumētorū ſenſuum capitis qui dicuntur ventres ab Aui. in quos ventres cadit nocumentum ex vaporibus intrinſecis ⁊ extrinſecis abſꝙ quibus etiam nō poteſt imaginari diſcernere ⁊ memorari: ⁊ tale nocumentum regimen huius epiſtole docet remouere ⁊ inducere ad id quod natura miniſtrauit. Sed regimen ſanitatis vt Auicen̄. dixit ſupra docet conſeruare corpꝰ et regere in eo ſanitatem ne in inſtrumentis capitis cadat nocumentum ex parte anime: ⁊ ex predictis poteſt patere veſtre clementie quare antiqui clariorem intellectum ⁊ longiorem vitam ꝙ̄ moderni habebant ⁊ penetrabiliorem rationem: quia non ſolū corporis ſanitatem: ſed trium inſtrumentorum capitis regimen obſeruabant: ⁊ inſuper forte vtebantur quarundam rerum proprietatibus: quas occultauerunt ne ad manus infidelium deuenirent ⁊ hoc eſt quod dicit Ariſtoteles in libro de ſecreto ſecretorum. Apud potentiam intellectus nihil eſt difficile: ⁊ cuncta ſunt poſſibilia in via rationis ⁊ in ſecretis Hermogenis teſtante Ariſtotel. in predicto libro dicente: ꝙ ſumma ⁊ vera bonitas eſt claritas intellectus et plenitudo legis: et de hoc dicit Se-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neca ſemina diuina in corporibus humanis diſperſa ſunt:id eſt ſenſus et intellectus / ꝙ ſi bonus cultor exiſtit ſimilia origini prodeunt / ꝙ ſi malus non alia procreat / niſi quaſi paluſtris ſterilis. Et ex predictis poteſt patere veſtre clementie / ꝙ ſenſus et intellectus / quem ſublimis deus ſeminat in homine ſi non bene colitur; id eſt regitur diminuitur / vel amittitur:quia inueni ꝙ virtus mirabilis plantis animalibus et lapidibus diuinitus collata partim humano populo eſt occulta ex quarum rerum proprietate claritatem ingenij philoſophi ſunt adepti. Signa demonſtrantia leſiones mēorie ſunt ꝙ filius pūcipis abohaly deſcribit. Cum enim ſenſus hominis eſt incolumis et imaginatiua formarum rerum in ſomno et vigilijs eſt ſana:deinde ſūt res et imaginatiōes quas videt in vigilijs ſuis:aut in ſomno ſuo ex eis de quibus eſt poſſibile ipſuȝ ponere et remouere ab eo ⁊ cum audit ea et teſtificatur non remanēt apud ipſum:tunc leſio illa eſt ī memoria in poſteriori parte cerebri. Sed ſigna leſionis cognitiōis.i. partis medie cerebri ſunt hec ſi in memoria eſt impedimentum : ſed loquitur ea que non ſunt dicenda et timet ab eis a quibus nō oportet timere et putat eſſe bonum quod non debet putari bonum et ſperat quod ſperandum non eſt : et inquirit quod inquirendum non eſt:et eſt potens reſeruare ea quorum vult recordari:tunc leſio eſt īcogitatione in parte media cerebri. Et ſigna leſionis imaginationis:id eſt anterioris cerebri ſunt hec. Si vero mēoria et loquela ſunt ſicut eſſe debent ⁊ non

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contradicit in his que agit ⁊ non loquitur aliquod contrarium rectitudini et imaginatur res ſenſibi- les et colligit vtiles res et videt ſingularia mendo ſa et ignes et aquas et reliqua mendoſa aut debili ter imaginatur formas rerum in ſomno et vigilijs: tunc leſio eſt in imaginatione et in anteriori ven- tre cerebri: et ſi aggregantur duo ex illis aut tria: tunc leſio eſt in duabus aut tribus partibus .i. ven tribus et quando aliquod eorum eſt declinās ad di minutionem: tunc egritudo eſt ex frigore. ¶ Et quan do eſt declinans ad permutationem et agitationē tunc eſt ex caliditate. ¶ Et quidam eſtimauerunt ꝙ declinatio ad diminutionem eſt propter diminutio nem ſubſtantie cerebri: et curam harum leſionū col lige in tabulis membrorum capitis filij principis abohaly: quas fecit in libro de ſuſtentatione artis medicine: et in tabulis quas in fine iſtius epiſtole declaraui et in tabulis conſiderabis medicinas ad predictum accidens valituras et ille ſunt vtende ⁊ ledentes ſunt vitande. ¶ Et ſciatis ꝙ hanc epiſtolaꝫ compoſui pro predicto principaliter accidenti: et ſecundario pro alijs. ¶ Et hanc incepi ad ſuaſionem duorum ſapientum: ſcilicet io. c. et phi. cau. parum quia non ſolum hoc accidens ſenes et ſeniores in- uadere conſueuit: ſed iuuenes et adoleſcētes ex de fectu regiminis et ignorantia proprietatum reruꝫ quas antiqui occultauerunt. Jam compleuimꝰ pri mam parteꝫ huius epiſtole de ſcientia ſciētiali ſpe culatiua. Nunc dicendum eſt de ſcientia operatiua ſpeculatiua.

¶ De cibis et potibus qui naturaliter humidita-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem que quotidie reſoluitur conuenientius reſtaurant.

Cibi et potus qui conuenientius reſtaurant naturalem humiditatem que quotidie reſoluitur ſũt multi: et precipue euchimij: et ſunt hi ſm Auicen̄. carnes pullorum perdicis et faſianorum: et auium paruarum et caſtratorum qui tertium annum non tranſierunt et carnes edorum et lactantium vitulorum: et aures: et roſtra porcorum: et tibie ⁊ frumentum ex bona meſſe collectum. Sed hec reſtauratio variatur ſm diuerſitatem complexionis: ſed ſm plurimum ſunt euchimia: et precipue poſt tempus conſiſtendi nam quedam euchimia proueniũt ex vegetabilib⁹ quedam ex viuentibus: nulla autem ex mineralibus. Sed filius principis abohaly dicit in prohemio ſui regiminis: ꝙ humiditas illa naturalis q̄ quotidie reſoluitur: reſtauratur per regimen rectum reſtaurationis ſm quantitatem poſſibilem: et hoc regimen fit euchimis et alijs nutrientibus: et ſm plurimum euchimia ſunt meliora: ſed quedam ſunt euchimia que reſtaurant naturalem humiditatem ſinceram quedam ſinceriorem et multum longinquam a corruptione. Et ideo dixi ꝙ inter ſe differunt: nã euchimia prouenientia ex viuentibus nutritis cum bono paſtu illa gñant hũiditatẽ magis longinquã a corruptione ⁊ magis ſinceram q̄ alia. Preterea differunt euchimia inter ſe alio modo: nam panis piſces et carnes et vinum / reperiuntur quandoq̄ euchimia et humores malos generantia. Sed panis euchimus ſinceriorem generat humiditatẽ quã-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

modo bene digeraturꝙ carnes euchimie. Et car⸗
nes ſinceriorem generant: et magis longinquam a
corruptione ꝙ piſces conſiderata bonitate vtruſ⸗
ꝙ: et vinum vinee ſinceriorem ꝙ vinum auene: vel
pomorum: vel aliarum rerum. Nam licet in omni⸗
bus rebus predictis reperiantur cibaria euchimia
tamen vinum euchimium generat et reſtaurat ſin⸗
ceriorem humiditatem: et magis longinquam a
corruptione ꝙ aliud vinum. Sed carnes et vinum
et vitella ouorum ſunt magis propinqua in gene⸗
ratione ſanguinis ꝙ alia: quia ſenes indigent re⸗
ſtauratione ſanguinis et ſpirituum et ſumma regi
minis eorum eſt illud quod calefacit: et humectat
ex nutrientibus balneis et potibus: et ſomno pro⸗
lixo: et mora multa in lecto: et prouocatione vrine
et expulſione fleumatis: vt princeps abohaly in.j.
Caň. de regimine ſenum. Sed nutrientia debēt eſ
ſe que nec melancholiam nec phlegma generant/
nec humorem acutum ſicut eſt caro pullorum: per⸗
dicum/faſianorum/ edorum lactantium vitulorū
et annualis agni et electuaria calida temperata et
humida / et quedam res ſimplices inter quas ſunt
meliora grana pini et fiſtice. Nam ipſa reſtaurant
naturalem humiditatem et quoddam compoſitū
artificialiter preparatum ſepe et in multa quanti⸗
tate ſumptum vt eſt zuccara roſata de qua loqui⸗
tur Auicenna.c. de phthſi et quod mulier phthſica
cuius ſepultura preparata erat recepit inde ſani⸗
tatem et humiditatis reſtaurationem. Sed nota
ꝙ ideo dixi / ꝙ euchimia ſecundum plurimum re⸗
ſtaurant naturalem humiditatem / que quotidie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reſoluitur / propterea ꝙ ex euchimijs generantur mali chimi in ſtomacho calido / propterea ꝙ in eo aliquando aduruntur cibi: vt Haly regalis in capitulo de regimine cibi / et ex cibis generantibus malum cibum ex ſui natura boni humores ſepe generantur / et bona humiditas ſi bene digeruntur: quia digeſtio eſt radix generationis bone humiditatis: vt Galenus in tegni. Euchimia vero reſtaurantia naturalem humiditatem / que quotidie reſoluitur. Quedam ſunt ex viuētibus / quedam ex vegetabilibꝰ. Sed ex viuētibus meliora ſūt que ex meliori nutrimento nutriuntur / et illa ſinceriorem generant humiditatem. Et magis longinquam a corruptione. Nam carnes illorum animalium que de ſua natura ſunt euchimia ſi paſtus illorum eſt malus chimum malum generabunt et ſic eſt in piſcibus et in ceteris viuentibus. Nam vidi pullos gallinaceos nutritos ex arillis racemorum: quorum carnes erant duriores carnibus auium degētium in paludibus ad digerendum et ſic eſt in piſcibus vt patet in Lucio et partica. Nam ipſi non nutriuntur velut alij piſces et adeo meliorem generant chimum. Et non ſolum paſtus conſiderandus eſt in viuentibus que comeduntur. Sed locus in quo nutriuntur ſicut videmus piſces degentes in mala aqua qui de ſui natura generant malos humores et econuerſo. Sed in vegetabilibus quattuor conſiderantur. Terra. aer. diſtantia ſolis genus plante. Terra conſideratur ſic. Nam plante. que naſcuntur in terra effu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mata fructus earum citius putrefiunt ꝙ illarum:
que naſcuntur in terra non effumata: et ita eſt i fru
mento et ceteris granis ſicut patet: et ita patet in
vino vinee terre effumate: quoniam illud citius pu
trefit ꝙ illud quod oritur in alia terra: vnde acci-
dit ꝙ quidam rex libenter bibebat quoddam vinū
bone vinee cuiuſdam cultoris. Et cum ipſe ſciuit
regem affectare vinum ſuum pre ceteris alijs cogi
tauit vini bonitatem augere et augmentare: et vi-
neam extercorauit. Et tempore procedente cum
rex de illo bibit comperit illud vinum eſſe deterio-
ris saporis: ſic bonus guſtus eſt bonus iudex in co
gnoſcendo nutrientia generantia naturalem humi
ditatem longinquam a corruptione et precipue in
piſcibus: vt yſaac in libro dietarum vbi tractat de
piſcibus dicens. Omnis cibus quanto ſaporoſior
tantum nutribilior. Sed grana nata in terra non
ſtercorata: non tam cito putrefiunt ſicut illa que in
terra ſtercorata naſcuntur. Et que ſunt magis lō-
ginqua a corruptione magis longinquam natura-
lem generant humiditatem: vnde inueni montem
in quadam parte regni Francie cuius frumentum
ibi naſcens. vij. vel. viij. annis in granarijs illeſum
conſeruabatur: quia natura terre vnius eſt altera
melior in generatione nutrientium: ⁊ ſic omnia nu
trientia euchimia que diutius conſeruantur ſince-
riorē generāt naturalem humiditatem ⁊ magis lō
ginquam a corruptione ꝙ alia euchimia. Item vi
di in quibuſdam vineis propagatis de eiſdem p-
paginibus que adinuicem. iiij. cubitis erant pro-
pinque quarum vna producebat vinum valens bis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tantum in bonitate eiuſdem quantum alia: ⁊ hoc ꝓpter terrã naturalem accidebat a qua recipit nutrimentum. Sicut alba argilla que dicitur marua que melius generat nutrimentum ꝙ terra non naturalis. Nam cibus qui ſumitur ex plantis natis in terra tali melius generat nutrimentũ ꝙ cibus natus ex plantis natis in terra non naturali. Qḋ patet: qꝛ magis augmentat bonitatẽ ſterilis terre ſupra quã proijcitur ꝙ terra mollis vel fimus. Aer conſideratur in quo naſcuntur vegetabilia ex quibus nutrientia capiuntur: qꝛ nutrientia ꝓuenientia ex plantis natis in bono aere ſunt magis longinqua a corruptione: quod ptꝫ in herbis q̃ ibi naſcuntur que maioris ſunt virtutis. Et hoc accidit ꝓpter ventum qui currit ibi magis libere deſiccãs putredinem plantarũ. Unde Auicenna in.ij. Cañ. vlti.c. dixit ꝙ plante naſcentes in locis ventoſis: ⁊ montanis fortioris ſunt virtutis. Unde vidi montem in partibus romanis cuius aer et plante erant tante bonitatis ꝙ animalia morboſa q̃ ibi recipiebant paſtũ per ſpaciũ temporis ſanabantur: vnde animalia que capiuntur in locis montuoſis ſũt maioris virtutis ſicut dicit princeps de tyris in ſexto Diſtantia ſolis concurrit in generatione plante: nam plante que naſcuntur in locis remotis a ſole fructus earum non tantum durant: immo citiꝰ putreſiunt: et ita generant humiditatem magis propinquam corruptioni. Quod patet in vineis q̃ naſcuntur in quadam parte almanie ⁊ quedam parte regni Francie quarum vina cito corrumpuntur ſi ſuper terram faciant moram precipue in eſtate.

Et hoc accidit quia aqua facta acida in vite non fuit tota tranſmutata in vinum. Et ideo ponit yſaac quod multas proprietates habet vinum vinoſum mixtum cum bona aqua fontina cum non eſt ſapor extraneus quam vinū aquoſum abſqꝫ aqua quia in vino aquoſo eſt aqua acida: ſed in vino vinoſo non: quia aciditas receſſit ꝓpter calorem ſolis. Et forte decoctio vini in nouitate ſua ſuppleret hunc defectum. Quandoqꝫ accidit quod terra calida velut terra ſabuloſa iuuat hunc defectū ſolis: ſed non multum. Sed bene patet quod diſtantia ſolis multum operatur: qꝛ terre a quibus multum diſtat ſol carent multis generibus plantaruꝫ ſcilicet oliuis / ficubus ⁊ granatis. Et vina nō permanent velut in regione calida: que decem annis aliquando conſeruantur. Genus plante attenditur in hoc quia ꝗuis omnia predicta concurrant ⁊ planta ſit mali generis nihil valet: quod patet in quodam genere racemorum: quorum grana ſunt pulchriora alijs tamen vinum quod inde fit breuiori tempore conſeruatur nec eſt eiuſdem bonitatis et saporis in generatione naturalis humiditatis. Et ſic ex euchimijs bene digeſtis prouenientibus ex animalibus et plantis poteſt reſtaurari et renouari humiditas naturalis: et pinguedo in ſenibus velut ruſticis carnem bouis ſenis innouare cōſueuit ſepiſſime. Sed quidam ſapientes caldei dicere voluerunt quod humiditas totius corporis: poſſit tranſmutari euacuando veterem ⁊ regenerando nouaꝫ. Et hoc dixerunt poſſe fieri prius potius purgando humiditatem interiorem cum far-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

macia: et illam que eſt in carne ⁊ cute cum ſudori-
bus: quaru vna regeneratur cum cibis euchimijs
preparatis artificialiter ad conuertendum quibus
ſunt admixta que non ſubiacent corruptioni. Et
ſic humiditate carnis euacuata per ſudorem ⁊ in-
teriori per farmaciam opus eſt vt regeneretur cu
predictis cibarijs ⁊ inunctionibus; a corruptione
longinquis. Et per ſubtractionem ventris humidi
tatis propinque corruptioni ſubiaceñ. ⁊ per rege-
nerationem bone humiditatis longinque a corru-
ptione innouabitur homo ⁊ eius durabilitas lon-
go tempore permanebit. Et hoc antique faciebãt
⁊ adhuc quidam ſapientes caldei: vt quidam dixe
runt ſciunt facere quorum ſapientiam ignoro. Et
hoc dicitur fuiſſe factum cuidam captiuo germa-
nico a quibuſdam ſapientibus in arabia: ſed Oui-
dius dicit hoc medeam feciſſe cum vno medicami
ne ex diuerſis medicinis compoſito quis illud a q̃
buſdam fabuloſe intelligatur: ⁊ ſic ex his ⁊ aliqui-
bus predictis poteſt patere veſtre clementie chariſ
ſime princeps quare antiqui multum viuebant: qꝛ
eorum cibaria generabant humiditatem natura-
lem longinquam a corruptione ⁊ alia cauſa erat
puritas aeris. Tertia cõſeruatio regiminis: quar
ta vſus proprietatum quarundam rerum que de-
fendunt naturalem humiditatem cito diſſolui qua
run cognitio non peruenit ad grecos. Et ſic nunc
poſtq̃ vidimus de cibis ⁊ potibus: qui naturalem
humiditatem que quotidie reſoluitur reſtaurant:
videndum eſt de his que eam defendunt; ⁊ retar-
dant diſſolui.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶De his que naturalem humiditatem defendunt reſolui: ⁊ reſtauratam ſincerant ne cito reſoluatur: ⁊ caloꝛem naturalem ⁊ humiditatem retinent tēperatā

RES que naturalem humiditatē defendunt ⁊ retardant diſſolui; ⁊ reſtaurant humiditatē ſincerant ſunt tres: quarū vna natat in mari.ſ. margarita altera iacet in viſceribus terre.ſ.aurū: tertia inuenitur in viſceribꝰ animalis longe vite.ſ.os de coꝛde cerui. Et nō ſolū pꝛedicte res naturalē hūiditatem retardant a diſſolutione: ſed eā et caloꝛeꝫ naturalem retinent tēpeꝛatū ⁊ ab eoꝛū tēperantia non immutant: qꝛ donec caloꝛ naturalis ⁊ humiditas naturalis eſt tēperata in homine: caloꝛ naturalis tēperatur ⁊ coꝛroboꝛatur: qꝛ ſanitas ⁊ durabilitas in his duobus exiſtit. Et hoc eſt preceptuꝫ qđ dicit Ariſt. in epiſtola ad alexandrū. Sed hec res debent ſumi electe ⁊ pꝛeparate: qꝛ in earum pꝛeparatione eſt totū ſecretū quod ſapientes occultauerunt: ⁊ ſunt ſpiſſe ſubſtantie. Ideo ſunt terende ad ſummum. Quia filius pꝛincipis abohaly dicit in .ij Cañ.c.de iudicijs quarundā medicinarum: quod omnes medicine ſpiſſe ſubſtantie in vltimo ſunt terende. Et pꝛopꝛie cum mea intentio eſt vt ad fineꝫ perueniant elongationis: et ad quartaꝫ tranſeant digeſtionem vt ad coꝛ ⁊ membꝛa ſimilium partiuꝫ. Sed he pꝛedicte res indigent electione ⁊ pꝛeparationibus multis: quarum vna eſt bona: alia melioꝛ tertia optima. Sed medicina que inuenitur in animali longe vite eſt cartillago que vltra vnum ſcru

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pulum non ponderat: que in omnibus fere anima-
libus eſt ſanguis: vnde inuentum fuit vnum de il-
lis animalibus temporibus noſtris: in cuius collo
fuit inuentus circulus aureus inſcriptuꝫ erat: hoc
animal fuit proiectum in hoc nemore tempore Iu
lij ceſaris. Sed hec medicina eſt.f.⁊ ſic.⁊ retardat
naturalem humiditatem diſſolui ⁊ calorem natura
lem: ⁊ eius humiditatem retinet temperatam ſi cū
calidis aromaticis cordialibus temperetur. Sed
de illa que natat in mari.ſ.margarite: quidam di-
xerunt eam eſſe frigidam: quidam temperate com
plexionis: vt Iſaac filius Salomonis loquitur ad
ea dicens quod ſanguinem proprie clarificat cor-
dis ⁊ eius groſſiciem extenuat: ⁊ humiditatem in
oculis coadunatam deſiccat valet cardiacis ⁊ tre-
mori cordis: ⁊ timoroſis ⁊ ſuſpirioſis ex colera ni-
gra patientibus. Et dixerunt alij quod valet epil
ticis: ⁊ facit vomere ſanguinem coagulatum infra
corpus ex vulnere: vel ex aliqua alia cauſa ſi pul-
uis eius ſumatur in potu. Item dixerunt alij quod
ſi de hac medicina fiat aqua vel aliquo ingenio ſit
liquefacta curat egritudines prouenientes ex er-
rore quarte digeſtionis ſi ex ea cutis lauetur: ſicut
ſunt morphee albe. Sed medicina illa que iacet in
viſceribus terre: ſcilicet aurum: habet proprietatē
humiditatem naturalem a diſſolutione retardare
⁊ eam in ſuam retinere temperantiam: ⁊ calorē na
turalem temperatum in ſua retinere temperantia
⁊ diſtemperatum ad ſuam temperantiam reducit
Et dicit Iſaac in libro de ſuſtentatione artis me-
dicine quod habet proprietatem ſubueniendi de



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

facto ſtomacho ⁊ timoroſos ⁊ cardiacos confor=
tat: ⁊ eſt contra melancholiam allopiciam atqꝫ ty
riam. Et princeps dicit quod confert dolori cor=
dis ⁊ tremori ipſius: ⁊ ei qui ſolus loquitur ex ma=
licia anime de nocte: nec eſt admirandum ſi hec me
dicina que iacet in viſceribus terre facit has ope=
rationes quia filius zacharie dicit quod hec res eſt
temperata in primo gradu: ⁊ excedit omnem medi
cinam in temperantia: ⁊ in ea eſt natura equalis et
recta: nec ſubiacet corruptioni alicui elementoruꝫ
⁊ ideo naturalem humiditatem retardat a diſſolu
tione: ⁊ nouiter generatam defendit ne cito reſol=
uatur. Et quicunqꝫ gliſcit humana corpora cōſer=
uare in ſanitate que ſubiacent alterationi ſex ge=
nerum cauſarum q̄ mutant neceſſario: querat hāc
rem ⁊ non aliam que corruptioni ⁊ alterationi nō
ſubiacet: ⁊ illa res conſeruabit corpora in ſanitate
Et Ariſto. in libro quem compoſuit ad preces a=
lexandri hoc dicit. Item ⁊ ſic defendit a feſtina al=
teratione: ⁊ ſupplet defectum ſexij generū cauſarū
ſecundū poſſibilitatē menſuratarū. Que cauſe mu
tant corpora ⁊ conſeruant ſecunduꝫ quod in predi
cto capitulo de cauſis ſenectutis declaraui. Et ſe
cundū hoc videtur Ariſtoteli impoſſibile quod me
dicina que corruptioni et alterationi ſubiacent cō
ſeruent corpora humana in ſanitate ⁊ naturalem
humiditatem ne cito diſſoluatur ante tempus: et
defendant homines ab accidentibus ſenectutis et
ſenij ne veniant ante tempus: ⁊ hoc medici crede=
bant facere cum medicinis aromaticis que ſubia=
cent corruptioni. Quomodo ergo corruptum po=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teſt reddere incorruptum nonne mihi impoſſibile videtur. Et hec medicine debet eſſe electa ꝛ prepa rata preparatione bona: ꝛ tunc facit operationes bonas: ꝛ cum eſt preparata preparatione meliori: tunc facit operationes nobiles. Et cum prepara- ta preparatione optima: tūc facit operationes ſub limes: et in hoc eſt totum ſecretum. Intellige hoc chariſſime princeps ꝛ vſus predictarum rerum na turalem humiditatem: et calorem retinet tempe- ratum: et defendit tam corpus quam humiditatē naturalem: et calorem a ſua temperantia immuta ri a cauſis neceſſarijs male menſuratis: et ſupplet defectum cauſarum ſecundum poſſibilitatem men ſuratarum: ꝛ forte de hac re fuit aqua quam bibit ſenex agricultor in regno ſicilie: cuius aratrum ob uiauit vaſi pleno aque credens illam eſſe ſimilem: aque ciſterne propter eius claritatem cum eſſet af flictus labore et calore auide eam ſumpſit: ꝛ eam totā bibit: et mutatus eſt agricultor ſenex in equa lem complexionem ꝛ in etate quadraginta anno- rum in apparentia: ꝛ factus eſt maioris diſcretio- nis: ꝛ memorie ꝛ intelligentie: ꝛ vixit annis qua- draginta poſt potum in curia regis ſicilie: et dixe- runt quidam ſapientes quod cum predictis medi cinis cordialibus debet admiſceri crocus ꝛ muſt⁹ nā crocus perducit medicinas ad cor muſtus con- fortat cor: ꝛ ſanat eius tremorē ꝛ melācoliā ex ſo litudine: ꝛ cōfortat cerebrū: ꝛ letificat animū: ꝛ ꝑ- ſtat audaciā: ꝛ debet vergere ad rubedinē habens formam ſpericam. Poſtquam vidimus de his que naturalem humiditatem: defendunt: a feſtina:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reſolutione: ⁊ nouiter generatam ſincerant: ⁊ naturalem calorem ⁊ humiditatem retinent tempera; tam videndum eſt de his que caniciem feſtinant venire: ⁊ quedam alia accidentia ſenij et ſenectutis.

¶ De cibis ⁊ rebus que accidentia ſenectutis ⁊ ſenij principaliter feſtinant venire.

RES feſtinantes caniciem ⁊ alia ſenectutis accidentia ſunt hec fructus; piſces: olera humectantia genera lactis triticum in aqua coctuz pultes potus aque pluuie multitudo vſus aque dulcis hec predicta caniciem feſtinant: ⁊ alia ſenectutis accidentia: coitus plurimus: flebothomia plurima / et hoc faciunt per viam diſſolutionis naturalis humiditatis. Item ebrietas ſuperflua ⁊ mulſio alias euulſio capillorum / ⁊ tangere cum his que infrigidant ſicut oleum: ſal: butyruz / aqua roſacea / aqua ſambuci / camphora / hec predicta inueniuntur in auicen. iij. ſen. decorationis capitulo de reb⁹ / que caniciem retardant. Effuſio aque plurime ſupra capillos ablutio plurima cum aqua dulci / ⁊ camphora / odoramentum aneti frigidi ⁊ eius pulueris ablutio plurima cum aqua dulci. Et ideo dicit plurima quia rara ablutio non offendit. vnde quidā lauant oculos tantū ⁊ faciē abſtergūt cū pāno laneo dicētes ꝙ tal' abſterſio faciē clarificat ⁊ cum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc cõcordat haly regalis in fine regiminis dicẽs: ꝙ fricatio faciei cum panno mediocri faciem colorat odor ſulphuris et eius fumus et fumus argenti viui et arſenici hec predicta feſtinant caniciem ⁊ alia ſenectutis accidentia: habitare in frigidis regionibus et valde humidis minoret vinum et alteret aquam cum melle et vitet omnes cibos humidos generantes fleuma ⁊ ſit contentus frixis et aſſatis et que in patella preparant̄ et aſſatura abſqꝫ iure ⁊ vtatur aqua ciceris. Hec omnia predicta dicit raſis in diuiſione in capitulo de decoratione capillorum. Item dicit et vincant fleuma ex cibis et medicinis que retardant quedam accidentia. Itẽ Auicenna dicit ĩ quarto. Nam dum ſanguis remanet pinguis ſpiſſus calidus viſcoſus capilli ſunt nigri cum ad aquoſitatem tendit capilli declinãt ad caniciem: ſed Ariſtoteles dicit in libro quem fecit in ſua ſenectute ad preces Alexandri ſummi regis ꝙ riſus facit ſenectutem feſtinare. Poſtq̃ diximꝰ de his que ſenectutis accidentia accelerant nũc dicamus de his que purgant et conſumunt humorẽ generantem accidentia ſenectutis et ſenij.

¶ De his que euacuant ⁊ conſumunt humorem inducentem accidentia ſenectutis et ſenij et canos auferunt.

Omnes ſapientes fere qui de medicina tractauerunt in hoc cõcordant ꝙ omni quod fleuma purgat euacuat humorem inducentem caniciem et quedam ſenectutis et ſenij accidẽtia: ſed Auicenna videtur dicere in capitulo de cõplexionibus etatum ⁊ generum ꝙ non ſolum fleu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mis generat ſupradicta accidentis: ſed omnis humor extraneus: et vtrumq; eſt verum. Sed fleuma magis gñant hec accidentia: et caniciem q̄ ali⁹ humor: quia calori naturali obuiat duobus modis: vno modo ſuffocando: alio modo qualitati obuiãdo vomitus purgat fleuma faciens accidentia ſenectutis et ꝓprie poſt cibũ pre ceteris farmacijs: vt Auicenna in quarto Cañ. in tractatu decorationis / et hic vomitus eſt faciendus ſemel vel bis quolibet menſe ꝛ poſt cibi ſaturitatem vt Raſis in regimine libri Almãſoris capitulo de vomitu. Et ſic omnes latini concordant pigra. G. et pillule de maſtice et aloe purgant fleuma faciens accidentia ſenectutis vt yſaac in capitulo de canicie. Item pigra habet proprietatem purgandi humidos humores abſq; humiditatibus naturalibus: vt Auiceñ. in capitulo de cachecia: et ſecundum hoc pigra eſt medicina propria in hoc caſu et hoc eſt intelligendum de pigra in qua non eſt laxatiuum niſi aloes ꝛ id aloes debet eſſe epaticum ſecundum q̄ deſcribitur ab haly et Auiceñ. nam eius attractio non eſt a longinquo: ſed cui obuiat. ſ. ſtomacho et inteſtinis et longinquior locus ſue attractionis eſt ab epate abſq; venis vt in. v. Cañ. de tractatu de yere. Sed videtur q̄ virtus cuiuſlibet generis rei ſi datur ſecundum q̄ debet exhiberi facit ſupradicta. Nam Ariſtoteles precepit Alexãdro in ſua epiſtola quolibet mane ipſuz ſumere Nam ſubſtrahit fleuma ſtomachi: et eſt vita epatis et colorem excitat naturalem et fugat ventoſitatem. Sed ſecũdũ id quod dicit haly regalis in capitulo de regimine ſenũ vide-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur ꝙ nec pigra nec aloes ſit proprium in purga-
tione humorum inducẽtium ſenectutis et ſenij ac-
cidentia cum ipſe dicit ꝙ ſenes non ſunt purgandi
cum medicinis abominantibus ſicut pigra: ſꝫ cum
lenibus ſicut cum iure gallorum veterum et mira-
bolañ. et hoc intelligendum eſt de alijs ꝙ̃ de citri-
nis: quia citrini non purgant humorem feſtinanteꝫ
ſenectutis et ſenij accidentia ſed alia genera mira-
rabol. forte illum purgant humorem. Cliſtere om-
